NAZIONALE
R. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
M 8
51 A
12
ROMA

COMPENDIVM THEOLOGICAE VERITATIS,

8.51.A.14

B. ALBERTI MAGNI

Ratiſponenſis Epiſcopi;

Ex ordine F. Prædicatorum aſſumpti.

Septem libris Digeſtum; cum centenario codice Alberti nomine, ſub Seren Duce Venetiarum inſignito collatum, & expurgatum.

Cum Scholijs vtiliſſimis,

Per R. P. F. Seraphynum Caponi è Porrecta, eiuſd. Ord. S. Theolog. Magiſtrum editis.

Indice quadruplici, pro Studioſis, & Prædicatoribus coornatum.

Apoſtolicæ Sedis iudicio deuota ſint omnia.

BIBLIOTECA FRATRUM ... ROMA

VENETIIS, MDLXXXVIII.

Apud Ioan. Antonium Rampazettum.

NOS Frater Sixtus Fabri Lucenſis ſacræ Theologiæ profeſſor, ac totius ordinis Prædicatorum humilis generalis magiſter & ſeruus. Viros doctrina inſignes, virtuteque ac morum integritate conſpicuos, qui pro Chriſti gloria, animarum ſalute, Chriſtianęque religionis augmento, in vinea domini diu laboraſſe, & iugiter laborare cognoſcimus, ſicut ſincera dilectione proſequimur, ita ne ab incepto opere deſiſtant, ſed vt illud perficere ſtudeant, monere, & hortari, &(vt noſtri eſt muneris) animare ſolemus: quatenus de virtute in virtutem euntes, tandem videre liceat Deum deorum in Sion. Porrò eis, qui iuxta talentum ſibi à domino traditum, nedum præſentes inſtruendo, ſed & poſteris doctrinæ ſuæ monumenta relinquendo, chriſtianæ quidem reipublicę plurimum utilitatis, noſtro vero ordini multum ornamenti afferre poſſunt: quæ noſtrarum ſunt partium, libentiſsimè impartimur, in idque incumbimus; vt laborum ſuorum fructus, & vigiliarum lucubrationes ad communem omnium vtilitatem, in lucem diligenter edantur. Quemadmodum tenore præſentium, noſtri authoritate officij, tibi R. Patri ſacræ Theologiæ magiſtro F. Seraphino Caponi de Porrecta noſtræ prouinciæ Lombardiæ (cuius ſingularem eruditionem iampridem perſpectam habemus, & cognitam) concedimus; quinimo in meritum ſanctæ obedientiæ, ſub formali præcepto mandamus: vt ſeruatis omnibus, quæ iuxta decre. S. Concil. Trid. Seſſ. 4. de edit. & vſu ſacror. libr. ſeruari debent, quanto citius typis committere, & prælo mandare ſtudeas, veritates catholicas ſuper totam legem Moſaicam &c. & Scholia ſuper Compendium Theologicæ veritatis, Alberti Magni: & formalizationes, ideſt formales elucidationes, totius Summæ Angelici Doct. S. Thomæ: necnon explanationem totius fidei Chriſtianæ, ſuper Symb. Apoſtolorum; & obſeruationes ſuper prædicabilia, prædicamenta, libros Poſteriorum, Phyſicorum, libros de anima, libros metaphyſices, & quæcunque alia impreſſione digna à te præmeditata. In nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. Quibuſcunque in contrarium non obſtantibus. In quorum fidem his noſtro ſigillo munitis manu propria ſubſcripſimus.

Romæ die 4. Octobris 1583.

Fr. Sixtus Fabri Lucenſis, qui ſupra, manu propria.

Locus Sigilli.

Aſſumptionis noſtræ anno primo.

F. Io. Baptiſta Lancius Regien. Mag. Prouincialis Terræ Sanctæ.

NOS frater Angelus Minabinus de Fauentia ordinis Prędicatorum ſacr. Theol. magiſter, & hæreticæ prauitatis in toto Sereniſſ. Dominio Veneto Generalis Inquiſitor. Viſis atteſtationib. DD. ſuper libros approbandos vel reprobandos præmiſſo congruenti examine deputatorum iuxta Sacroſancti Concilij Tridentini decretum in 4. Seſſione, & Reuerendiſſimi magiſtri ordinis Prædicatorum ordinationem ſuper hoc ſpecialem; quòd videlicet ab ipſis approbatum eſt, vt impreſſioni mandentur Scholia ſuper Compendium Theologicæ veritatis Beati Alberti Magni, compilata à R. P. Fratre Seraphyno Caponi è Porrecta ordinis item Prædicatorum, ſacræ Theologiæ Magiſtro celeberrimo: Viſis, inquàm, his, & nos ad huiuſmodi Scholia ad communem vtilitatem imprimenda ſuffragium damus; eaque inſuper plurimum commodi Theologico negocio allatura iudicamus. Approbatio verò præmiſſorum etiam continebat; quòd huiuſmodi ſcholia nil contra orthodoxam fidem, nil contra bonos mores, nil contra Chriſtianos principes, dicebant: cui approbationi ſubſcribimus & nos. Datum Venetiis, ſexta die Ianuarij. 1584.

Locus ſigilli.

Ita eſt Fr. Angelus, qui ſupra.

Reuer.mo in Chriſto P.

FRATRI SISTO
FABRI LVCENSI,
Magiſtro Ordinis Prædicatorum.

F. Seraphynus Caponi è Porrecta; ſeipſum ad obedientiam promptum.

SI, *iuxta Angelici Doctoris D. Thomæ placitum, benè præſidet ille: (vigilantiſſime paſtor;) qui quadripartito decoratur ornatu; opportunè factum video (viderint & vniuerſi, qui volent:) dùm prædicatorum ordinem tantum Deus optimus maximus mirabiliter tibi credidit; cùm ſanctiſſimus eius Vicarius Romanus Pontifex eundem tibi hilariſſimo vultu concredidit; cùm grauiſſimorum Patrum noſtrorum cætus auidiſſimo con-*

Epiſtola Nuncupatoria.

Conditiones bonæ prælatorum. opuſculo. 71. c. 1.

conſenſu hunc tibi canonicè indulſit. Cuiuslibet præſidentis ornatus, quadrifariam coloratus (En Sanctus ille Doctor) eſt, paternò affectu ſubditos regere; meritis amicos acquirere; placabilem, affabilemve, quibuſcūq; orantibus ſe præbere; cum clementia delinquentibus iuſtitiam miniſtrare. Quatuor hæc, opinor, illa ſunt: quæ ſub aduerbij inuolucro, vna voce multa complectens, innuebat Apoſtolus ibi; qui benè præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Tempus me deficiet enarrantem; ſi horum ſingulos, quibus ordinē luſtrans vbiq; ſplendes ornatibus, cōſequi verbis contenderem: ſed nec breuitas epiſtolæ, cui ſtudeo, pateretur id fieri. Verùm, quæ præ manibus eſt, res ipſa loquatur: quæ & argumento ſit omnibus, quòd qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt. Eo nāq; paterno affectu, ijs meritorū cumulis, ea comitate, ea clementi iuſtitia, tuum manda-

1. Tim. 5.

Luc. 16.

tum ad me tranſmißum. (Hoc in fronte libri, quò ſacro deferatur Trident. Concilio, appoſitum eſt) pollere te mõſtrat: vt ſuperfluum omninò putem, hac in re niſi breuiloquio vti. Quis (amabò) ſapiens mandatum iſtud perlegat: Et inde rectus te patrem eſſe benignum, meritis refertum, cunctis affabilem, cum clemẽtia iuſtum, vel parum ambigat? Niſi enim humanus, & iuſtus eſſes: Beati Alberti Magni Compendium Theologicorum a centum ferè annis, & citrà tanti Doctoris ſui nomine, a quo non ſine iniuria nolens exciderat, antè habito priuatum ordini ſuo reddi tam impensè, haud procuraſſes. Hoc ſiquidem & iuſtum Alberto, & humanum ordini tuo, ſonat. Ad hæc vi pater benignus eſſes: paruulorum herclè mihi ſimilium ſic dulciter, non meminiſſes. Niſi meritis item (quæ, tuæ regulari vitæ omnigena ſapientia iuncta, eſt) afflueres: meas vtique literas minutu-

Seſſ. 4. Can. 3.

impreſſio Veneta ſub annô 1483.

las non dignareris. Flagrantiſſimũ ſanè deſiderium tuum, quo Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriam, animarum ſalutem, religionis tuæ profectum, continuè ſitis; hac in re ſpeculari quibuſque datur: quando etiamnum minima (modò tria prædicta ritè ſapiant) tu magnus nõ aſpernaris. Tu aſperneris? Immò velut alter Ierothæus diuina patiens illa ipſa, ꝙ eò tendant, magnipendis; pluris æſtimas; plurimi facis. Quis enim ego, qui fructus mei, qui meorum laborum partus: Vt à Reuerendiſs. Paternitate tua vel in minimis habeamur? At ſapiẽtia tua, qua multum valere te diu Roma probauit, dum ibi totius ordinis procurator (& apud Sanctiſsimum Gregorium Decimumtertium Pont. max. ſæpius luculenter orando; & in almo gymnaſio, quod ſapientia dicitur, crebrius lucidè ſapientiam ſacram docendo; & in Magiſtrum ſacri Palatij Diuina prouidentia euectus, non minus catho-

Dion. 2. c. de diu. nomin.

licè,

licè, quàm doctè ſummo ſtudio grauiora fidei negocia totiens pertractādo) præclarè fulſiſti, hoc ipſum efficit: vt nobis euadas, tanquàm aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans. O quàm egregiè prouocare filios tuos, ſicut aquilam, ad volandum te læti contuemur: vbi primùm in capite vniuerſorum patrum, quibuſcum religioni moderandæ intendis, Romæ legitimè reſidens Reginæ cælorum honorem apud nos primæuum reſtituiſti. Hìc te, alterum Heliam zelo Dei feruidum corda patrū in filios, cordaq́; filiorum in patres validè conuertentem, miramur: dum priſcum, atq; adeò authenticum, morem in chorali Deiparæ Virginis officio perſoluendo firmiter generali approbante capitulo ſtrictius obſeruandum ſanxiſti. O vnicè, benefactrici noſtræ gratum obſequiū. O verè, ſanctio digna. O certè, fundamentū perutile: quo iacto facilè ædificare poſſimus (ut

olim fecere noſtrates) aurum, argentum, lapides precioſos. Quis te (deuotiſſime præſul,) non cordatiſſimum Phinees iram Dei contra Iſrael placantem, hinc meritò vocet: dum illi rei, quæ tantam nobis Matrem cum prole ſua placare poteſt, manum primam te admouiße conſpexerit? Sic, ſic, facto tibi propitio omnipotente, ſub Virginis glorioſæ tutela, aſcito fido comite R. P. F. Ioannebaptiſta Lãcio Regienſi, Magiſtro, Prouinciali Terræ ſanctæ (Nam ſanctus cum ſancto, iucundè conuerſatur) principiò vrbe egreßus Patriarcham Sanctum Dominicum imitaturus ordinis promotioni toto pectore inſiſtis: abuſus, ſi quos emerſos offenderis, ſtirpitus animosè conuellens; pro nouellis plantis ſeminaria (reparandis moribus vnicum antidotum) Tridentinã ſynodum æmulatus ad normam reducens: ſtudiorum gymnaſia hebraicis, Græcis, iuxta ac Latinis litteris am-

pliams:

plians: Religionis denique faciem iam deformatam opportunè importunè arguendo, obſecrando, increpando in omni patientia, & doctrina ad venuſtam, quæ ipſam deceat, ſpeciem reformans; mala reſpuens, bona nutriẽs, quæ ſunt nutrita cuſtodiens. Proh Deum, atq; hominum fidem: quantam nobis filijs tuis facinora Patris noſtri dulciſſimi tam clara cernẽtibus cordis lætitiam ingeris? Hic gradum ſiſtimus, aures erigimus, oculis intẽdimus, videmus, ſuſpicimus, plauſum facimus, iubilamus. Quid? Nobis gaudemus: tibi congratulamur. Quare? Quia INTEGRITAS PRAESIDENTIVM SALVS EST SVBDITORVM. *Porrò ſi ſecundum Platonis ſententiam beata cenſetur reſpublica, cuius rectores operam ſapientiæ dare contigerit (illi ſcilicet ſapientiæ, quam imbecillitas intellectus humani plerunque commaculat): quantò magis ſub tuo regimine beata cẽſeri poteſt prædi-* 2. Tim. 4.

dicatorum magna familia; vbi tantą diligentią excellẽtiſſimæ illi ſapientiæ curam impendis; quam Dei ſapientia carnalibus membris induta & verbis docuit, & operibus demonſtrauit? Ex huius ſiquidem ſtudio Reuerendiſſimæ Paternitati tuæ complacuit: meæ paruitati committere Beati Alberti Magni Compendium Theologicæ veritatis & compendioſè exponendum; & pro corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, in lucem edendum. Quod ego magis obedientia ſanctá, quàm proprio (quod minimum eſt) ingenio fretus effectum dare curaui: Accedente commendabili induſtria Reuerẽdi P. F. Vincentij Bobbi de Fauentia, fructuoſi admodum Prædicatoris, ac ſolertiſſimi Vicarij ſanctiſſimæ Inquiſitionis in inclyta vrbe Venetiarum. Verùm quia congruit, vt de laborum fructibus oblationes ſacerdotibus offerantur; præfatum opus, laboris mei (licèt exilem, & tenuem) fructum

primo

primo in Dominicana Religione Sacerdoti cenſui cum debita reuerentia offerendum. Suſcipiat itaque Reuerendiſſima Paternitas tua præſens opus (Deo donante) pro viribus ex tempore quaſi elaboratum; ſuæ piæ ſolicitudinis, & obedientiæ meæ, partum: Vt dum ab ipſa emanauit præceptũ, & ipſi offertur obſequium; ad locum, vnde exeunt, flumina reuertantur. Eccleſ. 1. *Reliquum eſt: Vt & de his, quæ mihi eodem tenore mandantur, perficiendis oculos meos in altum eleuans, omnemq; ſolicitudinem meam, iuxta Apoſtolorum principem, proijciens* 1. Pet. 5. *in Deum, adiutorium opportunum ſperem ab eo: qui virgam vigilantem Hieremiæ bene videnti ſeſe ſuper* Hierem. 1 *verbo ſuo (Hoc in præſenti, abs te commiſſum eſt), vt faciat illud, vigilaturum promiſit. Aeternùm vale (colendiſſime parens) taliq; cum glorioſiſſima Matre ſua Deus optimus maximus iugi præſidio tibi ſit;*

vt

vt quilibet filiorum tuorum veraci conclamatione, in honorem Chriſti, de te dicat in æuum, Pater mi, pater mi,
4. Reg. 1. *Currus Iſrael, & Auriga eius. Benedictionem mihi abs te continuò & exopto, & expecto. Venetijs, in conuentu ſancti Dominici de Caſtello; Nonis Martijs,* M D L X X X I I I I.

Reuerendiß. paternitatis ſuæ

filiorum tuorum minimus

indigniſs. ſeruulus Ieſu Chriſti

F. Seraphynus, qui ſupra.

In præſens opus pręmonitio
Ad Lectores.

COmpēdium Theologicæ veritatis B. Alberti magni [vt ſolennis, publica, Venetiarum anni 1483. impreſſio teſtatur] Ratiſponēſis Epiſcopi ex ordine fratrū Prædicatorum aſſumpti Scholijs quàm breuiſſimis ac interciſis in gratiā ſtudentium (Diuina Maieſtate propitia), vbi magis opꝰ eſſe videbitur, elucidare quo
quomodo volenti occurrit primum Lateranenſis Concilij ſecundi ſalubre monitum illud: quod omnibus theologiæ ſacræ ſcholas ingredientibus, nè forte offendant ad lapidem pedē ſuum, ob oculos ſemper tanquàm lumen habendum eſt. Hoc ego ipſe pro charitate aſtrictus pio Lectori cuique
in Scholiorum frontiſpicio proponere, ope Eph. 4.
ręprecium duxi ne ceu paruuli fluctuantes
omni vento doctrinarum peregrinarum cir
cumferamur; ſed vt ſcientes optimum eſſe
gratiā ſtabilire cor, amplectamur eum, qui Heb. 13.
ſecundū doctrinam eſt, fidelem ſermonem. Tit. 1.
Sacro (ecce monitum illud) approbante Deſtruen
Concilio &c. & infra. Cum verum verò mi tes om.al
nimè cōtradicat, oēm aſſertionem veritati titu. ex-
illuminatæ fidei contrariā oīnò falſam eſſe tol. ſe ad.
diffinimus; Et, vt aliter dogmatizari non li ſc. Dei.
ceat, diſtrictius inhibemus: omneſq; hmōi 2. Co. 10.
erroneis aſſertionibus inhærentes, tanꝙ hę Attēdant
reticos vitandos & puniendos fore decerni publici
mus. Inſuper oībus & ſingulis philoſophis Lectores.
in vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi, publicè legentibus diſtrictè præci-

pimus:

pimus: vt, cùm philoſophorũ principia, vel concluſiones, in quibus a recta fide deuiare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, teneãtur eiſdẽ veritatem religionis Chriſti anæ oĩ conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere; ac oĩ ſtudio huiõi philoſophorum argumenta, cum oĩa ſolubilia exiſtãt, pro viribus excludere, atq; reſoluere. Statuimus inſuper &c. & infra: Vnde infectas philoſophię, & poeſis radices purgare & ſanare valeant. Hucuſq; Papa Leo X. in Concil. Lateran. 2. ſeſſ. 8. Ex his omnibus, tu candide Lector, tres omni veritate firmatas concluſiones accipito; dicens. Ergo quicqd Theologiæ reuelatæ contrariatur, falsũ eſt: Et quicquid ei conſonat, verum eſt. Ergo quæcunq; contra Theologiam ſacram militant, ſolubilia ſunt argumenta. Ergo philoſophia, & huiuſmodi omnia, Theologiæ diuinæ contraria, non philoſophia, non &cęt. ſed philoſophiæ, poeſis, & huiuſmodi ſcientiarum, infectæ radices dicendæ ſunt; Et tales radices re vera exiſtunt.

Hoc S. Tho. edoctus a Spiritu ſancto ſẽper fecit ſup Ariſtotolẽ, & alibi, ante Conciliũ

Legas itaque, iugiter captiuaturus intellectum tuum in obſequium Chriſti; & ſcrutare profundius, quę legis: quoniam ſapientia hæc eſurientes implet bonis, & diuites dimittit inanes. Vale felix in Domino.

Pro Scholiorum notitia.

In locis paſſim citatis, vel formaliter, vel virtualiter eſt dictum illud: Vel materia illa aliqualiter tractatur. Loca plura qñq; citantur ad illud, de quo tractatur: qm̃ ſibi ipſis id pro variis partib. declarandũ diuidũt. Iccircò allegantur dicta Doctorũ: & vt ſecurius procedatur; & vt ſub paucis verbis plu

ra

ra addiſcantur; & vt hic ſententialiter poſita, ibi fuſius pro delectabili literatorum ocio (ſi placuerit) videantur: quæ ſanè commoda, ſi non citarētur, inuidiſſe ſtudioſis Lectoribus videremur. Angelici Doct. D.Th.Aquinatis ſummæ Theologiæ prima pars cum quæſtionibus, & ſuis articulis allegatur ſic, 1.q.&c. art. &c. prima ſecundæ partis ſic,12. vel 1.2.q.&c.art.&c. ſecunda ſecundæ partis ſic 22.vel 2.2.q.&c.art. &c. Tertia pars ſic,3.q.&c.ar.&c. Additiones ad tertiam partem deſumptæ ex 4.ſentent.eiuſd. Doct.S.Th allegantur ſic; addit.q.&c.artic.&c. Quolibeta eiuſdem ſic; quolib.&c.art.&c.Opuſcula ſic; opuſc.&c.

Ideo tantus Doctor allegatur & ſæpius: quia vniuerſalem Eccleſiā (teſte Papa Vrbano in Bulla confirmationis) ſua doctrina catholica illuſtrauit. Allegantur & Concilia omnium firmiſſima: ſed horum allegationes manifeſtę ſunt, ſicut & S.Brigidæ reuelationum approbatæ, & D.Cardinalis Caiet. in ſuummula, verſic.&c. Reliquæ citationes iudicio Lectoris relinquuntur: vtpote faciles intellectu. Vbi allegantur Concilia; potes (ſi non habes illa) videre ſummam Conciliorum.

Tantam ergo librum hunc habentē impoſitam nubem teſtium quis non admiretur? Quis pro tutiſſima ciuitate refugij non ſuſcipiat? Quis, vt delitias verè magnas, non deoſculetur?

Deo autem gratias: quoniam non mihi ſoli laboraui, ſed omnibus exquirētibus veritatem.

Eia igitur in nomine ſanctiſſimę, & indiuiduę Trinitatis, incipiamus. Vnum tamen in primis notato, ne mireris; ꝙ aliqua capitula ex induſtria breuiloquentiam colens, quemadmodum & pręfationem in Compendium Theologicæ veritatis, ſine Scoliis dimiſi.

*D*Eſiderius Guido, I.V.D. Prothonotarius Apoſtolicus, Eccleſiæ S. Bartholomæi de Rialto, perpetuus, & Reuerendiſſimi in Chriſto patri, & DD. Ioannis Triuiſani, Iur. Vtr. Doct. miſeratione diuina Patriarchæ Venet. Dalmatiæq; Primatis, Vicarius in ſpiritualibus generalis. Vniuerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis, lecturis, & audituris ſalutem in Domino. Fidem facimus, & atteſtamur, qualiter hodierna die coram nobis comparuit perſonaliter Reuerendus P. Magiſter Seraphynus Caponi à Porrecta, diæceſis Bononien. ordinis Prædicatorum, & ad finem, & effectum conſequendi literas teſtimoniales ſuper infraſcriptis, produxit librum (vt dicitur) in quarto, impreſſum hic Venetijs, digeſtum in Septē Libros: cuius primus eſt, de Natura Deitatis; ſecundus, de Operibus Conditoris; tertius, de Corruptela peccati; quartus, de Humanitate Chriſti; quintus, de Sancti-

ctifi-

ctificatione gratiarum;ſextus,de Virtute ſacramentorum;ſeptimus,de vltimis temporibus,& de pœnis malorum,ac de præmijs bonorum, Car.nu.96. Cuius principium eſt: In nomine ſanctiſſimæ,& indiuiduæ Trinitatis, incipit: prologus in Cõpendium theologicæ veritatis. Veritatis theologicæ ſublimitas &c.& finit:denique de gaudijs cœleſtibus repleat nos Dei filius, qui cum Patre,& Spirituſancto viuit,& regnat Deus, Amen. Subſequitur: Explicit Compendium Theologicæ Veritatis,cõpilatum per Albertum Magnum,impreſſumq; Venetijs,per Gregorium Dalmatinum,& Iacobum Britannicum Brixianũ 1483.die 1.Aprilis,Sereniſs.Duce Ioanne Mocenico regnante.Finis.Quibus auditis, & diligenter conſiderato dicto libro, & vt apparet,impreſſo hic Venetijs,ſub nomine, & anno ſupraſcriptis, iudicantes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & iuri cõſonam, petitas literas teſtimoniales ad perpetuam rei memor. ſuper veritate præmiſſorum concedendas fuiſſe, & eſſe

decreuimus, prout tenore præſentium concedimus. In quorum fidem &c.

Datum Venetijs, ex ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ apud Sanctum Geminianum, die Iouis quinta Menſis Aprilis, 1584.

Deſiderius Guido Vicarius Patriarchal.

Locus Sigilli.

Pompilius de Benedictis Cur. Patr. Venet. Not. mandato ſubſcrip.

Ego

EGo Laurentinus Campegius Bononien. Epiſcopus Ceruienſis, & Venetijs Apoſtolicus Legatus, vidi prædictum librum eſſe compilatum per Albertum Magnũ, vt ſupra dicitur in literis Patriarchalibus.

EGo Frater Angelus Mirabinus de Fauentia Ordinis Prędicatorum, ſacræ theologiæ magiſter, & (in toto Sereniſs. Dominio Veneto) hæreticę prauitatis generalis Inquiſitor, vidi prædictũ librum eſſe compilatum per Albertum Magnũ, vt ſupra dicitur.

EGo Frater Federicus Vlmus Venetus Ordinis Minorum, Magiſter, & regens in conuentu magnæ domus Venetiarum, affirmo, & fidem facio quod vidi ſupradictum librũ eſſe compilatum per Albertum Magnum.

EGo Frater Marcellas Venetus Ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini, Magiſter & Prouincialis Prouincię Venetæ, vidi librum ſupradictum eſſe compilatum per Albertum Magnum.

EGo Ioannes Donatus Sereniſs. Dominij Veneti Clariſſimorum Senatorum vnus, vidi & legi proprijs oculis Cõ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

pendium Theologicæ veritatis compilatum per Albertũ Magnum, impreſſumq́; Venetijs per Gregorium Dalmatinum & Iacobum Britannicum Brixianum 1483. die primo Aprilis, Sereniſs. Duce Ioanne Mocenico regnante.

1584. Laus Deo. Adi 6. April.

IO Marc'Antonio Loredan de ſer Piero gentil'huomo Venetiano faccio fede hauer veduto & letto l'oltra ſcritto libro.

Adi detto,

IO Lonardo Sanudo fio de M. Andrea Gentil'huomo Venetiano faccio fede di hauer veduto & letto l'oltra ſcritto libro.

Adi detto,

IO Franceſco Contarini fio de M. Lonardo Gentil'huomo Venetiano, faccio fede hauer veduto & letto l'oltra ſcritto libro.

Corollarium.

Caueant igitur omnes, quicũque ſint: ne incidant in excõmunicationem latæ ſententiæ, quæ habetur, 4. Seſſ. Sacroſan-

ćti

ƈi Concilij Tridentini : in quam vtique incident, ſi quando Compendium huiuſmodi abſque nomine Auctoris impreſſerint : ex quò tam ſolemniter de nomine Auctoris conſtat.

Nec vero, ſed falſo, ſimile tenendum illud eſt; quod tantis viris tam antiquiſſimis tũ nouiſſimis ſiue ſcripto ſiue voce contradiceret. Si quis tamen inſpiciat rectis oculis Abbatem Tritemium, comperiet : ipſum se, tùm in principio, tum in fine totius ſui operis excuſantem ſe, tanquàm probabiliter vel ex relatione vel aliundè locutum; in cuius ſignum meliora circa a ſe de librorum auctoribus narrata inuenienti libens ac ſciens cedere ſe teſtatur. Poſt nonnullos dies a literis teſtimonialibus ſupradictis ad me tranſmiſſus fuit per quendam Dominum Venetum liber eiuſdem tenoris (vt ſupra) : cuius finis erat, Explicit Compendium Theologicæ Veritatis, compilatum per Albertum Magnum, impreſſumque Venetiis per Chriſtophorum Arnoldum Alamanum 1476. Sereniſſ. Duce Andrea Vendrameno regnante.

VITA
B. ALBERTI MAGNI
COMPENDIOSISSIMA
Ex antiquis Chronicis.

BEATVS Albertus cognomento Magnus, Philoſophorum omnium totius Chriſtianitatis ſol præclariſſimus, & generalis, natione Sueuus de oppido Louingenſi propè Auguſtenſem ciuitatem, ſextodecimo ætatis anno ordinem fratrum Prędicatorum, propter deuotionem, & ſtudium Paduæ, vel (vt alij dicunt) Coloniæ ingreſſus eſt. Cumq; ſtudio intenderet diligenter, fortè ad maiorem B. Virginis gloriam cui Albertus maxima deuotione afficiebatur, & deuota mēte ſeruiebat, adeo labilis memoriæ & hebetis ingenij erat, quod nihil proficere poterat. Proficiētibus autem ſocijs, cum nihil ipſe proficeret, deliberauit omninò ordinem relinquere. Cumque in iſto propoſito inſiſteret, in viſione raptus ſibi videbatur, quòd apponebat ſcalam ad murū Conuentus, vt extra Conuentum & ordinem recederet. Cumque ſcalam aſcendiſſet vidit in ſummitate eius quatuor venerandas matronas, quarum vna repulit eum, & ad terram deiecit. Cumque iterato ſcalam aſcendere vellet à ſecūda matrona rurſum fuit repulſus, & in terram

deie-

deiectus. Cum autem tertiò idem attentaret, à tertia veneranda perſona interrogatus fuit de cauſa aſcenſus ſui per illam ſcalam. Cui verecūdo vultu reſpōdit: Domina video, quòd ſocij mei in philoſophia proficiunt, & ego nihil addiſcere poſſum. Propter hunc igitur ruborem diſcedere ab hoc ordine propono. Cui matrona: Domina illa, quam vides hìc, eſt mater Dei, Regina cœli, mater miſericordiæ, & nos ſumus eius ancillæ: recommitte te ei, & nos te adiuuabimus; vt ipſa intercedat pro te ad filium ſuum pro docili ingenio tibi cōcedendo. Quo audito lętatus dixit. Valdè libenter. Vnde rogo vos, vt ſitis mihi adiutrices: cumq́ue vnà cum ipſis Reginam gloriæ rogaret, reſpondit illi Beatiſſima Virgo. In quà ſcientia Alberte vis docilis fieri? in theologia an ſcientia naturali? Cui cum diceret, ꝙ in naturali philoſophia, & annexis ei ſcientijs libentius vellet proficere: & talis fieri qualis nunquam fuit aliquis vel futurus eſt in ea: reſpōdit Beatiſſima Virgo Maria. Habebis quod rogaſti, ſed quia non quæſiſti ſcientiam filij mei, in vltimo vitæ tuæ omnem ſcientiam tuam amittes: Et eris obtuſi ingenij, ſicut modò exiſtis. Annuente ergo glorioſa Virgine vt orationi, deuotioni, & ſtudio vacaret: ſic facere promiſit. Recedente viſione ad ſe rediens, & mandatum virginis exequi ſatagens, quicquid legebat, pleniſſimè intelligebat. Et ſi aliquando aliquam difficultatem habebat; orationi apud Beatam Virginem inſtabat; & quod proprio ingenio non poterat, precibus impetrabat. Frequenter autem rogabat ipſam B. Virginē; nè permitteret eum philoſophorum rationibus ſophiſticis à veritate fidei auerti: ſed in fidei ſoliditate eius aīum firmaret. Quæ apparens ei cōſolando eum ait. Eſto fidelis in ſtudio perſeuerans: quia Deus te tanta copia

ſapientię

ſapientiæ ditabit: quòd per libros doctrinæ tuæ tota Eccleſia illuminabitur. Tamē ante mortem tuam à te omnis ſyllogiſtica ars auferetur: nè in fide vacillare poſſis, & vt in ſynceritate fidei pſeueres. Hāc viſionem de ſeipſo narrauit Albertus prædictus in vltima lectione, quam legit: in qua viſio ipſa cōpleta eſt, & verificata. Igitur vir iſte ſanctus, & pręclariſſimus, poſt adeptā diuinitus ſcientiam (vt prædictum eſt) primò legit ſententias in conuentu Hildenſemenſi prouincię Saxoniæ: poſtea legit in Vapingo, poſt in Ratiſpona duob. annis; deinde Pariſius poſt ſnīas glorioſè lectas Magiſter factus, ibidē tribus annis reſedit. Deinde Coloniam reuerſus legere cœpit glorioſiſſimè: quo tēpore Sanctus Thomas de Aquino ordinis Pręicatorum ipſum audiuit, eiuſque diſcipulus fuit. Poſt nō multum temporis à Papa Vrbano Quarto propter quoſdam errores eliminandos ad curiam vocatus, ad ipſius Papę & dominorum Cardinalium, & Beati Ioannis Euāgelium, & Epiſtolas canonicas, inaudito modo exponendo legit. De quo aduerſarij veritatis obſtupeſcentes confuſi ſunt. Quidam canonicus regularis de Bauaria (teſte F. Gulielmo Corinthienſi in libro de apibus) vir ſanctus & bonus, vna dierum exiſtens in Eccleſia ſancti Petri orās, ad exceſſum mentis raptus vidit ipſam Eccleſiā ſerpentibus totam plenam: quorum horribili ſibilo tota Roma replebatur. Cumq; ille miraretur; vnus Frater pręicatorum ordinis ſibi incognitus Eccleſiā intrauit. Qui licet à ſerpentibus multipliciter impediretur; viriliter tamen eis reſtitit, & eos à ſe repellens aſcendit ambonem (quod aiunt pulpitum) in quo diebus ſolēnibus ſolet legi Euāgelium. Perlecto itaque Sancti Ioannis Euangelio vſque ad verbum caro factum eſt, omnis illa multitudo ſerpentum à ſibilo ceſ-

ſauit,

ſauit, & de dicta eccleſia effugata eſt. Reuelatum eſt autem Canonico prȩmiſſo diuinum reſponſum: quod ille erat Frater Albertus Theutonicus. (Hic eſt Albertus Magnus.) Poſt hȩreſum igitur expugnationem, ad quam peragendam vocatus fuerat (vt prȩdictũ eſt:) Vrbanus Papa Quartus fecit eum Epiſcopum Ratiſponenſem. Hanc dignitatem cùm tribus annis laudabiliter adminiſtraſſet; videns vir ſanctus, quòd magnis ſeculi tumultibus ſe implicabat, reſeruatis ſibi quibuſdam redditibus epiſcopali curæ renunciauit; & Coloniæ ad ordinem rediјt, ac continue per annos 28. legit gratioſiſſime. Totus denique ſtudio, & bonis operibus ſicut oliua fructifera, intẽtus, frequenter clero populoque prȩdicabat; conſilia plurimis ſaluberrima dulciter & affectuosè dabat, deuotione prȩcipua vigebat; locum ſepulcri ſui quotidie viſitabat, & officia ibidem pro ſe ac ſi eſſet defunctus dicebat. Quotidie poſt lectiones factas totum pſalterium dicebat. Ad Beatiſſimam autem Virginem multum deuotus ſequentias eius, quæ pro ſabbatis aſſignantur, cum cantu dictauit. Dum verò componeret eiuſdem Virginis ſequentiam de aſſumptione incipientem: ſalue mater Saluatoris; & veniſſet ad verſum, ſalue mater pietatis, parum ſubſtitit: & deliberans quid ſubderet, ſubito ſcripſit, Et totius trinitatis nobile triclinium. Vnde ecce Beatiſſima Virgo ei mox apparens dixit: gratias tibi ago Bone Alberte, quia me ſalutaſti tali ſalutatione: quali ab alio nunquam prius ſalutata fui. Hic doctor Clariſſimus infinita propemodum ſcripſit: quæ vulgatiſſima ſunt; & è veſtigio tamen pro ſtudentium vtilitate ponentur. Tandem per triennium ante mortem ſuam, dum ſemel Coloniæ legeret, omnem memoratiuam amiſit: & recordatus viſionis, ac ſpon-

ſionis

ſionis Beatæ Virginis, prædictam viſionem in ſua adoleſcentia habitam omnibus narrauit; Et ait. Ego filij chariſſimi de cætero non legam: ſed confiteor publice coram uobis, me omnes articulos fidei veraciter credere, & de eis nil penitus dubitare; ſupplicans mihi exhiberi eccleſiaſtica ſacramenta tempore opportuno. Et, ſi quid dixi vel ſcripſi, fidei vel bonis moribus incongruũ, ex nunc ipſum reuoco; omnem doctrinam meam ſanctæ matris eccleſiæ Romanæ correctioni ſubdens. Sic ergo de cathedra magiſtrali deſcendens, omnibus lachrymantibus ac eum oſculantibus, vſque ad mortem in magna ſimplicitate permanſit; nihil de his, quæ religionis ſunt prętermittens.

Anno igitur Domini 1280. annis ſex & octo menſibus poſt obitum Sancti Thomæ de Aquino, die quintadecima Nouembris anima illa ſanctiſſima carne ſoluta eſt: & Reuerendiſſimum Dominum Siffridum Colonienſem Archiepiſcopum, accedentibus omnibus congregationibus collegiorum Colonienſis ciuitatis, necnon & concurſu omnium Dominorum in circuitu totiuſque ciuitatis prædictæ, in Choro conuentus Colonienſis ordinis Prædicatorum ante maius altare ſepultus fuit. Eius verò ſepulchro tale eſt epytaphium inſculptum, videlicet.

Fœnix Doctorum, paris expers philoſophorũ.
Princeps Doctorũ, vas fundẽs dogma ſacrorũ.
Hic iacet Albertus preclarus in orbe diſertus.
Præ cunctis certus aſſertor arte repertus;
Maior Platone, vix inferior Salomone.
Quem tu Chriſte bone Doctorũ iũge coronę.

Cùm autem poſt aliquod tempus corpus eius in tumba poſitum fuiſſet requiſitum: Ecce (mirabile

rabile dictu,) cùm poſitum fuiſſet ſupinum vt moris eſt, repertum fuit genufiexum ac in faciem incuruatum, prout orare ſolebat dum viueret.

Non ceſſauit autem Deus gloriam eius reuelare poſt mortem: quã fœlix in patria poſſidebat. Nam magiſtro Theoderico lectori Treuerenſi in cella ſua ſtudenti quędam ſancta mulier, quæ in vita ſua ei confiteri conſueuerat, quindecim diebus poſt mortem propriam apparuit dicens ſe fuiſſe a Deo miſſam; Vt eum de tribus certificaret, quorum veritatem ſcire volebat. Cùm verò quæſiſſet ab ea, quomodo ſe haberet, reſpondit; in conſpectu ſum ſanctiſſimæ Trinitatis quieta, ipro gloriæ beatitudine. Cùmque ei dixiſſet, an cognoſceret P. F. Albertum Theutonicum ordinis noſtri nuper in Colonia defunctũ; reſpondit illa, optime noui. Ad quam magiſter, vbi eſt, inquit? Et illa. Gaudet lætitia inennarabili longè ſuper nos. Fratri Conrado de Dusborgh pro eius anima oranti, ac in Eccleſia Fratrum in Colonia vigilanti apparuit Beatus Albertus Magnus corporali viſione, præcioſiſſimis veſtibus pontificalibus indutus, habens in infula ſuper frontem gemmam præcioſiſſimam, quæ ſolares radios emittens totam Eccleſiam illuminabat. Qui Beatus Albertus a Fratre illo requiſitus de ſtatu ſuo, reſpondit: Humani ſenſus non ſunt capaces gloriæ meæ. Claritas autem, quæ ex gemma frontis meæ procedit, ſignificat inexplicabilem gloriam pro claritate ſcientiæ, quam tradidit mihi Dominus, qua totam Eccleſiam ſuam dignatus eſt illuſtrare meo miniſterio & labore. Et his dictis euanuit ex oculis eius ad fruitionem ſanctiſſimæ trinitatis nunc & in perpetuum manſurus accedens.

Hęc breuiſſimè de vita Beati Alberti Magni

dicta

dicta ſufficiant: cui & nos & noſtra quæque, tamquam patrono ſuorum deuotorum apud Deum cum matre virgine efficaciſſimo, fiducialiter committere debemus in ſempiternum: Amen.

Poſt cuius vitam: Ecce Doctoris eiuſdem re, & nomine Magni, librorum cathalogus ante promiſſus.

In ſcientijs humanitus inuentis.

Super prædicabilia, prædicamenta, ſex principia, libros priorum, poſteriorum, thopicorum, elenchorum, phyſicorum; De lineis indiuidualibus, de cœlo & mundo, de generatione & corruptione, de natura loci, de proprietatibus elementorum, methcororum, de anima, de ſenſu & ſenſato, de memoria & reminiſcentia, de inſpiratione & reſpiratione, de ſomno & vigilia, de nutrimento & nutribili, de longitudine & breuitate vitæ, de morte & vita, de mineralibus, de vegetabilibus, de plantis, de animalibus, de cauſis, ſuper libros metaphyſicę, ſuper libros ethycorum, politicorum, rethoricorum, librum de animalibus profundiſſimæ intelligentiæ, ſuper problemata, de quatuor coæuis, de origine animæ, de potentiis animæ, de intellectu & intelligibili, contra vnitatem intellectus, de vnitate formæ, de homine, de bono, de herbis, de lapidibus, de alchimia, librum qui dicitur ſemita recta, contra necromanticorum libros, contra auerroyſtas, quinque determinationes quæſtionum quarundam ad clerum Pariſienſem, ſuper ſpheram, & aſtrolabium, ſpeculum de partu hominis, de muliere forti.

Sequentias multas, ſuper Iob; ſuper Cantica: ſuper Iſaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem; ſuper XII Prophetas minores; ſuper Matthæum, Marcum, Lucam, Ioannem: ſuper omnes epiſtolas Pauli; ſuper Diony. de cœleſti hierarchia, de diuinis, de ſymbolica theologia; Super quatuor libros ſententiarum, ſummam Theologiæ; compẽdium Theologicæ veritatis (vt patet) quod eſt præſens: De perfectione ſpiritualis vitæ; De myſterio miſſæ; ſuper euangelium: miſſus eſt Angelus Gabriel, &c. librum aureum, qui dicitur, miſſus eſt; libellum de ſacramento altaris: Secretum ſecreto.

Innumera fermè alia opuſcula compoſuit ad laudem Dei; quæ hic non enumerantur. Quid? De eius mirabili doctrina ſequens metrum compoſitum fuit.

Cunctis luxiſti ſcriptis; præclare legiſti;
Mundo fulſiſti: quia TOTVM SCIBILE SCISTI.

Explicit vita B. Alberti.

COMPENDII THEOLOGICÆ VERITATIS

Liber Primus.



De Natura Deitatis.

VERITATIS Theologicæ ſublimitas, cum ſit superni ſplendoris radius illuminãs intellectum, & regaliũ deliciarum cõuiuium, reficiens affectum, de magnorũ Theologorum ſcriptis breue Compendium colligere dignum duxi; quo & euitetur mater faſtidij prolixitas, & tamen ad inueſtiganda plurima via detur, & occaſio ſapienti. Theologia certè ſcientiarum eſt princeps oĩum, & regina, cui artes cæteræ tãquam pediſſequæ famulantur. Nã de naturis rerũ illa ſolũ recipit ad vſum ſuun, de quibus ſibi ſpeculũ fabricare valeat, in quo conſpiciat conditorem. Hæc eſt ſcientia ſcientiarum, quæ ſuper omnem ſpeculationem philoſophicam extollitur, & dignitate ac vtilitate omnibus antefertur. Ipſa enim philoſophia cum in naturalem, & rationalem, & moralem diſtinguatur. Philoſophia quidem naturalis, licet doceat cognoſcere creaturas, non tamen creatorem. Rationalis vero, licet doceat concludere hominibus, non tamen diabolo. Et moralis, liceat doceat acquirere virtutes Cardinalis, uon tamen docet acquirere charitatẽ. Noſtra vero Philoſophia ſcilicet. Veritas Theologica, hæc omnia operatur. Docet enim. Deum cognoſcere, diabolo reſiſtere, & charitatis exercitijs inſudare. Hæc eſt diuinorum pigmentorum apotheca, delectabilis ſuper mel, & fauum. Hæc quoque theſaurus deſiderabilis, ſuper aurum, & lapidẽ pretioſum multum. Hæc eſt fons de loco voluptatis egrediens, eccleſiæ militantis irrigans paradiſum. Denique præſens ſcriptũ

Authoris intentio. *Pſal. 18.* *Gene. 2.*

in 7.libellos diſtinxi,& ſingulas in vnoquoque materias rubricis proprijs aſſignaui. Primus eſt de natura deitatis. Secūdus de operibus conditoris. Tertius, de corruptela peccati. Quartus, de humanitate Chriſti. Quintus, de ſanctificatione gratiarum. Sextus, de virtute ſacramentorum. Septimus, de vltimis temporibus, & de pœnis malorum, ac præmijs bonorum. Sicubi ergo in hoc ſcripto deuiaui, parcatur mihi quia ignorans feci, vbi vero rectè proceſſi, laudetur gratia Ieſu Chriſti, ad cuius honorem, & beatiſſimæ matris eius, præſens opuſculum compilaui.

Diuiſio operis.

Quòd Deus eſt. Cap. I.

DEVM eſſe, multis modis oſtenditur. Hoc enim fides recta teſtatur, ſacra ſcriptura loquitur, comparatio rerum ad ipſum id ipſum indicat, ſancti prædicant, crea-
1. turæ clamant, ratio naturalis dictat. Primò igitur Deum eſſe fides teſtatur, quia fides catholica credit Deum, credit in Deum, & credit Deo. Credere vero Deum, eſt credere ipſum eſſe. Credere in Deum eſt credendo Deum amare, & amando in eum ire, ac mēbris eius incorporari: Credere autem Deo, eſt credere verbis eius. Primum & tertium bonorum & malorum eſt, ſecundum bonorum tantum, quia credere Deum, & credere Deo, bonis & malis eſt commune, ſed credere in Deum, bonorum ſpecialiter eſt. Deus itaque ſolus habet eſſe perfectum. Illud enim

nim perfectum eſt, cuius nihil eſt extra ipſum, vnde quia eſſe noſtrum habet aliquid extra ſe, imperfectum eſt. Deeſt enim nobis aliquid, quod de noſtro eſſe iam præterijt vel quod futurum eſt. Diuinum autem eſſe, cum ſimul totum ſit, nec quicquam de eo præterierit, aut futurũ ſit, perfectiſſimũ eſt. Secundò Deum eſſe ſcriptura loquitur. Ab æterno, & vſque in ſæculum tu es. Exod. 3. B
Qui eſt, miſit me. Ioannes Damaſcenus. Videtur omnibus principalius eorum, quæ de Deo dicuntur nominibus eſſe, qui eſt. Tertiò Deum eſſe, rerum comparatio ad ipſum facta indicat. Tam verum enim eſſe Deus habet, quòd noſtrum eſſe ſuo comparatum, nihil eſt, imo Deus ſuo præſentiali eſſe dat omnibus rebus eſſe, ita quòd ſi ſe rebus ſubtraheret, ſicut de nihilo facta ſunt, ſic in nihilum defluerent vniuerſa, Greg. Omnia humana, quæ iuſta, quæ pulchra ſunt, Dei iniuſtitiæ, & pulchritudini comparata, nec iuſta nec pulchra ſunt, nec omnino ſunt. Quartò ſancti prædicant. Anſelmus in proſol. Credimus te Domine eſſe aliquid, quo nihil maius cogitari poſſit. Diony. Eſſe omnium eſt C
ſuperſubſtantialis diuinitas, ſed hoc intelligitur cauſaliter, non formaliter. Præterea ſicut dicit Auguſt. Illud maxime habet eſſe, quod maxime diſtat a non eſſe, quod ſcilicet, non habet non eſſe poſt eſſe, neq; eſſe poſt non eſſe, nec põt cogitari nõ eſſe. Quintò Deum eſſe creaturæ clamãt. Omnia nanque ſuo modo dicunt, Quoniam ipſe fecit nos, & nõ ipſi nos, quia ipſe Deus eſt vox naturæ, quia omnia pulchra teſtantur ipſum pulcherrimum dulcia dulciſſimum, ſublimia altiſſimum, pu

ra puriſſimum, fortia fortiſſimum, & ſic de
Sapien.7 alijs, quia ſicut in patria Deus eſt ſpeculum,
in quo relucent creaturæ, ſic in via econuer
1.Cor.13. ſo creaturæ ſunt ſpeculum, quo creator vi-
Roma.1. detur. Vnde Apoſtolus. Videmus nunc per
ſpeculum in ænigmate. Idem, Inuiſibilia
Dei per ea, quæ facta ſunt, intel. conſpic. Sextò Deum eſſe ratio naturalis dictat, quæ per effectum in cognitionem cauſæ peruenit. Omne namque creatum indiget alio vt ſit, & illud iterum alio vt ſit, & ita erit in infinitum procedere, vel erit ibi circulus, vel
E peruenietur ad aliquid quod ſit cauſa omnium. Circulus autem non eſt in rebus ſingulis, quoniam oporteret aliquid eſſe prius, & poſterius ſeipſo, nec erit proceſſus in infinitum, quia natura abhorret infinitum, & vniuerſitas creaturarum tota cauſata eſt ſiue ſit finita, ſiue infinita, ergo indiget alio vt ſit, quod erit extra vniuerſitatem cauſatorum, & hoc Deus eſt, a quo fluunt omnia bona.

S C H O L I A.

A Primò igitur &c. fides teſtatur.] cui. ſ. fieri nō poteſt ſubeſſe falſum. [22 q.1. artic.3.]

B Secundò cui ſcriptura loquitur,] quæ. ſ. non poteſt ſolui [Iohannis.10.]

C Cauſaliter, nō formaliter.] ideſt Cauſaliter tū effectiuè, tuū formaliter: non formaliter partialiter, quamuis formaliter exemplariter. Deus enim eſt rerum cauſa efficiens, finalis: non autem forma, quæ eſt pars, quamuis ſit earum forma exemplaris de qua Boetius, Mundum mente gerens, ſimiliq́ue imagine formans [1. quæſt.3. artic.8. & quęſt.44. per totam.]

D Vox naturæ] Remotis ſcilicet imperfe-ctionibus. licet enim, pulchra inferant ipſum pulcherrimum ait, non tamen lapidea lapideum, nec materialia materialem. [1.q. 14. art. 1.]

E Abhorret infinitum.] quia aliter in infinitnm tollit primum in quocũque genere. Ablato aũt primo quid reſtat? Nihil omnino. [1.q.2.art.3.]

Quod vnus Deus eſt. Cap. II.

A

VNVM Deum eſſe oſtenditur authoritate. Vnde Deutero. 32. Videte quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me, Apoſtolus. Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Boetius, Si dici poteſt, vniſſimus eſt. Idem eſt ſemper in vno modo, nihil in ſe, niſi ſe, habet. Hoc verè vnum eſt, in quo nullus eſt numerns nullum in eo aliud eſt, præter id quod eſt. Idem oſtenditur, & ratione, quia ſimplex forma diuinitatis, ſi non eſſet vna, & eadem numero, ſed communicabilis pluribus vt forma Sorti, & platoni, iam contraheret aliquo addito ad eſſe ſingulare, & ta componeretur alteri, nec eſſet ſimpliciſſima quod falſum eſt, quia in ſummo bono nulla poteſt fieri adiectio, cum ſit omnino ſimplex. Notandum autem quòd vnum ſumitur prout eſt principium numeri, & ſic Deo non conuenit. Alio modo prout cõuertitur cum ente, & ſic Deo conuenit potius quàm alicui creaturæ, quia cum vnum ſit indiuiſum in ſe, & diuiſum ab alijs, excepto Deo ſolo, nihil eſt in quo non intelligatur B

C aliqua diuiſio, vel actualis, vel potentialis. Cum enim vnitas, vel numerus aliquis de Deo dicitur, nihil ponit, vt quidam dicunt, ſed tantum priuat, vnde cum dicitur, Deus vnus eſt, intelligitur quòd non ſint plures. Aliquod non eſt vnum tribus modis ſcilicet, vel pluralitate ſecundum ſpecies diuerſas ſicut Angeli, & Stellæ, qui ſunt vnum genere, ſed differunt ſpecie; vel mutabilitate, ſecundum quòd vnus homo plures dicitur, qui modo ſanus eſt, modo æger, modo diues, modo pauper; Vel propagatione ſecundum eãdem ſpeciem, prout unus homo plures eſt in filijs, qui propagantur ab ipſo Sed nihil prædictorum in Deo eſt. De primo enim cõtrarium habemus in ſymbolo Athanaſij, Hæc eſt fides catholica, vt vnum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate veneremur. De ſe

Pſal. 101. cundo. Ipſi peribũt, tu autem permanes. Bernard. Non ex tempore alterationem habet Deus, non in ſubſtantia alteritatem Leo Papa, Simplicis diuinitatis naturæ nihil addi, aut minui poteſt. De tertio. Non erit in te

pſal. 80. Deus recens Recens, id eſt recenter formatũ vel natum. Diuinitatem tria genera hominum multiplicant, ſcilicet idololatriæ vnde.

Pſal. 95. Omnes dij gentium dæmonia. Necromantici, qui attribuunt virtutem characteribus, & huiuſmodi ſtultitijs. Carnales homines, vt

Philip. 3. guloſi colentes ventrem Apoſtol. Quorum

Ephe. 5. Deus venter eſt. Et auari, qui ſuper omnia pecuniam amant Idem, Auaritia, quæ idolorũ eſt ſeruitus. Eſt itaque in Deo vera vnitas ꝓpter ſimplicitatem, immutabilitatem, & ſingularitatem, & propter vnitatis creatæ ſimilitudinem, quia ſicut vnitas a nullo deſcen-

dit,

dit, & oīs pluralitas ab ea defluit, ſic Deus a nullo, & omnia ab ipſo. Item ſicut vnitas de ſe gignit vnitatē, ita Deus pater de ſe gignit alterum ſe, vt dicit Auguſtinus Ideſt. alterū ſimilem ſibi, vel alterum a ſe ſcilicet filium. Hoc nomen Deus tripliciter accipitur, ſcilicet naturaliter, adoptiuè, & nūcupatiuè. Primo modo ſoli Deo cōuenit Secundo modo conuenit bonis hominibus, qui diuinæ bonitatis participes ſunt per gratiam prouidentiæ, vel doctrinam, & poteſtatē prælationis, & poteſtatem miraculorum. Pſal. 81. Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes Tertio modo dij dicuntur idola, ſed ſolo nomine, quia res nominis, ſcilicet, diuinitas, illis non conuenit. Primo modo non habet plurale hoc nomē Deus cum ſit vnus ſolus verus Deus, nec diuinitas recipiat diſtinctionem, ſed ſecundo, & tertio modo plurale habet. A Exod. 7.

S C H O L I A.

A Vnum] ſ. maximè. Hic enim & quæritur, & concluditur, de vnitate Dei non quacunque, ſed de illa: de qua Boetius, Inter omnia, quæ vnum dicuntur, arcem tenet vnitas diuinæ trinitatis. [lib. de trinit.]

B Contraheretur aliquo addito ad eſſe ſingulare] ideſt reciperetur forma ipſa in aliquo [puta in materia, vt forma hominis; vel in eſſentia, vt forma Angeli] ad hoc, vt eſſet ſingularis.

C Priuat.] Licet in Deo nulla ſecundum ſe ſit priuatio: tamen Deus, ſecundum modū apprahenſionis noſtræ, à nobis non cognoſcitur niſi per modum priuationis, & remotionis, ſic dicimus de Deo, ꝙ eſt incorporeus infinit', immaterialis, vn' &c. [1, q. 11. art. 3.]

Quòd vnum ſolum principium eſt. Cap. III.

SICVT vnus ſolus Deus eſt, ſic vnum ſo-
A lum principium eſt, quod oſtenditur mul
tiplici ratione. Primò ſic, quoniã ſi duo prin
cipia ſunt, vnum, ſcilicet, ſummè bonum, & aliud ſummè malum, aut communicaat in exiſtentia per ſe, vt Sortes & Plato ſi ſimul ſunt in eſſe communicant, aut non. Si non, ergo alterum illorum erit ens per aliud, & ita non erunt duo principia. Si ſic; cùm exiſtentia ſit per ſe bonum, malum autem plus eſſet malum, ſi non haberet illud bonum, ergo non eſt ſummè malum, quia ſi eſſe per ſe haberet, hoc ipſum eſſe, quòd eſt bonum, ſummè malum eſſe non fineret. Prçterea in
B creaturis quatuor inueniuntur, ſcilicet, multitudo ordo, imperfectio, & connexio. ſecundum quodlibet iſtorum probatur vnum tãtum eſſe principium. Omnis multitudo ſecũdum Diony. ab vnitate trahit originem. Ergo neceſſe eſt omnis multitudlnis vnum eſſe principium. Item omnis ordo cum habeat prius & poſterius, oportet quòd vnum habeat principium. Item ſecundum Boetium. Omne imperfectum ab aliquo ſimpliciter perfecto trahit originem, & hoc eſt Deus noſter. Item omnis connexio diuerſorum cauſam habet ſuæ connexionis, & conſeruationis ad aliquid vnum, & hoc eſt Deus. Item ſi eſſet vnum ſummè malum a quo omnia mala eſſent, ſequeretur quòd ſecundùm corpus Chriſtus eſſet ab illo malo principio, cũ

in eo

in eo fuerit malum pœnæ, quòd abſurdum eſt dicere. Ex prædictis patet, quod Deus eſt principium, & ſummum, & vnū ſolum principium, tum ratione dignitatis, tum ratione anteceſſionis, tum ratione cauſalitatis.

SCHOLIA.

A Primò ſic, quoniam ſi duo &c.] Aut ſummè malum eſt, aut nō. Si non ergo non ſunt duo principia. ſi ſic, ergo illud principiū non eſt ſummè malum. Nam eſſe eſt quoddam bonum [cùm ens, & bonum, cōuertantur:] & conſequenter id, quod aliquo modo eſt, non poteſt eſſe ſummè malum.

B Multitudo, ordo, imperfectio, connexio.] Multitudo, inquātū res creatæ ſunt plures, ordo, inquātū quędam ſeruiunt quibuſdam, imperfectio, inquantum omnis res creata habet potentiam paſſiuam admixtam; connexio, inquantum res diuerſæ ad inuicem naturaliter vniuntur [vt anima, & corpus.]

Quod pater eſt. Cap. IIII.

AETERNVM patrē eſſe per hoc oſtēditur, quòd cum Deus ſit potentiſſimus, ſapientiſſimus, & optimus, poteſt, ſcit, & vult ſe ſummè communicare, hoc autem eſt, alteri maieſtatis, ſuæ plenitudinem dare, ergo Deus pater ab æterno filium ſibi æqualem genuit, cui diuinitatis ſuæ eſſentiam cōmunicauit. Dicit enim. Dominus. Si ego qui generationē alijs tribuo ipſe ſterilis ero, quaſi dicat, non. Pater enim multipliciter ſumitur. Dicitur enim pater æterna generatione. Iſ. 3. Generationem eius quis enarrabit? Præ- A Col 2. Iſa. 66.

deſtinatione. Ephe.1. Gratia vobis, & pax a Deo patre, qui perdeſtinauit vos in adoptionem filiorum. Creatione. Deuter.32. Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, fecit, & creauit te? Fecit inquam, ſecundum corpus, creauit ſecundum animam, poſſedit ſecundum vtrunque. Redemptione Iſa. 36. Tu Domine pater noſter, & redemptor noſter, a ſeculo nomen tuum. Sacramentali regeneratione. 1. Pet. 1. Benedictus Deus, & pater Domini noſtri, IESV Chriſti, qui regenerauit nos. Fidei inſtructione, Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Gratiæ adoptione, Ro. 8. Accepiſti ſpiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus, abba pater. Gloriæ collatione. Gal, 4. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius, quòd ſi fi. & hę. per Deum, ideſt, per opera Dei, opera enim noſtra magis ſunt per Deum vitæ æternæ meritoria, quàm per nos. Primo modo ſumitur pater perſonaliter, & iſte modus ſoli patri conuenit. Quarto modo, ſcilicet redemptione, non ſolùm effectiuè ſed etiam per miniſterij exhibitionem, ſumitur etiam perſonaliter, & iſte modus ſoli filio connenit, ſecundum quòd modus redemptionis fuit per mortem filij. Omnes autem alij modi tribus perſonis ſimul conueniunt, quia indiuiſa ſunt opera trinitatis, niſi forte aliquis illorum modorū conueniat alicui perſonæ per appropriationem. Circa generationem nota quatuor ꝓpoſitiones, in quibus videri poterit vtrum eſſentia diuina generet vel generetur. Prima eſt Eſſentia generat eſſentiam. Secunda eſt. Eſſentia generat perſonam. Tertia eſt. Perſona

na

na generat eſſentiam. Quarta eſt Perſona generat perſonam Harum propoſitionum tres primæ falſæ ſunt, quarta autem vera eſt. Eſt enim regula In Theologia, quòd eſſentia diuina non generat, nec generatur, dicendum tamen quòd pater virtute eſſentiæ exiſtentis in ſe generat, & quòd filio per generatio nem communicatur, eſſentia, ſicut & ſpiritui ſancto per proceſſionem. Regula Theologica.

SCHOLIA.

A Et vult.] ſ. voluntate concomitante, non principiante. Vel voluntate naturali, non tali, vt poſſit in contrarium. Deus pater ſiquidem non poteſt non generare filium, ergo naturaliter generat. Complacet ſibi volũtas de hac naturali generatione, ergo voluntate concomitante [non coactè, non violenter] generat. Quòd ſi poſſet aliquando, vel aliquando potuiſſet, velle non generare filiũ: iam voluntas vt principians [Hæc poteſt in contrarium] huc concurreret: Et ſic filius eſſet inter creaturas computandus, quod eſt hæreticum.] eſt q. 41. artic 2. Concilium Nicœnum primum, in præfatione; & confeſſione fidei.

B Eſſentiam] non generat, nec generatur] ita. ſ. quòd nec generare, nec generari, poteſt. A ſimili ergo, Eſſentia nec ſpirat nec ſpiratur, nec ſpirare, nec ſpirari, poteſt Ratio omnium horum vna eſt: quia, cùm nihil poſſit ſeipſum producere, ſequeretur neceſſariò [vt patet,] quòd eſſentia diuina realiter multiplicaretur, ſi Eſſentia generare, vel generari, ſpirare, vel ſpirari, poſſet: [1. q. 39. art. 5. Extra de ſumma trinitate, & fide catholica.]

Quòd

Quòd filius eſt. *Cap. V.*

QVVM ſint correlatiua pater, & filius, per eaſdem rationes oſtenditur filium eſſe æternum, per quas oſtenſum eſt patrem eſſe æternum. Præterea inter omnes emanationes perfectiſſima eſt generatio, qua penitus genitus aſſimilatur ſuo genitori, quod emanationes aliæ non faciunt. Cùm igitur copioſiſſimo fonti bonitatis competat emanatio perfectiſſima, conſtat quòd perſona qui pater eſt, qui eſt fons totius bonitatis,
A generat filium ſibi æqualem, cui communicat ſuæ plenitudinem maieſtatis. Aliquis eſt filius Dei per gratiam vnionis, vt Chriſtus
Matth. 3. homo. Aliquis per veritatem natiuitatis, vt
17. Chriſtus inquantum Deus. Aliquis per ado-
Luc. 2. ptionem, vt ſancti. Aliquis per creationem,
Gal. 4. vt quæuis creatura. De filio Dei dicit Atha-
Sapie. 9. naſius in altercatione contra Arium, quòd
Luc. 1. ipſe dicitur ſenſus, quo omnia cogitantur,
Heb. 1. ſapientia, qua cogitata diſponuntur, virtus,
Luc. 2. quia diſpoſita perficiuntur, verbum, quo
Ioan. 1. clarificata nuntiantur, lumen quo perfecta clareſcunt. Filius ergo Dei dicitur ſapientia patris, non quòd pater ſit ſapiens ſapientia genita, ſed quia filium genuit, cui appropriatur ſapientia. Vnde pater dicitur omnia
Sapie. 8. feciſſe in ſapientia, id eſt, in filio Dei, vel cum
Pſalm. 2. ſapientia, quæ eſt filius, quoniam indiuiſa
109. ſunt opera trinitatis. Vnde hæc præpoſitio,
Pſal. 103. in, notat ſub authoritatem in filio, qui hoc ipſum habet a patre, quòd res creat. Generaliter enim verum eſt, quòd quicquid habet per-

bet perſona, vel operatur, hoc habet à Deo à quo eſt. Qualiter autem filius ſit patre, nota quòd hæc præpoſitio, de, quandoque notat cauſam efficientem, vt cùm dicitur, Chriſtus conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Quandoque cauſam materialem, vt cùm dicitur, Chriſtus, natus de Maria vergine. Quandoque identitatem eſſentiæ, vt cùm dicitur, filius natus de patre. Quandoque tranſubſtantiationem, vt cùm dicitur, corpus Chriſti fieri de pane. Quandoque ordinem ſecundum quod creatura dicitur fieri de nihilo. Ioan. 8.

S C H O L I A.

A Cui communicat ſuæ plenitudinem maieſtatis.] ſ. indiuiſibilis omninò [ſupra cap. 2.] Aut ergo communicat totam maieſtatem filio, & ſic generat æqualem: aut nihil maieſtatis, & ſic naturaliter [ideſt ex ſua ſubſtantia] non generat illum, quod eſt hæreſis. Hoc tu applicabis etiam ad ſpirationem perſonæ tertiæ: vt certiſſimè videas, omnes tres non poſſe non eſſe coæquales. [Extra de ſumma trinit. & fide catholica.]

B Sub authoritatem.] ly ſub non dicit authoritatis diminutionem, ſed tantum ipſius à patre acceptionem. Cùm enim authoritas filij ſit eadem numero cum authoritate patris, neceſſario tanta eſt in filio, quanta in patre. Per talem itaque locutionem ſignificatur tantum ordo originis: Quo filius habet huiuſmodi authoritatem eſt à patre ſibi illam communicante. [1. q. 42. art. 3. & 4.]

Filius eſt imago patris. *Cap. VI.*

IMAGO triplex eſt .ſ. æqualitatis, imitationis, & repræſentationis. Primo modo, filius

Gen. 1. filius eſt imago patris. Secundò modo, homo factus eſt ad imaginem Dei, vel imago Dei. Tertiò modo mundus dicitur ſpeculũ creatoris. Nota quòd imago relatiuè dicitur ad illud cuius ſimilitudinem gerit, & ad quod imitandum facta eſt. Hoc autem contingit dupliciter, aut quantum ad ſpeciem, & ſignum ſpeciei, & ſic imago hominis eſt in filio ſuo, qui ipſum in humana ſpecie, & figura imitatur. & hæc eſt perfecta imago. Aut quantum ad ſignum tantùm, & non ad veritatem ſpeciei, ſicut imago hominis eſt ſtatua lapidea, & hæc eſt imperfecta imago. Primo modo, filius eſt imago patris, ſicut in natura communicans. Secundò modo imago Dei, eſt in homine, licet minus perfectè. Eſt igitur imago, non ad imaginem, ſicut filius. Nam hæc præpoſitio, ad, dicit diſtãtiam inter imaginatum, & imaginantem, hoc autem non cadit in filium, vnde bene, dicetur imago patris, ſed non ad imaginem. Et eſt

Sapie. 7. imago ad imaginem, ſicut homo & Ange-

Col. 1. lus. Et eſt aliquid non imago, nec ad imagi-

Gal. 1. nem, vt mundus hic, qui propriè non dicitur imago, ſed veſtigium creatoris, quia licet trinitatem repræſentet, non tñ imitatur, nec eſt capax eius, ſicut homo. Eſt tñ mundus ad imaginẽ Dei factus, impropriè quia Deus aliud exemplar non habuit, ad cuius ſimilitudinem creaturas faceret, niſi ſemetipſum. Eſt imago genita, vt filius, & eſt imago creata, vt homo, & angelus, & eſt imago facta, vt ſtatua Herculis, quæ ipſum repræſentat Ex his patet quòd eſſe imaginem, cõuenit creatori, & creaturæ. Creatori quidẽ,

Col. 1. quia filio, qui eſt imago patris. Creaturæ verò con-

ro conuenit tam corporali, quàm ſpirituali, quàm etiam compoſitæ. Propriè tamen loquendo dicitur quòd creatura corporalis, eſt creatoris veſtigium. Vnde Apoſt. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, &c. Ibi hęc præpoſitio per, non dicit medium diſponens, inquantum creatura cōſideratur in ſe, ſed excitans: inquantum eſt ſimilitudo creatoris, quia non diſponit, ad cognitionem creatoris, imò per talem modum potius impediret cognitionem, cùm inter creatorem & creaturam maior ſit diſſimilitudo, quàm ſimilitudo. Creatura verò ſpiritualis dicitur creatoris ſimilitudo. Ezech. Tu ſignaculum ſimilitudinis, &c. & hoc ideo, quia in angelo propter naturæ ſimplicitatem expreſſior eſt ſimilitudo ad Deum, quàm in homine. Creatura verò compoſita, id eſt, homo, dicitur imago Dei Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinē. &c. & hoc ideo, quia in homine inueniuntur plures trinitates quam in angelo, vnde quoad hoc potius dicitur imago trinitatis. Filius Dei poſſidet triplicem excellentiam, ſicut innuit Apoſt. ad Heb. 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ. Primam ſcilicet reſpectu patris, a quo producitur, & ſic eſt ſplendor gloriæ paternæ. Eſt enim, vt ait Diony. fontalis radius, in ſe manifeſtans, gloriam paternam. Secundam reſpectu ſpiritusſancti, quem producit ex ſe (& ſic eſt figura, id eſt, ſimilitudo ſubſtantiæ patris.) Eſt enim ſpiritusſanctus alia perſona ab ipſo, eſt procedit à filio, ſicut à patre: Tertiam reſpectu creaturarum, quæ per eum producuntur, &

Rom. 1.

Ezec. 28.

ſic eſt

ſic eſt portans omnia verbo virtutis ſuæ. Pro-
Heb. 1. pter primum dicitur verbum filius patris,
quoniam perfectè loquitur bonitatem, &
ſummam patris liberalitatem, qui nihil ha-
bere voluit, quod filio ſuo non communica-
ret. Iſtud eſt verbum eſſentialiter, & æterna-
liter genitum, temporaliter promiſſum a pro
phetis, & apoſtolis prædicatum, ab angelo in
incarnatione nuntiatum. Propter ſecundum
dicitur filius imago patris. Quamuis enim
tres perſonæ æquales in æternitate, & maie-
ſtate, ac poteſtate, tamen filius dicitur potius
imago patris, quàm ſpiritusſanctus, quia non
ſolum habet conuenientiam intus cum pa-
tre in eſſentiæ identitate, ſicut & ſpiritus ſan
ctus, ſed habet etiam conuenientiam extra
cum patre, ex eo quòd ſicut a patre procedit
filius, ſic & a filio ſpirituſſanctus ſed a ſpiri-
tu ſancto nullus. Nam, ſecundum rationem
intelligendi, reſpectus huiuſmodi relationū
C ſunt extrinſecus exiſtentes, quia potius ab
aliquo ſunt, quam in aliquo. Intelligentia
enim relationum ad hoc, ad quòd refertur
aliquid, reſpicit, vnde ſi patrem non habeo,
filius non ſum, & econuerſo. Propter tertiū
dicitur filius virtus patris. ad Cor. Nos au-
1. Cor. 1. tem prædicamus Chriſtum, Dei virtutem, &
Dei ſapientiam. Inuenitur etiam imago tri-
nitatis in nobis, videlicet in memoria, intel
ligentia, & voluntate, vel in mente, notitia,
& amore, in quibus per ordinem patri, & fi-
lio, & ſpiritui ſancto aſſimilamur.

S C H O L I A.

A Quantum ad ſpeciē, & ſignum ſpeciei.]
Per ſpeciem, intellige rem eiuſdem naturæ:
vel numero, vel ſpecie eo quorum modo-

rum primo filius Dei eſt imago patris; ſecundo Petrus filius hominis eſt imago Pauli ſui patris. Per ſignum ſpeciei, intelligerem alterius naturæ, vel corporeæ vel ſpiritualis, ſimilem ei: de quo expreſſa eſt. Horum modorum primo ſtatua, ſecundum Herculis figuram effigiata, eſt imago Herculis: ſecundo, Homo eſt imago Dei; inquantum videlicet ſecundum animam imitatur Deū, Et eſt capax eius. [1.q.35.art 1.& 2.]

B Plures trinitates in homine, quàm in Angelo.] Vt infra huius c.decimo,& xj.

C Sunt extrinſecus exiſtentes.] Relatio realiter exiſtens in Deo eſt idem, ſecundum rem, cum eſſentia; differens tantum ab ea ſecundum intelligentiæ rationem, prout ſcilicet in relatione importatur reſpectus ad ſuum oppoſitum, quòd non importatur in nomine eſſentiæ. Ideò dicuntur in textu, Extrinſecus exiſtentes. [1.q.28. art.2.]

Quòd ſpirtusſanctus eſt. *Cap. VII.*

EMANATIO duplex eſt in diuinis. A
Vna per modum naturæ, & hæc eſt generatio, ſecundùm quam filius eſt à patre. Alia eſt per modum voluntatis, B
& hæc eſt proceſſio appropriata. propriè verò dicitur ſpiratio, ſecundùm quam ſpiritus ſanctus amor eſt a patre & filio. Idcirco autem hæc emanatio per modum voluntatis eſſe dicitur, quia ſpiritus ſanctus amor eſt Amor autem ſecundùm volūtatem eſt. procedit autem ſpiritus ſanctus C

D a patre

a patre mediatè,& immediatè. Mediatè, quia filius ipſum ſpirat, qui hoc habet a patre, immediatè verò, quia ipſe pater ipſum ſpirat.

S C H O L I A.

A Emanatio.] .ſ. naturalis Nam vtraque eſt virtute naturæ: cum pater producat naturaliter filium, amboque naturaliter producant ſpiritumſanctum. At, quia pater intelligêdo ſe producit filium; & vterque ſe inuicem amando producunt ſpiritumſanctum: emanatio prima eſt per modum intellectus, ſecunda per modum voluntatis,[1.q 34.art.1. & 2.& q.37.art.1]

B Vna per modum naturę,&c. Alia &c.] Nõ dicitur hoc, quaſi vna ſit naturalis, alia non: ſed dicitur, quia per vnam ſimile à ſimili perducitur ex vi perductionis, per aliam non. Quoniam autem generatione naturali ſemper ſimile à ſimili [ex vi, ſ. productionis] producitur, ſecundum philoſophum, ideo illa emanatio diuina, qua ſimile a ſimili ex vi productionis producitur, dicitur generatio & eſſe per modum naturæ, alia aũtẽ nec generatio, nec per modum naturæ. Hinc tantũ filium, non ſpiritumſanctum, generari dicas & per modum naturæ produci. Licet enim, ſpiritusſanctus patri filioque ſpirantibus ſit ſimilis: hoc tamen non eſt ex vi ſpirationis, vt ſpiratio, ſed vt diuina eſt [1.q.27. art.2. & 3.& q 30. artic.2.]

C Mediatè.] .ſ. ſi conſiderentur perſonæ ſpirantes Prius enim, ſecũdum quendam intelligendi ordinem, pater generat filium, poſt cum ipſo ſimul ſpirat ſpiritumſanctum. Licet omnia hæc realiter ſint in eodem Inſtati ſic ergo, attentis tãtum perſonis ſpirantibus

ſpiri-

ſpiritusſanctus eſt mediatè à patre immedia
tè à filio [1.q.36.art.3 & q.27.art.3.]
D Immediatè, quia pater ipſum ſpirat.] Ea
dem, virtute ſpirandi. Si enim, attendatur tã
tum virtus, qua ſpirant, nullum oĩno ibi ca
dit medium, quia hæc virtus eſt vna, & eadẽ
numero in vtroque vnde & pater immedia-
tè, & filius immediatè vnicaque ſpiratione
ipſum ſpirant; & ambo non duo, ſed vnum
principium, ſunt ſpiritusſancti.[1.q.36.art.3.
Conc. Floren. de proceſſione ſpiritusſancti.

Spiritus ſanctus amor patris, & filij eſt. Cap. VIII.

SPIRITVS ſanctus amor Dei eſt, & hoc triplicitur, videlicet, eſſentialiter, perſona- Ioan. 16.
liter, & exemplariter. Eſſentialiter ſpiritus Ioan. 15.
ſanctus dicitur amor, inquantum ipſe cũ pa-
tre, & filio vnus Deus eſt ipſi enim tres in-
quantum vnum ſunt in eſſentia, diligunt ſe
amore eſſentiali, qui appropriatur ſpiritui
ſancto. Perſonaliter verò dicitur ſpiritus ſan
ctus amor, inquantum ipſe eſt nexus patris,
& filij. Pater enim & filius diligunt ſe amo
re ab eis procedente, qui non eſt pater, nec
filius, ſed ſpiritus ſanctus. De hoc nexu dicit
Auguſtinus, Eſt ineffabilis quidam comple-
xus in illa trinitate, non genitus, ſed genito-
ris genitique ſuauitas, ingenti largitate per-
fundens omnes creaturas pro captu earum.
Exemplariter quoque dicitur ſpiritus ſan-
ctus amor, quoniam amoris gratuiti qui eſt
in nobis; ſpiritus ſanctus non ſolum cauſa
eſt efficiens, ſed etiam exemplar atque finis.

Amor enim qui eſt in nobis, eſt à ſpiritu ſancto efficienter, & hoc inquantum ipſe ſpiritus ſanctus eſt Deus. Exemplariter autem eſt in nobis, inquantum ipſe ſpiritus ſanctus eſt procedens per modum amoris a patre & filio. Sed finaliter eſt in nobis noſter amor, inquantum ſpiritus ſanctus, a quo noſter eſt, habet rationem primi boni, in quod tendit amor noſter. Notandum quod amor qui eſt ſpiritus ſanctus, ex modo procedendi eſt nexus, ſcilicet patris & filij; ſed propter ipſam proceſſionem eſt diſtinctus a patre & filio, propter naturæ verò diuinæ perfectionem eſt perſona & ſuppoſitum, propter diuinam verò ſimplicitatem eſt ipſe Deus, & ſummè bonus. Igitur ſpiritus ſanctus eſt amor, quo pater, & filius ſe diligunt. Cùm autem dicitur, pater & filius diligũt ſe ſpiritu ſancto, dupliciter exponi poteſt. Primò ſic diligũt ſe ſpiritu ſancto, ideſt, amore, qui eſt ſpiritus ſanctus, & ſecundum hoc propoſitio eſt vera. Secundò ſic, diligunt ſe ſpiritu ſancto, ideſt, per ſpiritum ſanctum, vel per amorem, qui eſt ſpiritus ſanctus, & ſic non eſt cõcedenda, eſſet enim intellectus, quòd ſpiritus ſanctus eſſet principium in trinitate, q͞d falſum eſt, quia a patre filioque procedit, quia non eſt ibi aliquid reſpectu cuius hæc dictio, per, dicat principium. Eſt enim regula quod hæc dictio per, ſemper dicit rationem principij, reſpectu alicuius poſiti in locutione: ſicut quando dicitur, Pater operatur creaturas per filium, ibi enim notatur ratio principij in filio reſpectu operis. Similiter hoc conceditur. Filius operatur per patrem, nam ibi ratio principij in patre eſt, & hoc duplici

reſpectu,

reſpectu, ſcilicet reſpectu filij, & reſpectu operis.

SCHOLIA.

A Inquantum eſt nexus] ſcilicet ſecundum habitudinem, non ſecundum originem. Nam ſpiritusſanctus eſt patris filijsque nexus, inquantum in ſpiritu ſancto importatur habitudo patris ad filium, & econuerſo, vt amantis ad amatum. Ex hoc ipſo autem, quòd pater & filius ſe mutuo amāt, oportet quòd mutuus amor, qui eſt ſpiritusſanctus, ab vtroque procedat. Ecce: quòd ſecundum originem ſpiritusſanctus non eſt medius, ſed tertia in trinitate perſona, ſecundum verò prǫmiſſam habitudinem, eſt medius nexus amborum ab eis procedens. [1. q. 37. artic. 1.]

B Diligunt ſe ſpiritu ſancto.] ſcilicet vt ly diligere ſumitur notionaliter, non eſſentialiter. Nam ſecundum quòd ſumitur eſſentialiter, diligunt ſe eſſentia ſua, non ſpiritu ſancto: ſecundum quòd notionaliter [cum taliter diligere ſit idem, quòd ſpirare amorem,] diligunt ſe ſpiritu ſancto. Vterque enim iſtum ſpirat amorem. Quis enim bonus pater, qui non diligat filium. & quis bonus filius, qui non diligat patrem? [1. q. 37. art. 2.]

Spiritus ſanctus charitas, & donum ſanctorum eſt. Cap. IX.

CVM inueniatur ſæpe in ſcripturis quòd ſpiritus ſanctus charitas, & donum dr̄, diligenter notandum eſt qualiter hoc debeat intelligi, & vtrum ſpiritus ſanctus ſit chari-

itas, qua nos Deum, & proximum diligamus. Vnde notandum eſt quòd amor ſiue charitas tribus modis ſumitur. Vnô modo effectiuè, & ſic abſque dubio verum eſt, quòd ſpiritus ſanctus eſt amor, quo diligimus Deū, quia ſpiritus ſanctus operatur in nobis habitum, & motum charitatis. Alio modo ſumitur exemplariter, ſic etiam ſpiritus ſanctus eſt charitas; qua diligimus Deum, & proximum. charitas enim, quæ eſt ſpiritus ſanctus eſt exemplar noſtræ charitatis. Tertio modo ſumitur charitas formaliter per modum inhærentiæ, & ſic charitas dicitur virtutis habitus in anima, quo diligimus Deum, & proximum. Et ſecundum hunc modum ſpiritus ſanctus non dicitur charitas; nec contrariatur dictum Auguſt quòd eadem eſt charitas, qua nos diligit Deus, & nos ipſum, quia licet verum ſit, tamen aliter, & aliter eſt nam Deus diligit nos eá formaliter, nos verò ipſum diligimus efficienter, & exēplāriter non formaliter. Sciendum eſt tamen quòd ſpiritus ſanctus datur, cùm datur eius domū quia ſpiritus ſanctus eſt amor, & primum donum, poſterius autem non datur, ſine priori. Præterea corpus myſticum eſt viſum per amorem. Cùm ergo nihil creatum ſit vnum in diuerſis particularibus, oportet q͏̄ membra corporis myſtici vniantur vno amore increato, qui eſt ſpiritus ſanctus Præterea quia ſecundùm Auguſt. totum malum hominis eſt vti fruendis, & frui vtendis, conſtat ergo quòd totum oppoſitum eſt donum eius, ſcilicet, frui fruendis, & vti vtendis. Sed ad fruendum eo, quo fruendum eſt, requiritur præſentia eius fruibilis, & etiam diſpoſitio debita

A In lib de Trin. c. 6.

bita

bita fruentis, vnde requiritur præſentia ſpiritus ſancti & eius donum, ſcilicet, amor, quo inhæreatur ei veruntamen cùm datur nobis ſpiritus ſanctus, non incipit eſſe in loco nouo, ſed nouo modo per productionem noui effectus, & noui reſpectus, ex quo creatura ſe aliter habet ad ſpiritum ſanctum, quàm prius, quia eſt in ipſa, vt in cognoſcente, & amante ipſum, quod non fuit prius. Ex iam dictis patet quòd in iuſtificatione duplex charitas nobis datur, ſcilicet, creata, & increata, illa qua diligimus & illa qua diligimur. Vel datur nobis charitas creata, qua diligimus formaliter, & increata, qua diligimus effectiuè, quia noſtrum diligere ipſe creat. Ex his colligitur, quòd licet Deus ſit in omnibus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, non tamen habetur ab omnibus hominibus per gratiam. Miſſio autem ſpiritus ſancti duplex eſt ſicut & filij. Vna viſibilis, ſicut apparuit ſuper Chriſtum in colūba, & ſuper apoſtolos in linguis igneis. Alia inuiſibilis, qua mittitur in mentē ad ſanctificandā creaturam, & iſta miſſio fit ad inhabitationē creaturæ rationalis, ſed prior fit ad inhabitationē demonſtrandam alijs. Eodē modo miſſio filij duplex eſt, una. ſ viſibilis, vt incarnatio, & alia inuiſibilis, vt eſt interna mentis illuminatio. Notandū ꝙ miſſio filij, & ſpiritus ſancti inſeparabilia sūt ſed dicitur filii, quando mens per gratiā illuminatur ad Deū cognoſcendum, & dicitur ſpiritus ſancti, quando affectus accenditur ad Deū amandū. Sciendū eſt ꝙ ſolius patris eſt mittere, & non mitti Cùm enim pater a nullo procedat, nuſquam mitti dicitur, quia

Mat. 3.
Act. 2.

uero filius & producit, & producitur, ideo mitit, & mittitur. Spiritus uerò ſãctus quia producitur æternaliter, ſed non producit, niſi ex tempore, ideo ipſius eſt proprium mitti, & non mittere, niſi reſpectu creaturæ, vt ad conuerſionem populi dicuntur apo
B ſtoli miſſi a ſpiritu ſancto. Niſi forte dicatur mittere hominem aſſumptum. Sed & ſpiritus ſanctus mittere dicitur, inquantum cum patre & filio idem eſt in eſſentia trinitatis, non inquantum perſona. Sic etiam filius mittit ſeipſum. Vnde Auguſt. in libr. de Trinitat. Intelligamus illam incarnationem, & ex virgine natiuitatem, in qua intelligitur filius miſſus, vna eademqne operatione patris, & filij inſeparabilitet eſſe factam, non ſeparato etiam ſpiritu ſancto. Ex his patet quod hæc ſunt impropria, & exponendæ, Spiritus ſanctus mittit ſe, & mittit filium, & filius mittit ſeipſum niſi intelligatur inquantum eſt de virgine natus, quia filius Deus mittit ſe hominem, & ſecundum hoc vera eſt. Hæc autem eſt ratio, quia mittere dicit authoritatem ratione
Modus. productionis æternæ. Quibus modis da-
Acto.2. tus ſit ſpiritus ſanctus in ſigno viſibili. Sciendum quòd in igne apparuit ſpiritus ſanctus, vt calefaceret frigidos. Et in lin-
Ibidem. guis doceret ignaros. Et in ſono, vt terre-
Ibidem. ret rebelles. Apparuit etiam in alijs tri-
Exod.13. bus ſignis ſcilicet in nube ipſi Moyſi, vt du-
Matth.3. ctor eius in columna nubis eſſet, ſicut legi-
Ioan. 20. tur Iſa.16.& 63. Item in columba ſuper Chriſtum baptizatum, ad oſtendendam gratiæ plenitudinem, quæ in ipſo erat. Item in flatu poſt reſurrectionem, ad ſignificandam viuificatio-

ficationem affectus, quia flatus ab interiori procedit. Datus eſt igitur ſpiritus ſanctus bis poſt reſurrectionem ſcilicet in terra, propter dilectionem proximi, & de cœlo, propter dilectionem Dei. Vel datus eſt in terra, ad relaxanda peccata aliorum Ioan. 20. Inſufflauit in eos, & dixit, Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſ. &c. Datus eſt de cœlo repentè in Pentecoſte ad robur, & ad operationem miraculorum, de his duobus Pſalm. Verbo Domini cœli firmati ſunt, quo ad primum, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, quoad ſecuudum. Tertia fuit collatio ſpiritus ſancti apoſtolis facta ante paſſionẽ, quando fuerunt baptizati, Eorum enim baptiſmus innuitur ibi, Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet. In ſignum prædictorum ter intingitur homo, ad ſignificandam hanc triplicem ſpiritus ſancti miſſionem, ſcilicet in baptiſmo, in confirmatione, & morte. Quadruplicem effectum conſecuti ſunt apoſtoli ex præſentia Spititus ſancti. Primò eloquentiam in linguis. Secundò audaciam in tormentis. Tertiò efficaciam in miraculis. Quartò protectionem a vitijs, quia poſt pentecoſtem non peccauerunt mortaliter. Accipiunt & modo multi vtiliter ſpiritum ſanctum, peccatores quidem in igne, ad purgandum Matt. 5 Ipſe baptizabit vos in ſpiritu ſancto & igne. Item pęnitentes ad proficiendã. Pſal. Spiritus tuus bonus deducet me. Item perfecti ad ſanctificandum, ad Cor. Qui det nobis pignus ſpiritus ſancti. Item beati ad fruendum Pſal. Renuit conſol. anima mea, &c. Item tribulati ad conſolandum. Rom. 8. Non accepiſtis

Quoties

Ioan. 20.

Actor. 2.

Pſal. 32.

Ioan. 13.

Actor. 2.

Actor. 5.

Mar. vlt.

Pſal. 143.

2. Cor. 5.

Pſal. 76.

ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,&c.Itē ignorantes ad inſtruendum. Ioā 14.Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater, &c. Quo tempore datus ſit ſpiritus ſanctus, attendendum eſt, ꝙ in die quinquagesima, ut oſtenda'ur auctor eſſe remiſſionis, nam annus iubileus ſeruiebat remiſſioni. Venit etiam in die dominica, ut eſſet dies primus renouationis, qui fuit etiam creationis. Datus quoque fuit tertia hora, quia dicitur primus homo hora tertia perdidiſſe gratiam,unde conueniens fuit,ꝙ eadem hora apoſtolis mitteretur.Item alia ratione datus eſt hora tertia, ſcilicet, ut oſtenderetur quòd etiam nobis hora tertia datur gratia Dei. Sunt enim tres horæ morales, ſcilicet, contritio,confeſſio,& ſatiſfactio. De hoc nomine ſpiritus ſanctus, ſciendum eſt, ꝙ poteſt eſſe circumlocutio unius proprij nominis, & tunc conuenit tantùm perſonæ tertiæ in trinitate, uel poſſunt iſtæ dictiones ſumi diuiſim, & ſic quælibet trium perſonarum eſt ſpiritus ſanctus. Spiritus ſanctus multa habet nomina. Dicitur enim ſpiritus a ſpirando actiuè, eo ꝙ ſpiret Ioan. tertio. Spiritus ubi uult ſpirat, & ſecundum hunc modum, hoc nomen ſpiritus commune eſt omnibus tribus perſonis, ſed ſpiritui ſancto conuenit per appropriationem. Alio modo dicitur ſpiritus a ſpirando paſſiue, eo quod ſpiretur: & hoc proprium eſt ſpiritui ſancto, qui procedit per modum ſpirationis. Non ſolum autem dicitur ſpiritus, ſed additur ſanctus, quia ſanctus idem eſt quod mundus, uel firmus,uel ſine terra. iſta autem non ſoli conueniunt ei quo ad ſe, ſed etiam in comparatione

Dies. Actō.2. Hora. Act.2. Moraliter.

tione quoad nos. Nam per gratiam ſpiritus ſancti a peccatis mundamur, in bonis firmamur, a terrenis ſeparamus. Sanctus ergo non ſolum eſt in ſe, ſed quia nos ſanctos facit ea ſanctitate, de qua dicit Dionyſius: Sanctitas eſt ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino immaculata mundities. Preterea ſpiritus ſanctus uocatur nexus, unitas, & amplexus, & hoc prout comparatur ad patrem & filium. Item dicitur donum altiſſimi; & hoc prout comparatur ad nos, quia omne datum optimum, & omne donũ perfectum deſurſum eſt, &c. Item dicitur fons uiuus, quia ſeptemplici riuo donorum nobis fluit. Eſa.xj. Spiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & ſpiritus domini. Item dicitur ignis, quia affectũ in nobis accendit. Item dicitur charitas, non ſolum quia eſt amor patris & filij, ſed quia nos amantes facit. Item dicitur ſpiritualis unctio, quia omnes tribulationes mundanas ſuaues facit, & iucundas, ſecũdum illud: In labore requies, in æſtu temperies, &c. Item dicitur dextræ Dei digitus, quia ſicut corporales res digito demonſtrantur, ita per ſpiritum ſanctum oſtenduntur res ſpirituales oculo ſpirituali. Item dicitur paracletus, quia conſolationes cœleſtes mentibus inſtillat. Item magiſtrorum optimus, quia intellectum ad Dei cognitionem, & ſui ipſius illuminat.

Iacob. 1. Io.4.& 7 Act. 2. Rom.5. 1.Io.2. Luc.11. Io 14.& 15.

S C H O L I A.

A Eadem eſt Charitas, qua nos diligit Deus, & nos ipſum enim Eadẽ.n. non identicè: ſed reductiuè. Nam Charitate increata diligit nos Deus; charitate creata nos eum diligimus.

mus. Quis modò dixerit, aliquod increatum, & creatum eſſe idem? Creatum tamen hoc fit ab alio, & ſecundum illud exemplar exēplatur iſtud. [22.q.23. art.2]

B Niſi fortè dicatur mittere hominem aſſumptum.] id eſt filium Dei ſecundum humanitatem aſſumptam. Non enim aſſumpſit hominem, cùm non aſſumpſerit perſonam creatam: ſed aſſumpſit humanitatem. Verum Chriſtus ipſe dicitur homo aſſumptus hic, inquantum aſſumptio terminata eſt ad hoc, vt idem perſonaliter eſſet Deus & homo. [3.q 4.art. Conc. Toletanum vndecimū, Articulo quinto in ſumma conciliorū.]

In trinitate perſonarum vnitas eſſentiæ eſt. Cap. X.

1. Ioā. 5. IN vnitate naturæ diuinæ tres ſunt perſonæ, quarum prima eſt a nulla, ſecunda eſt per generationem à ſola prima, tertia eſt per communem ſpirationem à prima, & ſecūda. Iſtud tamen ſic eſt, quòd trinitas perſonarū non excludit ab eſſentia vnitatem, ſimplicitatem, immenſitatem, æternitatem, & incommutabilitatē. Huius ratio per hoc patet, quia qui crederet Deum non poſſe ſe communicare, negaret in eo potentiam. Qui verò crederet hoc eum poſſe, ſed neſcire, negaret in eo ſapientiam. Qui crederet eum hoc poſſe, & ſcire, ſed nolle, ille negaret in eo bonitatē. Cùm igitur pater potuerit, ſciuerit, & voluerit ſe ſummè communicare, hoc fecit æternaliter, ſ. habēdo dilectionem, & dilectum, hoc eſt filium & ſpiritum ſanctum. Præterea omne bonum eſt ſui diffuſiuū, vt dicit Dion.

vnde

vnde cùm pater ſit fons bonitatis, emanatio erit ab ipſo perfectiſſima, quæ eſt generatio. Erit ẽt emanatio iucundiſſima, quę eſt ꝑ modum benignitatis, & liberalitatis, hæc autẽ emanatio, amor eſt, qui eſt ſpirituſſanctus a p̃re & filio procedens. Et bene dr̃ amor, emanatio liberalitatis, quia amor primũ donum eſt, quod a liberalitate procedit, cũ ſit donũ intrinſecũ in ipſo dante, in quo. ſ. amore oĩa alia donantur Hæc beata trinitas tribus modis innoteſcit. Ipſa.n. patet in ſcripturis, oſtẽdit in figuris, relucet in creaturis. Primò inquam beata trinitas patet in ſcripturis. Vnde Leo Papa, Credimus ſanctã trinitatem, patrẽ & filiũ, & ſpiritumſanctum, vnum Deũ oĩpotentẽ, vnius ſubſtantiæ vnius eſſentiæ, vnius poteſtatis. Itẽ Eſaias audiuit Seraphim ter dicentia, Sãctus, in laudẽ beatę trinitatis, ſubiũgentia in ſingulari Dñs Deus ſabaoth, propter confeſſionem vnitatis diuinę. Si ergo non eſſent tres perſonæ, non diceretur in Gene. Faciamus hominem ad ſimilitudinẽ noſtram, ſed meam & tunc ſi eſſent tres perſonę, & non una ſubſtantia, non diceretur ad imaginẽ, ſed ad imagines noſtras. Ad id oſtẽdendum ponitur iu Pſal. ter Deus, cùm dicitur, Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus & tamen ſolum ponitur hoc pronomen eum, vbi ſubiungitur, & metuãt eum omnes fines terrę. Item Iere. 1. Ah, ah, ah, Domine Deus, ecce neſcio loqui Vide quòd ah triplicauit, & in ſingulari dixit, Domine Deus quod notat trinitatem & vnitatem. Item Apoſto. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipſi gloria in ſecula. Et nota quod hęc prępoſitio, ex dicit au-

Eſa. 6.

Gen. 1.

Pſal. 66.

Rom. 11.

ctoritatem

ctoritatem & eſſe a nullo, hoc autem patri conuenit, qui eſt principium ſine principio. Sed hæc præpoſitio per notat operationem, ſiue medium, & eſſe ab alio, unde per hoc intelligitur filius, qui eſt principiũ de principio. Hæc autem præpoſitio, in notat, conſeruationem, & eſſe ab alijs, & propterea competit ſpiritui ſancto, qui eſt continentia omnis boni. Oſtenditur etiam beata trinitas in figuris Significatur enim per tres amicos Iob. Item per tres Angelos quos Abraham hoſpitio recepit, tres uidit & unum adorauit. Item per tres digitos, quibus appenditur moles terræ. Item per tres ciuitates refugij æquali ſpatio a ſe diſtantes. Item per tria difficilia ad inueſtigandum. Item per tres ciuitates, quas uidit Ezechiel. Relucet quoque in creaturis ueſtigium beatæ trinitatis. Cognoſcitur enim in magnitudine creaturarum potentia patris, in diſpoſitione ſapiẽtia filij, in ornatu bonitas ſpiritus ſancti. Itẽ in quolibet indiuiduo inuenies uirtutem, ſpeciem, & utilitatem, quorum primũ conuenit patri, ſecundum filio, tertium ſpiritui ſancto. Item in ſole uides eſſentiam, ſplendorem, & calorem, in quibus patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum cognoſces. Item in anima ſecundum memoriam intellectũ, & voluntatem conſidera perſonarum trinitatem, & unitatem ſubſtantiæ. Item in hierarchia cęleſti ſuperiori Deus eſt in thronis, ut maieſtas, in Cherubim, ut ueritas, in Seraphim, ut charitas, per quæ notatur perſonarum trinitas. Item in uirtutibus Theologicis. ſ fide, ſpe, charitate idem intellige. Itẽ in tribus dotibus animæ, ſcilicet cognitione

Figuræ. Iob. 2. Gen. 18. Iſa. 40. Deute. 4. 19. Prouer. 30. Eccl. 49. Sap. 15. pſal. 32.

compre-

comprehenſione, & delectatione. Notandū autem, quod aliter relucet Deus in creaturis uiatoribus, aliter in beatis. Exemplum de ſpeculo, in quo alio modo uidetur a nobis notus, & aliter ignotus, nam notum uidetur in ſpeculo ignotum per ſpeculum. Ex prædictis patet, ꝙ licet tam in creatura corporali, quàm in ſpirituali, & quam ex his compoſita beata trinitas cognōſcitur, tamen diuerſimodè, prout unum quodquè iſtorum dicitur ueſtigium creatoris, quia aliud dicitur eius ſimilitudo, & aliud eius imago, ſicut ſuperius eſt notatum in titulo, quod filius eſt imago patris Denique ſciendum eſt, quod pluralitatem perſonarum in unitate eſſentiæ, & unitatem eſſentiæ in perſonarū pluritate ſecundum Bernardum ſcrutari temeritas eſt, credere pietas eſt, noſſe uita æterna eſt.

S C H O L I A.

A Quod a liberalitate procedit]. ſ.naturali, non ad utrumlibet ſe habente. Neque enim poteſt non ſpirari ſpiritusſanctus. licet liberaliter. i. per modum uoluntatis non coactæ ſpiretur. [uide ſupra. 1. 7]

B Scrutari temeritas eſt Scrutari. i. per rationem naturalem. Ideo enim hoc temeritas dicitur, quia impoſſibile eſt, ad cognitionem trinitatis diuinarum perſonarum per rationem naturalem peruenire. Hinc ſume regulam Quam? Quod rationes omnes excepta auctoritate diuina & adductæ hic, & adducibiles ubicunque pro manifeſtatione trinitatis non ſunt demonſtratiuæ, ſed tantum congruentes. i. ꝙ per huiuſmodi rationes non intenditur probari, neque probatur

Regula pro trinitate.

neque

neque probari poteſt,ſufficiēter trinitas perſonarum,licet trinitate iam efficaciter aliunde poſita,huic poſitioni huiuſmodi rationes poſtmodum congruant. [1.q.32.artic.1.]

Multiplex trinitas eſt. Cap. XI.

A MVLTIPLEX inuenitur in ſcripturis trinitas. Eſt enim,trinitas increata, quæ ſumma & ineffabilis eſt. Aliç trinitates ſunt creatç, inter has vna eſt quç cecidit , ſcilicet rationalis,concupiſcibilis,iraſcibilis. Alia eſt per quā homo cecidit,ſcilicet, ſuggeſtio diaboli,delectatio ſenſualitatis, & conſenſus rationis,quç tria ſignificata ſunt per ſerpētem, mulierem,& virum in paradiſo. Tertia eſt in quam cecidit,ſcilicet,ignorantia veri,impotentia boni,& concupiſcentia mali.. Quarta eſt per quam reſurgit,ſcilicet fides ſpes,charitas. Item eſt trinitas per quam ad gratiam reparamus ſcilicet triplex ſubſtantia,quç eſt in Chriſto,ſcilicet,diuinitas, anima, & caro. Eſt autem alia per quā regeneramur, ſcilicet ſpiritus,aqua,& ſanguis. Spiritus inquam ſanctificationis, Aqua ablutionis, Sanguis redem-
Ioan.5. ptionis.Hanc nobis Ioan.in epiſtola ſua recitat.Eſt quoque trinitas alia per quam ad gloriam reformamur, vt ſunt tres dotes animç, ſcilicet,cognitio,dilectio, comprehenſio, Eſt & multiplex trinitas in creaturis , quç eſt veſtigium beatç & increatç trinitatis, & de hoc habes in titulo ſupra, quod trinitas perſonarum,& vnitas eſſentiç eſt.

S C H O L I A.

A Et ineffabilis.] Ita ſcilicet vt, qui eam probare

probare naturali ratione voluerit, fidei dupliciter deroget. Primo quantum ad dignitatem fidei: quæ eſt, vt ſit de rebus humanam rationem excedentibus. Secundò quantum ad vtilitatem trahendi alios ad fidem. Cùm enim ad probandam fidem inducit quis rationes non cogentes, hoc cedit in deriſionē infidelium, quia credunt, quòd huiuſmodi rationibus innixi propter eas credamus. Notandum. Quoniā igitur taliter ineffabilis eſt: ideò ea, quæ ſunt fidei, non ſunt tentanda probare, niſi per diuinas authoritates his, qui auctoritates ſuſcipiunt: apud alios verò ſufficit defendere, non eſſe impoſſibile id, quod prædicat fides [1.q.32.art.1. Dionyſius c.2. de diui.nomi.]

Aequalitas perſonarum eſt. *Cap. XII.*

AEQVALITAS perſonarum in tribus conſiſtit. Vnde Auguſt. Nullus aliū præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate. Quòd æqualitas ſecundum hæc tria ſi in Deo, ſic oſtenditur, quia, in iſtis inferioribus tria ſunt hæc, ſcilicet ſubſtantia, qualitas, & quantitas, igitur vnitas in ſubſtantia cauſat identitatem, vnitas autem in qualitate cauſat ſimilitudinē ſed vnitas in quantitate cauſat æqualitatē, in diuinis aūt eſt æqualitas tantummodo ſm triplicem quantitatem, ſicut quantitas in Deo A

eſſe dicitur, licet impropriè. Pimò ſecũdum quantitatem virtutis, quæ eſt potentia. Alio modo ſecundum quantitatem durationis, quæ eſt æternitas. Tertio modo ſecundum quantitatem magnitudinis, qua ipſe eſt intra omnia & extra omnia, & qua continet, & locat omnia. Aequalitas perſonarum aliter in iſtis tribus oſtẽditur, quoniam in creaturis triplex magnitudo reperitur ſcilicet tẽporalis, dimenſionis, & virtutis. Prima magnitudo eſt in rebus mutabilibus. Secunda in corporeis. Tertia in ſpiritibus creatis. Iſtis tribus reſpondent in creatore alia tria in quibus etiam perſonæ diuinæ ſunt æquales, ſcilicet æternitas in eſſe. magnitudo in immenſitate, & virtus in poſſe. Hæc tamen tria licet ſecundum rei veritatem ſint in Deo; ſecũdum differentiam rei tamen in ipſo, non habent eſſe, ſed ſecundum quod noſtrum reſpiciunt intellectum. Dicendum eſt ergo ꝙ ſecundum Auguſtin. nec eſt maius aliquid, vel duo, vel omnes, quàm vnus, nec maius aliquid omnes quàm ſinguli Coæternę quoque ſunt perſonæ diuinæ, quia in diuinis nõ eſt ponere niſi duo genera, ſcilicet, ſubſtantiæ, & ad aliquid; quantitas verò & qualitas tranſeunt in genus ſubſtantiæ, ſicut æqualitas & ſimilitudo dicunt relationes: ſed ſubſtantia communis eſt tribus perſonis. Relatiuorum autem proprium eſt ſimul eſſe, ergo nullo modo pater eſt prior filio, nec ſecundum id quod ad aliquid eſt, nec ſecundum id quod abſolutum eſt. Idem oſtenditur per exemplum in natura, quia licet ſplendor ſit a ſole, tamen eſſet ſoli coæternus, ſi ſol eſſet æternus.

SCHO-

SCHOLIA.

A Aequalitas ſecundum triplicem quantitatem.] ideſt ſecundum quantitatem eandem numero tribus modis conſideratę. Nam quantitas in Deo nihil aliud eſt, niſi eſſentia diuina Quantitas ergo virtutis eſt eſſentia diuina, vt potens ad agendum, quantitas durationis eſt ipſamet, vt exiſtens in tali duratione; quantitas magnitudinis eſt eadem prorſus, vt habens perfectionem. Quia igitur omnes tres perſonæ habent eandem numero eſſentiam [ſupra cap. x.] ideò non poſſunt non eſſe, nec poſſunt ab aliquo fingi non eſſe, ſibi inuicem æquales: tum in virtute, tum in duratione, tum in magnitudine [1.q.42.art.1.& 2.& 4.& 6.]

Inter eſſentiam, & perſonarum differentia eſt. *Cap. XIII.*

APVD Græcos quatuor ſunt vocabula, ſcilicet vſia, vſioſis, hypoſtaſis, proſopon. hæc apud Latinos æquipollent iſtis quatuor, videlicet, eſſentia, ſubſtantia, ſubſiſtentia, perſona. Inter hæc talis eſt differentia, quia vſia ſiue eſſentia dicitur de creaturis abſolutè, & ſine concretione, qualis eſt humanitas, vſioſis dicit ſubſtans naturæ, vt homo, hypoſtaſis dicit diſtinguibile, non tamen diſtinctum determinata proprietate, vt aliquis homo. Proſopon ſiue perſona dicit diſtinctum determinata proprietate ad dignitatem pertinente, vt Pet. vnde ſicut homi-

nes particulares diſtincti ſunt proprijs quali tatibus, ita pater & filius & ſpiritus ſanctus proprijs notionibus. Sicut autem Græci dixe runt patrem & filium & ſpiritum ſanctum, ſcilicet tres hypoſtaſes ideſt tres ſubſiſtētias, ita & nos dicimus tres ſubſiſtētias ideſt tres res non indigentes alia re vt ſint. Conſidera ta igitur eſſentia diuina in ſe, omnino indi- ſtincta eſt, pſona verò in ſe diſtincta eſt ſuis proprietatibus. Conſiderata autē eſſentia in perſonis, vel perſona in eſſentia, modum me dium tenet ſcilicet vnitatem, & diſtinctionē & hoc patet in appropriatis quæ omnibus p- ſonis conueniunt, vt potentia, ſapientia, boni tas, ſed ad vnam magis determinantur Nota quòd ſemper ſubſtantia ſumitur pro eſſen- tia, & quòd eſſentia nunquam trāsfertur ad ſignificandam perſonam. Tres ſunt diffinitio nes perſonæ. Perſona eſt creaturæ rationalis indiuidua ſubſtantia hæc ſumitur penes na- turam rei Secunda Hug. de ſancto Vict. talis eſt. Perſona eſt ſubſiſtens per ſe ſolam iuxta quēdam ſingularem modum ſumitur iuxta etymologiam nominis. dicitur enim perſo- na quaſi per ſe vna. Tertia eſt diffinitio magi ſtralis ſic. Perſona eſt hypoſtaſis diſtincta pro prietate ad dignitatem pertinente. Nota etiā quòd iſta quatuor prout ſupra ſunt expoſi- A ta, & exemplificata, ſcilicet eſſentia, ſubſtan- tia, perſona, differunt in creatura, re, & nomi ne, ſed in diuinis differunt ratione.

S C H O L I A.

A In diuinis differunt ratione] tantum; ſcilicet, ſi comparentur ad eſſentiam, non ad inuicem. Nam perſona eſt vnum re cum eſ

ſentia;

ſentia ; differens tamen realiter ab alia perſona. Pater enim eſt realiter diſtinctus à filio,& ſpirituſancto,tres tamen iſti ſunt idem realiter cum eſſentia : iuxta illud . Hi tres vnum ſunt. Vnde hoc ? A ratione oppoſitionis . Pater ſiquidem, & eſſentia, non ſunt oppoſita relatiuè, pater autem , & filius opponuntur relatiuè . Sic de ſpirituſancto . [1.quæſtione 28. artic.3.]

De immenſitate Dei.
Cap. XIIII.

NON eſt in Deo quantitas dimenſionis, ſed virtutis, nec vbique eſt Deus mole corporis , ſed præſentia maieſtatis, & per hunc modum dicitur immenſus . Sed nota quòd immenſitas quatuor in Deo complectitur ſcilicet infinitatem, incomprehenſibilitatem, incircumſcriptibilitatem , æternitatem. Si enim conſideratur Deus in ſe,ſic eſt infinitus.Pſalm.Magnitudinis eius nõ eſt finis. Pſal 144. Si verò conſideratur in comparatione ad intellectum , ſic eſt incomprehenſibilis, Apoſt O altitudo di.&c. Rom.11. Et propter hoc etiã dicitur ſedere ſuper cherubin , id eſt ſuper plenitudinem ſcientię, & ſuper omnem intellectum. Sed in comparatione ad locũ , ſic eſt incircunſcriptibilis. Ambro. Nihil præſcriptum , nihil conſcriptum , nihil dimenſum Trinitas habet , non loco clauditur, non æſtimatione concluditur , non ætate variatur.. Sed ſi conſideratur in comparatione ad durationem, ſic eſt æternus. Apoſt. 1.Tim.1. Regi ſeculorum immortali, &c. De his quatuor

De infinitate Dei. Cap. XV.

DVBITANDVM verò non eſt Deum eſſe infinitum: quia cum in Deo idem ſit potentia, & eſſentia, patet quòd eſſentia eius eſt infinita, ſicut & potentia. Vnde ſicut potentia Dei nō ita pōt in tot quin poſſit in plura, ſic & eſſentia Dei non eſt ita in aliquibus rebus, quin poſſit eſſe in pluribus imò ſi mundi eſſent infiniti omnes repleret. Præterea cùm Deus ſit rerum cauſa efficiēs formalis, & finalis. ſicut non eſt dicere de Deo in quantum eſt cauſa efficiens quòd ſit effecta, nec inquantum eſt cauſa formalis, quod ſit formata, eadem ratione non eſt dicere cùm ſit cauſa finalis, quod ſit finita. Nullo ergo modo dicendum eſt Deum eſſe finitum ſecundum ſubſtantiam, niſi finitum dicatur completum & perfectum. Sanè triplex dicitur infinitum ſcilicet negatiuè, priuatiuè, contrariè, ſeu diſparatè. Infinitum negatiuè dicitur per abnegationem finis, & ſic dicitur infinitum, illud, quod non finitur, & hoc modo infinitum eſt quod non eſt natum finiri. Infinitum priuatiuè, eſt quod natum eſt finiri, non tamen finitur. Infinitum contrariè, eſt quod habet contrariam diſpoſitionem ad finiendum. Primo modo eſſentia diuina eſt infinita: quia non habet finem, nec eſt nata finiri. Similiter ſi dicatur infinitum tertio modo. Si vero dicatur infinitum priuatiuè, ſic non poteſt dici infinita, quia non eſt nata finiri, imò eſt finiens omnia. Item finis dicitur triplex, dicitur

Hier. 23.

A

enim terminus, & ſecundum hoc quantitas continua ponitur infinita, quia eſt dimenſibilis in infinitū,& hoc ideo, quia in continuo non eſt terminus in protractione, ſicut nec in numero eſt terminus in additione. Alio modo dicitur finis idem quòd perfectio. Tertio modo dicitur finis, id propter quòd vnumquodque eſt. Primo modo Deus eſt infinitus, non ſecundum quantitatem dimenſiuam, quæ in Deo non eſt ſecundum quantitatē virtualē,quæ in ipſo eſt.Sed quia in Deo omnimoda eſt indiuiſio virtutis,& eſſentiæ,non poteſt eſſe infinitas virtutis,quin etiam ſit eſſentiæ. Secundo modo materia dicitur infinita,quia caret perfectione. Tertio modo malum culpæ dicitur infinitum, quia non eſt ordinatum ad finem.

SCHOLIA.

A Niſi finitum dicatur completum, & perfectum] Eo. ſcilicet modo : quo aliquam rem tunc dicimus eſſe finitam, quando nihil de requiſitis ipſi deeſt. Eſſentiam ergo Dei eſſe taliter finitam eſt,nihil omnino, de perfectione eſſendi ei deeſſe & hoc eſt, Eſſentiam eſſe [vt determinat littera] infinitam. Licet autem eſſe infinitum, & finitum [modo declarato] conuertantur : non tamen dixeris vnquam Deum eſſe finitum, niſi cum adiectione hac, vt ſcilicet ly finitum dicit eſſe completum ideſt cui nulla deeſt.

De

De incomprehenſibilitate Dei. Cap. XVI.

CREATOR à creatura cognoſci non poteſt ad plenum in via,vel etiam in patria,quia finiti nulla eſt proportio ad infinitum. Trinitas ſibi ſoli nota eſt, & homini Chriſto.vnde Bernard Nihil Deo præſentius & nihil incomprehenſibilius, quid nempe cuilibet rei præſentius quàm eſſe ſuum? Sanè eſſe omnium dixerim Deum, non quòd illa ſint quod eſt ipſe,ſed quia ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia.Eſt enim intelligentia noſtra ad illam lucem inacceſſibilē multò minus,quam viſus noctuæ,vel veſpertilionis ad lucem, vnde dicitur in Pſal. Ambulat ſuper pennas ventorum, hoc eſt, ſuper intelligentias etiam angelicas Veruntamen comprehēditur Deus aliquo modo per fidem in via.Aug. Mentis humanæ acies inualida in tam excellenti non figitur, niſi per iuſtitiam fidei emundetur. Bernard.Ita Deus eſt in rationalibus creaturis, vt non capiatur ab ipſis. A rationalibus tamen capi poteſt omnibus per fidei cognitionem, ſed a bonis tantùm capitur per amorem. Dicamus ergo quòd de Deo ſcire poſſumus,quid non ſit,non quid ſit. Aug.Intelligimus Deum ſine qualitate bonum, ſine quātitate magnum,ſine indigentia creatorē ſine ſitu præſidentē, ſine habitu vel ambitu oīa continentem ſine loco vbique totū,ſinè tempore ſempiternum, ſine ſui mutatione mutabilia facientem,nihilq; patientē.Comprehendi-

A

Rom. 11. I. Tim. 6. Pſal. 17.

De Deo. B

prehenditur quoque Deus per ſpeciem pro dignitate meritorum in patria. Auguſt. Videbimus tuæ maieſtatis eſſentiam, & vnuſquiſque eò perſpicacius, quò hic vixerit purius. Et exemplum in mari, quod ſe offert viſui; & tamen ſecundum ambitum totum videri non poteſt, & hoc eſt tam propter maris latitudinem, quàm propter ipſius noſtri viſus ad tantam ſuperficiem improportionabilitatem. Hoc igitur tenendum eſt, quòd
C in via Deum cognoſcere poſſumus, quia eſt,
D & in patria, quòd ſic eſt, nunquam tamē nec
E hic nec ibi quid eſt. Viſus corporalis impeditur tripliciter, ſcilicet, per tenebras, per falſam lucem, per auerſionem re viſibili. Eodem modo impeditur viſus ſpiritualis circa cognitionem Dei. Primò, per tenebras peccati, vel erroris. Qui facit peccatum,
1 Ioã. 2. in tenebris eſt. Adhuc cùm legitur Moy-
2. Cor 3. ſes, velamen poſitum eſt ſuper corda ipſorum. Secūdo per falſam lucem, hoc autem fit quando quis metitur æterna ſecundum naturalia: exemplum habetur in ligno putrido, quod in nocte quandam lucem videtur habere; ſed cùm dies venerit, nihil eſt. Tertio, per auerſionem a re viſibili, ſiue cognoſcibili, hoc eſt, quando quis ſpreto incommutabili bono, rebus mutabilibus adheret, talium oculis, cùm ſint ægri, odioſa eſt lux quę puris eſt amabiliſſima. Deus cognoſcitur interius & exterius. Interius dupliciter, quia quandoque per inſpirationem, quod paucis datum eſt Apoſt. ad Cor. Scio hominem in
2. Cor 12 Chriſto IESV &c. Quandoquè per ratio-
Roma. 1. cinationem per quem modum plures Philoſophi de Deo notitiam habuerunt. Idem, in-

uiſibilia

uiſibilia Dei &c. Exterius etiam cognoſcitur dupliciter. ſ. per creaturas: Idē, videmus nunc per ſpeculum, ſ. creaturarum, quę modò ſunt ſpeculum creatoris in præſenti, e conuerſo ipſe Deus erit ſpeculum creaturarum in futuro, in quo omnia videbimus, quæ ad gaudiū noſtrum pertinebunt Item per doctrinam: item ex auditu: ſicut cognoſcitur vinum quandoque ex auditu, quandoque viſu, quandoque guſtu, ſic Deus quodammodo cognoſcitur. Cognoſcunt enim Deum auditu qui audiunt verbum Dei, & per illud credunt, viſu cognoſcunt theologi, qui legūt Deum in ſcripturis, & philoſophi, qui ſpeculantur eum in creaturis, guſtu cognoſcūt ſoli boni, Pſal. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Et iſte vltimus modus perfectiſſ. eſt & certiſſimus. Dion. dicit, quòd tribus modis cognoſcitur Deus, ſ. per remotionem, ſiue abnegationē vt cùm dicitur, Deus non eſt hoc, vel illud. Vnde Diony. Negatiuæ de Deo ſunt veræ, affirmatiuæ verò incompactæ Item per eminentiam, vt cùm in creatura inueniatur potentia attribuenda eſt Deo ſumma potentia, & ſic de alijs. Item per cauſam, ſecundum quod per effectus venitur ad cognitionem cauſę, vel per cognitionem motuum ad cognitionem mouentis. Item nota quòd anima ſenſu percipit corpora, per firmius in materia tantùm præſente corpore, imagine vero corporum ſimilitudines, & formas abſtractas a materia etiam præſente corpore, vel abſente, ratione autem corporum naturas, intellectu ſpiritum creatum, intelligentia verò ſpiritum increatum Sciendum eſt etiam quòd cognoſcibilia quædam ſunt

1. Cor. 13.

Ro. 10.

Ioan. 5.
Pſal. 33.

ſunt infra rationem, quædam iuxta, quædã
F ſupra. Infra rationem ſunt, quæ ſenſu percipimus, vt alba, nigra, & huiuſmodi. Iuxta rationem ſunt, quæ ratione percipimus, vt ve-
G ra, falſa, iuſta, vel iniuſta. Supra rationẽ ſunt, quæ ſola diuina reuelatione comprehendũtur aut authoritate ſcripturarum creduntur,
1. Ioã. 5. vt tres eſſe perſonas vnum Deum.

SCHOLIA.

A Trinitas ſibi ſoli nota eſt, & homini Chriſto.] Non quòd Chriſtus ſecundum humanitatem comprehendat propriè trinitatem, ſed quòd homo Chriſtus ſecundum diuinitatem comprehendit ipſam. Vel aliter. Homo Chriſtus ſecundum humanitatem etiam connumeratur trinitati in cognitione trinitatis, ratione excellentiſſimæ cognitionis, quia ſcilicet anima Chriſti excellentius omnibus creaturis cognoſcit diuinam trinitatem [3.q.10. art.1.]

B Comprehenditur aliquo modo] ſcilicet largius: non autem propriè, nec largè, nec largiſſimè. Nam comprehenſione propria [Hac cognoſcitur res tantum quantum cognoſcibilis eſt] ſolus Deus comprehendit ſemetipſum: comprehenſione larga. [Hac tenetur res præſens, & habetur in poteſtate, eam ſemper videre: & ſic videntes ipſa, ſicut vltimo fine deſiderium totaliter quietante, fruuntur] beati in patria comprehendunt Deum. Comprehenſione largiori [Hæc eſt cognitio habita ex diuina reuelatione, vel per fidem, vel per prophetiam, vel per gratiam] viatores ſupernaturaliter, comprehendunt Deum: comprehenſione largiſſima [Hæc eſt cognitio; qua manuducitur quis

in no-

in notitiam Dei ex ſenſibilibus] viatores naturaliter comprehendunt Deum [1.quæſt. 12.artic.7.& 12.& 13.& q.14. artic.3.]
C Quid non ſit,non quid ſit] ideſt prædicata quidditatiua remotis imperfectionibus, cum quibus ſunt in creaturis, per quas naturali ratione cognoſcimus Deum [1.q 12.art.12.]
D In via Deum cognoſcere poſſumus,quia eſt.] Per ly quia eſt,intellige quatuor: videlicet quòd Deus eſt, quòd eſt omnium cauſa: quòd non eſt aliquid eorum, quæ creata ſunt: quòd hæc non remouentur ab eo, niſi quia eſt ſummè excellens. Et hoc eſt per viſibilia intelligere inuiſibilis Dei,& exiſtentiam, & habitudinem ad creaturas, & differentiam ab ipſis, & eminentiam ſupra ipſas [1 q.12.artic.12.]
E In patria,quòd ſic eſt:] Per ly quòd ſic eſt,intellige hoc ideſt ſecundum quòd in ſeipſo eſt,vel ſicuti eſt.Eſt aũt id nil aliud:niſi videre diuinam eſſentiam immediatè, non per ſimilitudinẽ creatam.[1.q.12.art.1.& 2.]
F Nec hic,nec ibi, quid eſt.] Per ly quid eſt, intellige totum totaliter ideſt Dei comprehẽſionem propriè dictam.[ſupra eõd.6.]
G Cognoſcibilia quædam infra rationẽ, quædam iuxta,quædam ſupra.] Non autem quædam contra. Nam, cùm lumen vultus Domini ſignatum ſuper nos, ſit ratio naturalis,impoſſibile eſt:ꝙ aliquod à Deo reuelatum ſit cõtra rationem naturalem. Quinimmò,cùm gratia perficiat naturam,oportet fateri, & ꝙ fides perficit rationem, & ꝙ ratio ſubſeruit fidei, ſicut naturalis inclinatio voluntatis obſequitur charitati.[1.q.1. ar.8.]

De

De incircunſcriptibilitate Dei. Cap. XVII.

A VBIQVE Deus eſt, & tamen nuſquam eſt, quia nec abeſt vlli loco, ne vllo capitur loco Auguſtinus, Deus eſt in mundo nō incluſus, extra mundum non excluſus, ſupra mundum non elatus, infra mundum non depreſſus. Ex his patet quòd Deus eſt intra omnia, & hoc quia omnia replet, & vbique

Hier. 23. præſens eſt. Item extra omnia eſt, quia omnia continet, nec vſquam valet coartari. Sed nota quòd hæc propoſitio extra, dicit ibi, nō actualem præſentiam ad locum, ſed potentialem, quæ eſt Dei immenſitas, quæ infinitos mundos poteſt replere, ſi eſſent. Item ipſe eſt ſupra omnia, quia omnibus præſidet, nec aliquid ei æquatur. Item infra omnia eſt, quia cuncta ſuſtinet, & ſine ipſo nihil ſubſi-

Heb. 1. ſteret. Dicimus etiam quòd vbique eſt, non vt indigeat rebus, quòd in eis ſit, ſed potius res ſui indigeant vt per eum ſubſiſtant. Deus enim ante mundi conſtitutionem fuit, vbi nunc eſt, ſcilicet, in ſe, quoniam ipſe ſufficit ſibi, vnde verſus.

Dic vbi nunc eſſet, cùm præter eum
nihil eſſet,
Tunc vbi nunc in ſe, quoniam ſibi
ſufficit ipſe.

PER quod patet ſolutio quæſtionis quorundam, ſimplicium, qui quęrunt vbi

Deus

Deus fuerit priuſquam mundus eſſet. Sciendum eſt ergo, quod aliquid eſt in loco circunſcriptiuè, & diffinitiuè, vt corpus, & aliquid diffinitiuè, non circunſcriptiuè, vt angelus, aliquid nec ſic, nec ſic, vt Deus. Et hoc ideo, quia non indiuiduatur per materiam, vt corpus, neque per ſuppoſitum, vt angelus. Aliquid eſt etiã in loco, partim circunſcriptiuè, partim diffinitiuè, vt corpus Chriſti in ſacramẽto, quod eſt totum ſub tota hoſtia, ita quod non excedit, & ſecundum hoc eſt circunſcriptiuè: eſt quoque ſic ſub hoſtia quod non vbique, & ſic eſt ibi quodammodo diffinitiuè. Corpus autẽ Chriſti licet non ſit vbique, cùm corpus ſit creatura, nec æquari poſſit in huiuſmodi creatori, in pluribus tamen locis eſt totum, ſub diuerſis hoſtiis, & hoc eſt propter vnionẽ carnis ad verbum, vnde meritò habet amplius, quàm alia creatura, ſcilicet quòd in locis pluribus ſimul, & ſemel poſſit eſſe. Ex prædictis patet, quòd eſſe vbique ſimpliciter ſoli conuenit creatori, ſed in loco vno eſſe ſoli conuenit creaturæ. in pluribus vero locis eſſe, ſed non vbique, conuenit corpori Ieſu Chriſti. Nota quòd Deus eſt multipliciter in rebus, ſcilicet per naturam, & ſic eſt vbique eſſentialiter potentialiter, præſentialiter. Item per gratiam, ſic eſt in bonis. Io. 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert &c. Item per gloriam, ſic eſt in beatis. Item per vnionem, ſic fuit in vtero virginis vnitus humanæ naturæ, & in ſepulchro vnitus carni, & in inferno vnitus animæ Chriſti. Item Deus dicitur eſſe alicubi per occultorum reuelationẽ. Gen. 28. Vere Deus eſt ĩ loco iſto. Ioan. 14

Item

Item per veſtigiorum eius excellentem re-
Matth.6. præſentatione, ſic dicitur eſſe in cœlo, quia
& 28. ibi maximè relucet ſua potentia, ſapientia,
bonitas. vel per naturæ identitatem, ſicut eſt
filius in patre, & pater in filio, & ſpiritus ſan
ctus in vtroque. Item per miraculorum ope-
Io. 10. & rationem. Exod. 8. Digitus Dei eſt hic. Item
14. per conſeruationē & gubernationem, ſic eſt
Pſal. 118. in mundo. Deus eſt in ſeipſo vt α & ω,
Apoc. 1. ſecundum illud, Dic vbi tunc eras, &c. Ipſe
Iob. 38. enim eſt in mundo ſicut rex in regno. Ber.
Deus vbique regnat, vbique imperat, vbique
maieſtas eius omnia replet, & complectitur
C vniuerſa. Item in eccleſia eſt, ſicut paterfami
Matt. 18. lias in domo. Vnde illud, Ecce ego vobiſcum
ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Item
in electis, vt liberator a malis, adiutor in bo-
nis, & hoc eſt quod dicit Bernar. Deus eſt in
creaturis, mirabilis, in hominibus, ama-
bilis, in angelis, deſiderabilis, in ſeipſo, in-
comprehenſibilis, in reprobis intolerabilis.
Item in damnatis, vt terror & horror. Au-
guſtin. Qui te dimittit, quò it? Niſi à te
placato ad te iratum? Non enim manum
domini poſſumus effugere. Pſalm. 138.
Si aſcendero in cœlum, tu illic es, & cæte-
ra. Si verò dubitatur vtrum Deus ſit in
Diabolo. Sciendum quòd quædam nomi-
na ſunt, quæ important naturas, prout na-
turæ ſunt, & his concedendum eſt quòd
Deus inſit. Sunt alia per quæ intelliguntur
deformitates, vt diabolus, de quibus non eſt
dicendum quòd Deus inſit; niſi addatur in-
quantum ſpiritus eſt, vel aliquid tale. Deus
eſt in anima fideli, vt ſponſus in thalamo,
rex in regno, turris in caſtro, magiſter in ſco-
lis, fons

lis, fons in hortis, lux in tenebris, theſaurus in agro, uinum in cellario, carbunculus in auro, uel ſicut manna in arca, ſigillum in charta, medicina in apotheca, ſicut fructus in arbore, oleum in lampade, lilium in conualle.

S C H O L I A.

A Vbique &c. Et tamen nuſquam &c] Deũ eſſe ubi que. i. in omnibus rebus, non eſt Deũ eſſe uel eſſentiam, uel partem eſſentię, uel accidens rerum: ſed eſt Deum dare eſſe, uirtutem, operationem omnibus rebus. Deum eſſe ubique [.i. in omnibus locis] non eſt Deum eſſe uel eſſentiam, uel partem eſſentię, uel accidens, locorum: ſed eſt Deum dare eſſe, & virtutem locatiuam, omnibus locis. Deũ replere oĩa loca nõ eſt ipſum eſſe in loco circũſcriptiuè, aut diffinitiuè: ſed eſt ipm̃ facere, ꝙ locata oĩa repleãt loca ſua. [1. q 8 art. 1. & 2.]

B In rebus &c. Eſſentialiter, potentialiter, pręſentialiter.] Deum eſſe ubique eſſentialiter, eſt ipſum eſſe immediatè cauſam eſſendi omnibus: potẽtialiter, eſt ipſius ptãti oĩa eſſe ſubiecta: pñtialiter, eſt ipsũ oĩa aperta intueri. & quia hęc tria naturę diuina creatrici, ut ſic conueniunt: ideo tribus illis modis dñi omnibus rebus per naturam [1. q. 7. art. 3.]

C In angelo, ut decor &c.] vltra hoc, ꝙ eſt omnibus rebus per eſſentiam, pręſentiam, potentiam, dicitur eſſe in aliquibus earum ut decor, in aliquibus ut horror, in aliquibus vt mirabilis &c. quia. ſ facit iſtos effectus in eis. [Ex 1. q. 9. art. 1. ad ſecundum & tertium.

De æternitate Dei. Cap. XVIII.

SICVT Deus vbique eſt, & tamen nullo loco circunſcribitur, uel continetur,

ſic æternus eſt, & tamen nullo tempore menſuratur. Non enim ei competit tempus præſens quia ſemper pertranſit, Deus autem ſemper manet idem. Vnde Hilarius. Eſſe non eſt accidens Deo, ſed ſubſiſtens veritas, & manens cauſa. Similiter tempus præteritum modo non eſt, nec habet eſſe ſubſi-
Pſal. 101. ſtens, ſed de Deo dicitur in Pſal. Ipſi peribūt, tu autem permanes. Similiter tempus futurum non eſt, ſed expectatur, Deus autē ſem-
Apoc. 1. per eſt. Vnde Mercurius, Sola monas eſt α, & ω, hoc eſt quia Deus eſt principium ſine principio, & finis, ſine fine. Cùm enim ſimplex ſit omnino, non habet in ſe principium contrarietatis, quod eſt cauſa corruptionis. Quid autem ſit æternitas ſecundum rem, ſciendum, quod propriè dicitur æternitas ſine principio, & ſine fine, & mutabilitate, & ſecundùm hoc conuenit æternitas ſoli diuinæ naturæ, in qua eſt diuturnitas immēſa. Aeternitas vero ſecundùm etymologiam dicitur quaſi extra terminos, quia termino caret, tam initiali, quàm finali, ſed ſecūdum diffinitionem Boetij in libro de conſo. Aeternitas eſt interminabilis vitæ iucunda, tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Ad huius diffinitionis intelligentiam notandum, quòd in quibuſdam eſt terminabilitas ſimpliciter quia ex parte corrumpi poſſunt, vt ſunt generabilia, & corruptibilia, ad quorum differentiam ponitur interminabilis, & ponitur illud per abnegationē, quia ſimplicia, & præcipuè diuina nullo modo melius manifeſtātur, quàm per remotionem, vt ait Dionyſius. Et huius ratio eſt, quia ſimplicium & diuinorum eſſe non poteſt intellectus perfectè

compre-

comprehendere, & ideo ex negationibus eorum, quæ ab ipſis remouentur, manu ducitur intellectus ad ea aliqualiter cognoſcenda. Item in quibuſdam eſt interminabilitas eſſentiæ, ſed non vitæ, vt in corporibus cœleſtibus, ad quorum differẽtiam additur, vitę. De Deo autem dicit August quod ſolus habet immortalitatem. In omni enim mutabili natura nonnulla mors eſt, ſcilicet ipſa mutatio, quia facit in ea aliquid non eſſe, quod prius erat Vnde & homo quando naſcitur, quodammodo incipit mori. In quibuſdam autem eſt interminabilitas vitæ, ſed tamen cum miſeria & infœlicitate, vt in dæmonibus, & damnatis, ad quorum differentiam additur iucunda poſſeſſio, in cuius intellectu eſt iucunditas fœlicitatis, quia tunc poſſeſſio alicuius rei iucunda dicitur, quando ad libitum habetur. In quibuſdam eſt interminabilis vitæ poſſeſſio, ſed non tota vt in omnibus beatis ante iudicium, quorum eſt beatitudo ſecundum partem animæ, & non corporis, ad quorum differentiam dicitur tota, quia totum eſt quod non eſt diminutũ, vel cuius nihil eſt extra addere. In quibuſdã eſt interminabilis vitæ poſſeſſio tota, ut in angelis beatis ante iudicium, quia ſecundum totam ſui ſubſtantiam habent fœlicem interminabilem vitam, ſed non ſimul, cũ aliqualit in eis ſucceſſio reuelationum, & gaudiorum, ad quorum differentiam ponitur ſimul. In quibuſdam eſt interminabilis vitæ poſſeſſio tota ſimul, ſed tamen non perfecta eo modo quo dicimus perfectum nullo indigeas, ſicut eſt in angelis, & in hominibus beatis poſt iudicium, ad quorum differentiã

1.Tim 6.

A

B.

additur perfecta vi. nullo indigens ad ſuum beatum eſſe. Patet igitur ex prædicta diffini tione ꝙ tres ponuntur ibi conditiones, quæ ſunt inſeparabiles ab æternitate increata, quæ Deus eſt, ſcilicet interminabilitas, ibi, interminabilis vitæ poſſeſſio. Item inuariabilitas, ibi, tota ſimul. nihil.n.variabile eſt in Deo, ſed totum ſimul. Item ſimplicitas, ibi, perfecta. Illud.n ſummè perfectum eſt, cui non eſt poſſibilis aliqua additio. Per primum ſeparatur Deus ab omni corporali. Per ſecundum, ab omni variabili. Per tertium, ab omni compoſito. Item not. ꝙ illud ꝙ caret principio & fine, dicitur æternum, vt Deus, cuius eſſe interminatum eſt. Sed quæ principium habent & carent fine, dicuntur perpetua, vt angelus, & homo. Quæ vero principium & finem habent. dicuntur temporalia, vt ſunt corruptilia, ſicut vegetabilia, bruta, & ſenſibilia, & huiuſmodi.

SCHOLIA.

A Beatitudo ſecũdum partẽ animæ, & non corporis, ad quorum differentiam dicitur tota] ſecundum partem animę.i.ſecundum animam, quæ eſt pars hominis: Tota.ſ. extenſiuè. Ante.n. iudicium vniuerſale habent animæ beatitudinem totam intenſiuè: ſed non totã extenſiuè. Non.n.in viſione clara, qua nunc vident Deum, proficient aſſumpto corpore cum oculis corporeis non videant Deum] ſuã tamen hanc beatitudinem corpori reaſſumpto communicabit anima modo tali, quo lucernæ lumen ardens communicatur teſtæ ipſam circũdanti [1.q.12.art.3.& 12.q.4.ar 5.]

B Non perfecta re, nullo indigens] Licet.n. beati nullo alio, præter Deum, poſt iudicium

indigeant

indigeant ad ſuam beatitudinem : indigent tamen ſemper Deo, vt conſeruante ſeipſos in ea] 1.q.104.art.1. & 12.q.4.art.5.& 7.& 8.]

De incommutabilitate Dei. Cap. XLX.

INCOMMVTABILIS eſt Deus, & impermutabililis, quia nõ cadit in eo motus accidentalis. ſ. augmenti Leo papa, Simplici naturæ diuinitatis nihil addi vel diminui poteſt, quia ſemper eſt quod eſt. Itẽ nec diminutio. Mala. 3 Ego Deus & non mutor. Item nec alteratio. Iac. 1. apud quem non eſt tranſmutatio, &c. Item nec ſecundum locum mutatio, quia vbique præſens eſt. Iere. 23. Cęlum & terram impleo. Impermutabilis autẽ eſt, quia non cadit in eum motus ſubſtantialis, qui eſt de non eſſe ad eſſe, vt corruptio, quia finem non habebit, illud. n. ſolum in nihil eſt vertibile, ꝙ de nihilo factum eſt, incõmutabilis eſt etiam Deus ex eo, quod non cadit in eum motus ex operatione. Nam ſoli Deo conuenit in operatione quietum eſſe. Vnde Boet. Act 7.

O qui perpetua mundum ratione gubernas.
Terrarum cœliq; ſator, qui tempus ab æuo.
Ire iubes, ſtabiliſq; manens das cuncta moueri.

Vnde qñ Deus facit aliquã rem, non fit in ipſo Deo aliqua mutatio, ſed ĩ re circa quã operatur. Quod aũt fecit Deus ꝓdicare ſubuerſionẽ Niniuæ, & prædicare mortẽ Ezechię, quo- Ionæ. 3. Eſa. 38.

rum neutrum accidit, in talibus non mutauit Deus conſilium, quòd ab æterno ſecum
Eſa. 38. habuit, ſed ſententiam, quæ reſpectum habuit ad ipſa negotia, quia Niniuæ ſubuertenda erat ſecundum cauſas inferiores, ſed hæc nõ impoſuerunt neceſſitatem diuinæ potentię. Item tres diſtinguuntur motus, ſcilicet naturalis, voluntarius & violentus. Naturalis eſt, quo naturaliter res tendunt ad locũ proprium. Motus autem violentus eſt, quando coguntur res eſſe extra locum proprium, ſed motus voluntarius eſt in hominibus, vel in angelis. bruta autem, & homines quodammodo naturaliter mouentur quando currũt, vel mouentur, vel operantur, & iſte motus eſt medius inter naturalem, & violentum, quia partim eſt naturalis ſcilicet inquãtum voluntas coniungitur ſuo actui, ſicut cauſa ſuo effectui & partim eſt violentus, inquantum ſcilicet mouentur membra contra motum ſuum naturalem, propter quod etiã laſſantur, quæ ex motu naturali nunquam laſſarentur. Igitur primo modo non eſt in Deo, ſcilicet naturalis & hoc ꝓbatur per quatuor rationes. Prima eſt, quia omnis motus eſt ad quietem, & propter indigentiam, ſicut dicit philoſophus, ſed Deus nullius eget. Secunda eſt, cum ſit vbique, non habet neceſſe de loco ad locum moueri. Tertia eſt, quia non eſt in eo grauitas, vel leuitas, propter quam ſurſum & deorſum moueatur. Quarta eſt, quod cum Deus in ſeipſo ſemper maneat, non habet neceſſe locum proprium, & ſibi naturalem extra ſe quærere, ſicut aliæ creaturæ. Item ſecundo modo non mouetur, ſcilicet motu violento, quia non fit ei violentia

Iob.

Iob. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. Item tertio modo non mouetur, ſcilicet mo tu mixto quia in opere non laſſatur, vt animalia. Præterea noſtra mens eſt inſtabilis, quia modo proficimus, modo deficimus, modo reminiſcimur, modo obliuiſcimur, modo volumus, modo nolumus, modo diffuſis cogitationibus, atque affectionibus, & conſilijs huc atque illuc vagamur. Deus autem ſemper ſe habet æqualiter, & immobiliter. Item alius eſt motus circularis, alius rectus, alius obliquus. Circularis eſt corporum ſuperiorū prout firmamētum mouetur ſecundum formam, quidem, vt dicit Philoſophus, non ſecundum ſubſtantiam, hoc eſt dicere quod non mouetur ad locum, ſed in loco. Motus autem rectus ſurſum eſt, vel deorſum, ſecundum quod corpora inferiora mouentur propter leuitatem, vel grauitatem. Motus obliquis compoſitus eſt ex recto & circulari, vnde quod reflectitur, habet a motu circulari, quod vero linealirer procedit, habet a recto. Nullo autem iſtorum modorum mouetur Deus, quia proprietates iſtorum motuum non conueniunt ei. Poſſumus autem dicere quod iſti motus Deo conueniunt metaphoricè, vt dicatur moueri motu circulari, omnia regendo, & gubernando. Item motu obliquo, malos puniendo Eodem modo poſſet dici, quòd Deus mouetur motu naturali, quo ſolita, ſcilicet bonitate omnibus creaturis pro captu earum ſe communicat. Item motu violēto, quo peccatores iuſtè damnat. Itē motu voluntario quo cuncta in eſſe conſeruat. Sic poteſt exponi dictum philoſophi, qui aſſignauit motum a centro, & ad centrū,

Iob. 9.

Sap. 14.
Matt 16.
Matt. 25.

&c circa centrum, quoniam Deus mouetur ad centrum in incarnatione, & a centro in aſcenſione, & circa centrum in prędicatione, propter hæc & his ſimilia dicitur Sap. 7. Spiritus ſanctus, & mobilis, & ſtabilis, eſt mobilis, quia facit ſanctos mobiles ad bene operandum, & in bono proficere. Stabilis autē, quia dat in bono perſeuerare, vel mobilis in via, ſtabilis in patria, vel mobilis in actiuis, ſtabilis in cōtemplatiuis, vel mobilis in alijs ſanctis, ſtabilis in Chriſto. Iſa 11. Requieſcet
B ſuper eum ſpiritus domini, &c. Sciendum ꝙ quædam operationes attribuuntur Deo ſecundum cauſalitatem & eſſentiam; vt ſcire, quædam ſecundum cauſalitatem; & non eſſentiam vt comedere & currere, quædam ſecundum eſſentiam, & non cauſalitatem, vt creare & iuſtificare, quædam nec ſic, nec ſic, vt peccare & mentiri, & huiuſmodi.

SCHOLIA.

A Non mutauit Deus conſilium, ſed ſententiam] Conſilium Dei eſt voluntas eius, vt in ſeipſo conſiderata: ſententia Dei eſt voluntas eius, vt in ſecundis cauſis explicata. Quia igitur Deus in ſeipſo eſt totaliter immutabilis, cauſæ ſecundæ ſunt mutabiles: iō
Regula hæc tibi ſit in ſcripturis intelligendis regula. Quando Deus pronunciat aliquid ſecundū propoſitum in ſeipſo tunc illud omnino eueniet [vt. Ecce virgo concipiet &c.] quando autem ſecundum diſpoſitionem pręſentem cauſarum ſecundarū, tunc illud poterit non euenire [vt de Niniuitis, & Ezechia, patet] Hæc ergo euentus mutatio tunc fiet ſine aliqua mutabilitate Dei, & falſitate: quoniam dictū ipſum diuinum, ſtante illa cauſarum ſecun-

datum diſpoſitione,iuxta quam illud pronũciabatur, ſemper intelligendum eſt, & non aliter [2.2.q.121.art.6.]

B Secundum eſſentiam, cauſalitatem &c.] ſecũdum eſſentiam dicũtur eſſe in Deo, quæ ſunt in eo ſecundum ſe conſiderato; ſecundum cauſalitatem dicuntur in Deo, quæ cauſantur ab ipſo in creatura. Secundum eſſentiam igitur dicuntur de Deo creare, & iuſtificare; quoniam potentia faciendi hæc eſt in Deo ſecundum ſe: ſecundum cauſalitatem dicuntur iſta non eſſe in Deo, quia duo hęc nõ communicat creaturæ. Non.n.creatura concurrit, nec etiam inſtrumentaliter, ad creandum: licet ad iuſtificandum inſtrumẽtaliter, non authoritatiuè [vt intendit litera] concurrat. Vide infra lib.6.c.4.a.[1.q.45.a.5. & 12.q. 112.a.1.& 3.q.62.art.1]

De ſimplicitate Dei. Cap. XX.

SIMPLEX eſt Deus, & angelus & animæ, ſed differenter, quia in Deo idem eſt quod eſt, & quo eſt, & hęc eſt perfecta ſimplicitas. Hæc ſola increata natura hanc ſibi vendicat ſimplicitatem, vt non aliud & aliud, alibi & alibi, modo & modo inueniatur. In eo nẽpe quod habet, & quod eſt, ſemper & vno modo eſt, ſed in angelo & in anima differunt quod eſt, & quo eſt, & ideo eſt ibi quædam alteritas, & compoſitio, licet ibi non ſit dimẽſio quantitatis, vnde Mercurius, In ſupercœleſti eſt vnitas, in cœleſti alteritas, in ſubcœleſti pluralitas. A

Simplex eſt itaque Deus in eſſentia, quia nihil ei accidens eſſe poteſt, imò perfecta ſimplicitas ibi eſt, cùm nõ ſit ibi potentialis

additio,

additio, quia quicquid eſt in Deo, Deus eſt, vnde Leo Papa, ſimplicis diuinitatis naturæ nihil addi, vel minui poteſt, quia ſemper eſt quod eſt, cui proprium eſt ſempiternum eſſe, cui idem eſt viuere & intelligere. Veruntamen multiplex eſt in donis. Apoſt. Alij datur ſermo ſapientiæ, &c. Iacobus, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c.

1 Cor. 12
Iac, 1.

Non enim in Deo eſt compoſitio partium integralium, vt in domo nec partium potentialium, vt in anima, nec generis, & differentiarum, vt in ſpecie: nec materiæ, & formæ, vt in corporibus, nec coaceruationis vnitatũ, vt in numero, nec quod eſt, & quo eſt, vt in angelo, nec ſubſtãtię & accidentis, ut in indiuiduo, nec corporeæ ſubſtantiæ & incorporeæ, vt in homine. De his Bernard Non partibus conſtat Deus, vt corpus, nec affectibus diſtat, vt anima, nec formis ſubſtat, vt omne, quod factum eſt. Hoc etiam oſtenditur ratione, quia cum omne compoſitum ſit poſterius ſuis componentibus, nec primo principio ſcilicet, Deo, quicquàm ſit prius, oportet Deum qui eſt primum principium, non eſſe compoſitum. Præterea nullũ compoſitum eſt totum ſuum eſſe, Deus igitur cum ſit ſuum eſſe, non erit compoſitus, vnde Bernardus. Non eſt formatus Deus, forma eſt, non eſt effectus Deus, omnium efficiens cauſa eſt, nõ eſt compoſitus Deus ſimplex eſt.

S C H O L I A.

A Quod eſt, & quo eſt] ideſt eſſentia, & eſſe. Nam, in ipſo eſſe, non poſſumus imaginari vel minimam compoſitionẽ: Licet, de habente ipſum eſſe, aliter ſit. Modò Deus non

habet

habet propriè eſſe, quaſi eſſe ſit aliud à ſe, ſed eſt ipſum eſſe [1.q.3. art 7. & pro totius capituli fuſiori notitia vide totam illam quæſtionem.]

De excellentia Dei. Cap. XXI.

DIVINAE dignitatis excellentia tanta eſt quòd mens de Deo cogitans deficit cùm ſit incomprehenſibilis. Senſus eum nō percipit, cum ſit inuiſibilis, lingua ipſum nō explicat, cum ſit ineffabilis, locus eum nō capit, cum ſit incircunſcriptibilis, ſcriptura eũ non explicat, cum ſit inæſtimabilis, tempus eum non menſurat, cum ſit immenſurabilis, virtus eum non attingit cum ſit inacceſſibilis, deſideria, & vota tranſgreditur, cum ſit inſuperabilis, vel incomparabilis, & breuiter omnis creatura ad Deum comparata, defectum habet, quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Ecce patet quòd diuina excellentia nullius eget, quia ſibi ſufficit, quoniã optimus eſt. Non enim indiget corpore vt ſit, nec loco, vt alicubi ſit, nec tempore, vt aliquando ſit, nec cauſa, vt aliunde ſit, nec forma, vt materia ſit, nec ſubiecto in quo ſubſiſtat, vel cui aſſiſtat. Sunt & alia quæ ſoli diuinæ maieſtati conueniunt, & nulli creaturæ, in quibus excellentia ſuæ dignitatis apparet, ſicut eſt eſſe omnipotentem, omni bonum, omni ſcientem, quia cognoſcit oĩa præſentia, præterita, & futura, & omnia ſingularia ſimul vno actu ſolus cognoſcit ea q̃ ſubſunt libero arbitrio, & cogitationes homi-

B num ſolus cognoſcit per ſeipſum. Item ad ipſum ſolum pertinet vbique præſentem eſſe de nihilo res creare, in inſtanti operari, in operatione quietum eſſe, mirabilia facere, ex authoritate de qualibet creatura facere quod vult, voluntatem hominis cognoſcere, in ictu oculi mortuos ſuſcitare, eſſentiæ hominis illabi, peccata dimittere, gratiam infundere, in igne perpetuo corpus ſeruare. Quādo aliquid creaturæ conuenit, quod competit creatori, tamen excellentius de Deo dicitur, vt ſi in creatura eſt potentia, in Deo ſit ſumma potentia, ſi ſapientia, in Deo ſit ſumma ſapientia, & ſic de alijs. Vnde & huiuſmodi dicuntur de Deo in ſuperlatiuo, ꝓpter quod Deus dicitur potentiſſimus, ſapientiſſimus, iuſtiſſimus, optimus, pulcherrimus, & ſic de aliis.

C Auguſt. in libro de trinitate. Oportet Deum cuius eſt, & ſummè cuncta ſentire atque intelligere, nec mori nec corrumpi, nec mutari poſſe nec corpus eſſe, ſed ſpiritum omnipotentiſſimum, mitiſſimum, optimum, beatiſſimum fateamur. Poteſt & præter authoritatē ratio intelligi, ſiue aſſignari, quia bona ſunt excellentius in Deo, quàm in creatura, quia ſemper eſt aliquid nobilius ī cauſa, quàm in cauſato: videmus etiam ꝙ aqua purior eſt in fonte, quàm in riuo. Radii quoque Solis lucidiores, ſunt in ipſo Sole quàm in aere, & dulcedo maior eſt in melle quàm in mellito.

S C H O L I A.

A Omniſcientem.] Per omnia, intellige ēt exiſtentia tantum in potentia, ſiue cuiuſcunque creaturæ, ſiue creatoris. Multa.n. facere poteſt, patiq; creatura; & multa facere Deus: quæ nunquam reducta fuere, neque reducentur,

centur in actum. Omnia ergo huiuſmodi, & ſingula, etiam cognoſcit Deus. [1.q.14.ar.9.]

B Cogitationes hominum ſolus cognoſcit per ſeipſum] Licet per ſeipſum, dicitur ad differentiam animæ Christi. Cognoſcit.n.anima Christi [Demptis his tantum, quæ ſunt in potentia creatoris] omnia in textu expreſſa, & quæcunque poteſt creatura quælibet facere, pati, dicere cogitare re nunquam reducta, aut reducenda, ad actum: Verum non per ſeipſam, ſed per participationem diuini luminis. [3.q.10.art.2]

C Summè cuncta ſentire]. i. intelligere. Sentire.n. accipitur non ſemper pro actu exteriori ſenſus: ſed quandoque pro actu intellectus [4.diſt.44.in fine, dum exponit penultimum capitulum Magiſtri Sententiarum.]

De notionibus Dei. Cap. XXII.

NOTIONES Dei ſunt quinque, ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio, innaſcibilitas, & cōmunis ſpiratio. Prima eſt patris, ſecunda filii, tertia ſpiritus ſancti, quarta patris, quinta patris & filii. Tres primæ notiones dicūtur perſonales, eo ꝙ perſonas faciūt, & eas propriè diſtinguunt, & illæ ſolæ ſunt tres vnitates trium perſonarum, quibus perſonæ dicuntur tres, unde licet pater plures habeat proprietates, tamen pater paternitate tantum vnus eſt, indiuiſus eſt in ſe, & diuiſus ab aliis. Innaſcibilitas autem eſt in patre, & ſumitur priuatiuè, eo quod pater ſit a nullo, & tñ pater ſignificat diſtinctionem perſona- A

liter, ſicut ouis non ſignata per hoc ipſum di ſtinguitur a ſignatis. Similiter communis ſpiratio eſt vna notio, & illa eſt, idem in patre, & filio, & eſt diſtincta ab omni alia notione. Notandum igitur, quòd proprie lo-
B quendo, tres ſunt proprietates perſonales, ſcilicet paternitas, filiatio, & proceſſio, quia perſonalis proprietas eſt, quæ vni ſoli perſonæ conuenit, & eam ab omni alia re diſtin-
C guit. Relationes vero ſunt quatuor, quia vna eſt patris ad filium ſcilicet paternitas alia filij ad patrem, ſcilicet filiatio, tertia eſt patris & filij ad ſpiritum ſanctum ſcilicet communis ſpiratio, quarta ſpiritus ſancti ad patrem & filium, ſcilicet proceſſio. Notiones autem ſunt quinque, quia quælibet relatio eſt notio ſed non econuerſo, & propterea innaſcibilitas, quę patri conuenit per priuationem relationis ad aliquod principium, non eſt relatio. Notiones habent multa nomina, dicũtur enim notiones, quia notificant perſonas, dicuntur etiam diſtinctiones, quia perſonas diſtinguunt, dicuntur relationes, quia perſonę per eas ad ſe inuicem referuntur: dicũtur quoque proprietates, quia propriè perſonis inſunt. Nota regulas notionum, Nulla notio de alia pręcatur. Item quęlibet notio eſt eſſentia diuina, quę Deus eſt. Item omnes notiones ſunt vna eſſentia. Itẽ nulla notio ineſt diuinę eſſentię, quę nec diſtinguit, nec diſtinguitur. Itẽm notiones ſumptę ab ſtractiuè prędicantur de eſſentia, ſed ſumptę concretiuè non, vnde bene dicitur eſſentia eſt paternitas, ſed non dicitur eſſentia generans. Item notio ſemper importat dignitatẽ. Item ſumpta notione non ponitur perſona, quia

quia aliquid conuenit notioni, quod non conuenit perſonę. Notioni enim conuenit propriè diſtinguere, ſed perſonę diſtingui.

S C H O L I A.

A Notiones Dei &c.] Notio dicitur à noſco noſcis. Ergo notio eſt propria ratio cognoſcendi diuinam perſonam, prout ſecundum originē attenditur, A quo alius, & qui ab alio. [1.q.32.art.3.]

B Propriè loquendo tres ſunt proprietates perſonales.] Non perſonarum. Innaſcibilitas nanque eſt, cum prędictis, proprietas perſonę: ſed non eſt, cum illis, proprietas perſonalis, cum perſonam non conſtituat, vt illę. Dicitur propriè, non largè Nam & communis ſpiratio eſt proprietas largè ſumpta duarum. [ſcilicet patris & filij] Licèt non ſit proprietas propriè, quę vni tantùm conuenit. Hinc dicas tu. Proprietates propriè perſonales quot? Tres: ſcilicet, Paternitas, filiatio, ſpiratio. Proprietates propriè; perſonarū quot? Quatuor ſcilicet prędictę, & innaſcibilitas. Proprietates largè, perſonarum quot? Quinque, ſcilicet prędictę, & communis ſpiratio. [1.q.32.artic 3.]

C Relationes ſunt quatuor,] relationes ſcilicet & perſonales & perſonarum ſimul, non autem perſonales tantum Nam cùm relatio [Boetio teſte] multiplicet trinitatem, eſſent quatuor perſonę; niſi ſic diſtinguerentur relationes, & diceretur, quod relatio perſonalis, non autem perſonarum, multiplicat trinitatem. Relationes ergo perſonales quot? Tres tantum ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio [1 q.40.art 1.].

De nominibus diuinis.
Cap. XXIII.

OMNE nomen quod de Deo dicitur, aut eſſentiale aut perſonale, aut notionale eſt. Eſſentialium quędam ſunt ſubſtantiua, vt Deus creator, & ſimilia, quædam vero adiectiua, vt bonus, æternus, immenſus, & huiuſmodi. Perſonalia ſunt, vt pater, filius, & ſpiritus ſanctus. Notionalia ſunt, vt paternitas, filiatio, innaſcibilitas, & huiuſmodi. De his notandum, quod nomen ſubſtantiale, vel eſſentiale ſubſtantiuum & abſtractum nullo modo poteſt trahi ad ſupponendum pro perſona, vnde falſæ ſunt hę. Eſſentia genuit eſſentiam, vel diuinitas diuinitatem. Actus. n. generationis ſemper ponendus eſt in concreto. Sed concreta licet ſint eſſentialia, trahi tamē poſſunt ad ſupponendum pro perſona, & hęc per verba notionalia, vel per propoſitiones notionales, vnde veræ ſunt hę, Deus genuit Deum, creator creatorem, vel Deus de Deo. Similiter de nominibus quę media ſunt, vt lumen de lumine. Item hoc nomen ſapientia, licet ſit abſtractum, vt ſapientia de ſapientia. Eſſentialium autem adiectiuorum quędam prędicant purè diuinam ſubſtantiam, vt bonus, & ens, quędam eſſentiam diuinam connotando priuationem principii & finis, vt ęternus, uel certę menſurę, localis, Vt immenſus, quędam principaliter ſignificant eſſentiam diuinam, & connotant effectum in creatura actu, vt creat, iuſtificat, vel in habitu vt iuſtus, & miſericors: vel in potentia, vt omnipotens. Sunt quędam verba quorum nec

ſignificatio,

ſignificatio nec modus ſignificandi Deo cõuenit, vt currere & ambulare. Nam modus A
eſt varia inclinatio animi varios eius effe-ctus demonſtrans. Modus ſignificandi nihil aliud eſt, quàm diſpoſitio vocis, quæ conſtituit intellectum ſub tali modo intelligendi, & per conſequens ipſam rem. Cum ergo de Deo dicitur ambulare, vel currere, & huiuſmodi ſignificatio horũ prout ſunt actu, Deo non conuenit. Modus autem ſignificandi, quoniam quandam imperfectionem ſignificat, Deo conuenire non poteſt. Quædã ſunt quorum ſignificatio Deo conuenit, ſed non modus ſignificandi, vt creare, facere & eſſe Exod 3. Qui eſt, miſit me ad vos. Et notandũ ꝙ omnia, quæ ſunt perfectionis, de Deo dicũtur, quę autẽ ſunt imperfectionis, non dicuntur. Si verò dicantur; aut, ſecundum aſſumptionem humanæ naturæ, aut translatiuè dicuntur. Item in diuinis tãtum ſunt duo modi prædicandi, ſcilicet per modum ſubſtantiæ, & per modum relationis, ſed ſubſtantia continet virtutem, & relatio multiplicat trinitatem. Quædam ſunt nomina, quę de Deo dicuntur æternaliter, vt dominus, & miſericors, quæ connotant effectum in creatura ſecundum habitum. Quædam vero temporaliter, vt dominator, & miſerator, quæ connotant effectum in creatura ſecundum actum. Quædam pluraliter, vt perſonæ. Quædam ſingulariter, vt Deus. Quædam propriè, vt proprietates perſonarum. Quędam appropriatè, vt potentia, ſapientia. Quædam poſitiuè vt iuſtus. Quædam priuatiuè, vt immortalis, & hæc magis propriè dicuntur de Deo, B
q̃ poſitiua, quia melius dr̃ de Deo quid non

ſit, quam quid ſit. Quædam translatiuè, vt agnus, leo, quæ ſymbolicè de Deo dicuntur. Duplex eſt enim theologia ſymbolica, videlicet & myſtica. Symbolica nominat Deum ab inferiori, myſtica a ſuperiori Symbolica nominat deum per conuenientiam rerum, quam dicitur leo, agnus, & huiuſmodi. Myſtica uerò, id eſt occulta, nominat Deum per hoc, quod in occulto de ipſo ſentit per intellectualem viſionem, ſiue contemplationem, vt quando nominat deū ſuauem, dulcem, dilectum, & huiuſmodi. Vtrobique tamen per creaturas nominatur, ſed in ſymbolica per exteriores, in myſtica per interiores, & digniores affectus, quos anima ſupra ſe recipit, & ita nomina imponit. Doni ſapientiæ huiuſmodi proprium experimentum eſt, cognoſcere qualis ſit Deus. Quędam dicuntur collectiuè, vt trinitas, trinus. Quædam relatiuè, vt æqualis, ſimilis. Quædam reſpectiuè ad creaturas, vt creator, refugium. Et hæc nomina non dicunt relationem realē Dei ad aliud, ſed alia habent relationem ad ipſum. Duo ſunt principalia nomina Dei, ſcilicet qui eſt, & bonum. Per primū ſignificatur Dei eſſe abſolutum in ſe, & ſic conſideratur vt infinitum. Per ſecundum notatur eſſe diuinum, vt cauſa, facit enim Deus omnia propter bonitatem ſuam. In theologia ſupponitur quid, & hoc propter nomina eſſentialia, vt Deus, diuinitas, potentia, eſſentia, natura. Item ſupponitur quis, pro perſona, ſupponitur quæ pro notione. Pręterea per neutrum genus dicitur ſubſtātia diuina, per maſculinum perſona per fœmininum notio & per hoc patet quod non debet cantari in

hymno,

hymno, Vnus patri cum filio, quia pater & filius non ſunt vnus in perſona, ſed vnum in ſubſtantia; vnde cantandum eſt, Vnum patri cum filio, non vnus

S C H O L I A.

A Modus ſignificandi.] Iſte modus ſignificandi iccircò nunquã poteſt conuenire Deo licet ſignificatum nominis Deo ipſi conueniat, quia eſt ſecundum modum intelligẽdi noſtrum. Modus autem noſter intelligendi, cùm Deum ex creaturis tantum intelligamus, eſt ſemper modus creaturis competẽs: Et cõſequenter tũ iſte, tũ ille, modus ſemper neceſſario eſt imperfectus. [1.q.13. artic.3.]
B Melius dicitur de Deo quid non ſit, quã quid ſit. [Quia Deus eſt in infinitũ excedens omnia [vide ſupra c 16.C.D]

Deus eſt ineffabilis. Cap. XXIIII.

NIHIL dignè vel propriè de Deo dicitur propter eius excellentiam. Nõ enim per nomina propriè de Deo loquimur, quia nomina ſignificant ſubſtantiam cum qualitate, & ita intelligitur ibi compoſitio formæ cum materia, quæ in Deo non eſt. Nec per pronomina, quia de Deo dicta cadunt a demonſtratione, non enim põt eſſe ibi demonſtratio ad ſenſum, cum ſit incorporeus, nec demonſtratio ad intellectum, cùm ſit incognoſcibilis. Si ergo dicis ꝙ huiuſmodi pronomina ſecundum Priſcianum cadunt a demonſtratione, caſſi erunt & vana, dicendum eſt ꝙ ibi eſt demonſtratio ad fidem. Nec per verba, quæ cum modis & formis, cum tẽpore A B C

ſine caſu, agendi, vel patiendi ſignificantia ſunt, ſed talia non cadunt in Deum Neque per participia, quæ ſequuntur naturam nominis, & verbi. Nec per alias partes orationis quæ non ſunt ſubiicibiles vel prædicabiles. Ex his patet quod Deum non poſſumus notificare per diffinitionem, ſed qualitercunque per circumlocutionem. Vnde Bernard. Quid eſt Deus? Ex quo omnia, per quem omnia. Quid eſt Deus? quo nihil melius cogitari poteſt. Quid eſt Deus? voluntas omnipotens beneuolentiſſima virtus, lumen
Ioan. 1. æternum incommutabilis ratio, ſumma beatitudo, inuiſibilis, inacceſſibilis in ſe, in ſuis ſpectabilis, & ſolus mirabilis. Multis modis aſſeritur aliquid de Deo. Primo per naturalem rationem, quæ dictat, quòd vnus Deus eſt remunerator bonorum, & punitor malo
Heb. 11. rum. Secũdo per fidem, qua dicimus Deum
Matt. 16 vnum eſſe in ſubſtantia, & trinum in perſo-
1. Ioã. 5. nis. Tertio per ſacram ſcripturam. Quarto
Ioan. 5. per rationes probabiles. Quinto per exteriores opiniones, vel prædicationes. Sed in his duobus modis non eſt innitendum, niſi firmitatem habeat ab aliquo prædictorũ triũ. Eſt enim regula quòd quicunque aſſerit aliquid de Deo, quod non eſt ſibi certum per naturalem rationem, vel per fidem, vel per ſacram ſcripturam, præſumit & peccat.

SCHOLIA.

A Dignè, & propriè.] ſcilicet totaliter, hoc eſt quantum ad rem ſignificatam, & modum ſignificandi ſimul. Nam aliqua nomina, quantum ad rem ſignificatam, dicuntur magis propriè de Deo, quam de nobis: vt bonus, ſapiens, & alia, quæ ſignificat perfectiones

fectiones ipſas ſimpliciter. Cæterũ nec iſta, nec quæuis alia nomina, quantum ad modum ſignificandi, Deo conuenire poſſunt. [1.q.13.art.3.&ſupra c 23 A.]

B Non enim per nomina propriè.&c.] Quid ergo? Nomina concreta attribuuntur Deo ad ſignificandam eius ſubſiſtentiam, non compoſitionem: abſtracta ad eius ſimplicitatem, non inhærentiam: quæcũque ſint alia ad eius perfectionem, non qualitatem: verba & participia ad ſignificandas eius actiones, non cum tempore: Pronomina ad faciendam demonſtrationem ad intellectum, non ad ſenſum: Relatiua ad referendum aliquid antedictum intellectui, non ſenſui. [1 quæſt. 13. artic. 1.]

C Cùm ſit incognoſcibilis] ſcilicet ab his, qui non capiunt demonſtrationem eorum, quæ naturaliter cognoſci poſſunt de Deo. [ſupra capit. 16.] Talibus enim fit demonſtratio ad fidem: licet capientibus illorum demonſtrationem fiat ad naturalem intellectum. Cæterùm de Deo prædicatorum, quæ omnem intellectum ſuperant [vt ly trinus, & vnus,] fit ſolum demonſtratio ad fidem ideſt ad intellectum fide veſtitum [1.q.1.art.1.& q 2.art.2.

De ideis, & libro vitæ. *Cap. XXV.*

IDEAE rerum, & exempla, & rationes ſic in Deo ſunt, q idea importat cauſam efficientem conformem effectui, ſed exemplar

cauſam formalem, ratio vero cauſam finalē. Deus enim omnium rerum eſt principium, a quo ſunt forma & exemplar, ad cuius imitationem ſunt; & finis ad quem ſunt. Hæc tria ſic a ſe differunt, quòd exemplar vnum eſt, quia exemplar connotat cauſalitatē, cauſata vero in cauſa ſunt, vnum, ſed rationes & ideæ ſunt plures, quia iſta reſpectu rerum dicuntur. Sunt itaque plures ideæ quæ connotant cognitionem. Cognoſcibilia autem diſtinguuntur in cognoſcente. Similiter & rationes in Deo plures ſunt, quia ſingula cauſata ſunt proprijs rationibus Abſurdū enim eſt dicere, vt ait Auguſtinus, equum creatum eſſe ea ratione, qua hominem. Sciendum autem eſt, quòd duplex eſt pluralitas, vna quidem eſt rerum, & ſecundū hoc non ſunt plures ideæ, ſiue exemplaria in Deo, imò vna res eſt, quæ omnium eſt exemplar, ſcilicet eſſentia diuina, quam omnia imitantur, in quātum bona ſunt. Alia verò eſt ſecundum intelligentiæ rationem, & ſecundum hoc plures ideæ ſunt in Deo, Quia omnes res in quātum ſunt, diuinam imitātur eſſentiam, prout eſt imitabilis, non tantùm vno modo, ſed diuerſimodè, & ſecundum diuerſos gradus. Sic igitur diuina eſſentia ſecundū ꝙ eſt imitabilis, hoc modo ab hac creatura eſt propria rō huius creaturæ, & ſimiliter de alijs, vnde ſecundum hoc plures ideæ in Deo ſunt quia intelligitur diuina eſſentia ſecundū diuerſos reſpectus, quos res habent ad ipſam eam imitantes diuerſimodè, huiuſmodi autem non ſolùm intelliguntur ab intellectu creato, ſed etiam ab increato ipſius Dei. Scit enim Deus, & ab æterno ſciuit, quòd diuerſæ

creaturæ

creaturæ diuerſimodè ipſius eſſentiã eſſent imitaturæ, & ſecundùm hoc ab æterno fuerunt in mente diuina plures ideæ ſecũdum quòd intelligũtur, ſicut rationes propriæ rerũ intellectæ in Deo, hoc enim importat nomen ideæ, vt ſit, ſcilicet, quædam forma intellecta ab agẽte, ad cuius exemplum exterius opus producere intendit. Dicẽdum eſt ergo quod rationes in Deo, & ideæ ſunt tantũ plures propter pluralitatem ideatorum, cuius exemplum habes in lineis. Videmus enim quod omnes lineæ circuli vniuntur in centro, remotæ autem a centro differunt ab inuicem. Item ideæ ſunt, vt dicit Auguſtinus formæ principales rerum, quæ diuina intelligentia continentur. Dicẽdum eſt igitur ꝙ ſicut in mente artificis prius eſt forma rei, quam opus exeat, ſic ideæ rerum ante mũdi conſtitutionẽ in mente creatoris erant. Non enim aliquid extra ſe aſpiciebat ſecundum quod mundum faceret. Ex hoc patet, quòd omnis creatura prius in Deo exiſtit, quàm in ſeipſa, vnde cùm ab ipſo per creationem proceſſit, ab ipſo quodammodo diſtare cœpit, vnde rationalis creatura ad ipſum redire debet, cui primo coniuncta fuit, antequam eſſet. & hoc per ideas quæ non aliud, quàm ipſe Deus ſunt, & erunt, ſic autem ad locum vnde exeunt, flumina reuertũtur. Res prout ſunt in Deo, dicuntur vita, quæ importat rationem boni Ioan. 1. Quod factum eſt in ipſo vita erat. Dicuntur etiam lux, quæ importat rationem veri. Auguſt. ſuper Gen. Creaturæ in Deo ſunt lux, hac ideo dicũtur, quia in Deo nõ ſunt mala, neq; falſa. Differẽtia eſt inter exemplar, & librum vitæ, & ſpeculum.

A

Eccle. 1.

2. Cor. 1.

Exemplar enim dicitur reſpectu rerum, vt re deuntium tanquam ad cauſam primã, quia connotat creaturam, vt ſupra dictum eſt. Speculum dicitur reſpectu rerum euntium. De libro vitæ dicit Hugo de ſancto Vict. quòd liber vitæ eſt, cuius origo æterna, incorruptibilis eſſentia, cognitio vera, ſcriptura indelebilis, inſpectio deſiderabilis, doctrina facilis, ſcientia dulcis, profunditas imperſcrutabilis, verba innumerabilia, tamen vnum verbum omnia. Anima vero moraliter loquẽdo, multipliciter eſt in Deo, ſcilicet ſicut ramus in arbore, apis in flore, nauis in littore, feſſus in thalamo, theſaurus in agro, ſcriptura in libro, auicula in nido, piſcis in riuo, quælibet res in ſibi proprio, ſtella in firmamento, imago in ſpeculo, cera in ſigillo, gemma in auro, mel in fauo.

S C H O L I A.

A Creatura prius in Deo exiſtit, quàm in ſeipſa.] in Deo exiſtit, ſcilicet non ſecundum naturam creaturæ in ſeipſa, ſiue in ſua ſpecie, ſed ſecundum repræſentationem ſuæ rationis intellectæ, à Deo, quòd videlicet talis creatura ſic vel ſic imitatura eſt ipſum Deum. Ergo creaturæ fuerunt ab æterno in Deo. Ergo creatura in Deo nihil aliud eſt, niſi ipſa diuina eſſentia, non inquantum eſt diuina eſſentia ſecundum ſe, ſed inquantũ eſt ſimilitudo creaturæ ſic vel ſic producendæ. Sic intelligitur illud tritiſſimum in Theologia, ſcilicet quòd Creaturæ in Deo ſunt creatrix eſſentia. [1. quæſt. 44. artic. 3, & quæſt. 15. articulo 2.]

De appropriatis diuinis perſonis. Cap. XXVI.

QVAMVIS omnia eſſentialia omnibus perſonis æqualiter conueniant, appropriatur tamen patri potentia, filio ſapientia, ſpiritui ſancto bonitas, & hoc propter excluſionem carnalis intellectus, ne videlicet pater ratione antiquitatis, credatur impotens, filius, ratione iuuentutis credatur inſipiens, ſpirituſſanctus, ratione impetuoſitatis credatur crudelis. Hæc ratio pertinet ad ſimplices, ſcilicet quòd potentia naturaliter præcedit ſapientiam, & vtraque bonam voluntatem. De attributis itaque, eſt loqui dupliciter, aut ſecundum rem, & ſic omnino idem ſunt, nec appropriantur, aut ſecundum rationem, & ſic eorum, quædam appropriantur, quædam non. Nam appropriatio nihil aliud eſt, quam ſpecialis attributio ratione alicuius conformitatis cum proprio illius perſonę, ſicut potentia habet ſimilitudinem, cum patre, qui eſt principium vniuerſale, & ſapientia cum verbo, & bonitas cum amore. Prędictam appropriationem habet conſuetudo ſcripturarum quę opera manifeſtatiua potentię attribuit patri, ſapientię filio, bonitatis ſpiritui ſancto. Alia eſt appropriatio Hilarij. Aeternitas in patre, qui non habet principium inceptionis in ſe, nec principium eſſendi ab alio. Species in imagine, id eſt, in verbo, quia ſummè pulchrum, vſus in munere, hoc eſt, in ſpiritu ſancto, quia ſummè proficuum & communica- A

municatiuum eſt.Iſtud per alia verba ſic inſinuat, Auguſtinus In patre, vnitas, in filio æqualitas, in ſpiritu ſancto vnitatis ęqualitatisque concordia. Conuenit autem patri vnitas,quia ſicut vnitas a nullo deſcēdit,& omnis pluralitas ab ea defluit, ſic Deus pater a nullo eſt, & aliæ perſonæ ab ipſo ſunt. Pręterea ſicut vnitas de ſe gignit vnitatem, ita de ſe pater gignit alterum ſe,id eſt, filium.In filio vero dicitur eſſe æqualitas, qua ęquatur patri non ſolùm in potentia, & ſapientia, & bonitate,ſed ét in hoc, quia ſicut pater dat ſuam bonitatem alteri perſonę, ſic & filius. In ſpiritu ſancto aũt vnitatis,ęqualitatisque cōcordia,ſeu connexio,quia eſt amor ambořũ.i.patris & filij Itē quarta appropriatio eſt ꝙ in patre eſt rō principiandi, & originādi, quia ſumme principiũ. In filio vero rō exēplandi,quia ſummè pulchrum, ſed in ſpiritu ſancto ratio faciendi, quia ſummè bonum.

S C H O L I A.

A Potentia naturaliter precedit ſapiētiam] pręcedit.ſ.ſm rationem tm̃.Non n ibi eſt ea rũ aliqua pręcedentia realis[ſi tñ pręcedētia vt dicit tm̃ ordinē originis,abſq; aliqua prioritate,dicaẽ,] niſi in hoc ſenſu: inquantũ videlicet pr̃,cui appropriatur potētia,eſt principiũ filij,cui appropriatur ſapientia,& vterq;, cui appropriantẽ prędicta eſt principiũ ſpiritusſancti, cui appropriantur bona voluntas. [1.q.42.art.3.& ex ſimili. 1.q 39. ar.5.ad 1.]

De potentia Dei. Cap. XXVII.

A POTENTIA Dei duplex eſt,ſcilicet abſoluta, & ordinata. Multa vero poteſt

primo,

primo modo,quę non poteſt ſecundo modo quia multa ſubſunt ſuę potentię, quę non conueniunt ſibi,vt facere mala,poſſet tamen ea facere congruentia,& ſic poſſet ea facere. Deus omnia poteſt omnibus modis,quia poteſt producere de non eſſe in eſſe, & hoc per creationem.Item poteſt ex incompleto completum facere, & hoc per propagationē. Itē poteſt mutare vnum completum in aliud cōpletum, ſicut patet in transſubſtantiatione panis in corpus Chriſti.De talibus dicit Auguſtinus, Demus Deo aliquid poſſe, & nos intelligere non poſſe. Potentia Dei apparet in mundi initio,medio, ac fine. In principio quidem,quia res creauit de nihilo.In medio autem,quia res ne in nihilum vertantur,ſua potentia continet.In fine vero,quia mortuos mira celeritate ſuſcitabit. Apparet quoq; potentia Dei in rebus ſpiritualibus,quia cū diabolus poteſtatem habeat in nobis immutandi ſenſum,& phantaſiam,angelus autem habeat poteſtatem ſuper hoc & ſuper intellectum,ſolus Deus non ſolùm habet poteſtatē ſuper tria prædicta, ſed etiam poteſt mutare voluntatem quia vt Auguſtinus dicit Deus nos pręuenit vt velimus, & ſubſequitur ne fruſtra velimus. Licet Deus ſit omnipotens, tñ non attribuuntur ei actus culpabiles, vt mentiri,& male velle,nec pœnales,vt metuere,& dolere,nec corporales, vt comedere,& dormire,niſi fortè tranſumptiuè, nec actus inconuenientes qui poſſunt eſſe tripliciter. Primo ſi aliqs actus contradicit diuinę potētię,vt eſt facere maiorem ſe. Secundo, ſi contradicit ei' veritati, vt eſt facere aliqd ſimul eſſe & non eſſe, vel ꝙ pręteritū ſit futurum,

B C D E

Ioan.2. Luc.22.

Gen. 1. Pſal 118. 1.Cor.15

Tertiò,

Tertio, ſi contradicit eius bonitati, vt damnare Petrum, & ſaluare Iudam. De his Anſelmus. Quodlibet inconueniens, etiam minimum impoſſibile eſt apud Deum. Horum aūt hęc eſt ratio, quia potentia Dei, cùm ſit perfectiſſima, nec eſt de nihilo, nec eſt ſub aliquo, vnde non poteſt deficere, peccando; nec ſuccumbere, patiendo, nec egere, ſubſidium in aliquibus quęrēdo, ac per hęc nec culpabilia, nec pęnalia, nec corporalia ſubire poteſt. Dicendum quoque, quòd Deus poteſt omnia non contradictoria. Illa dico omnia poſſe, quę ſunt potētię. Hoc autem ideo dicitur, quia poſſe peccare non eſt potentiæ, ſed infirmitatis: Deo autem competit perfectum poſſe, & perfectum diuinum, de quo Dion. Dominatio eſt non peiorum exceſſus tantum, ſed omnium pulchrorum & bonorum omnimoda, & perfecta poſſeſſio firma, & non valens cadere fortitudo. Notandum
F ergo quòd quædam operationes attribuuntur Deo ſecundum cauſalitatem, & non ſecūdum eſſentiam. vt comedere, currere, quędam ſecundum eſſentiam. & non ſecundum cauſalitatem, vt iuſtificare, creare, quędam nec ſic, nec ſic, vt peccare.

S C H O L I A.

A Potentia] ſcilicet actiua. Nam potentia paſſiua [Huius eſt pati] nulla eſt in Deo. [1.q.25.art.1.]

B Duplex eſt] ſcilicet ſecūdum rationem, non ſecūdum rem. Hę nanque due potentię ſunt eadē res in Deo, ſed tamen hęc vna res, ſecundum vnam cōſiderationem, dicitur potentia abſoluta, & ſecundum aliam, dicitur ordinata [1.q 25.art 5.]

Abſoluta.]

C Abſoluta.] Potentia ſm ſe i. ſm ſuum obiectum formale, conſiderata dicitur potentia abſoluta. Poteſt ergo Deus, potentia abſoluta, facere quęcunque non implicant contradictionem, quoniam obiectum formale potentię diuinę, vt diuinę, eſt quicquid habet rationem entis. [1.q.25.art.5.]

D Ordinata.] potentia, ſecundum ꝙ imperium iuſtæ voluntatis exequitur, conſiderata dicitur potētia ordinata. Deus ergo poteſt potentia ordinata facere quęcūque (vltra ꝙ non implicant condictionem) ſunt iuſta; igitur potentia abſoluta eſt in plus quàm ordinata, ideo dicit textus, quòd multa poteſt primo modo Deus, quę non poteſt ſecundo modo. [1.q.25.art.5]

E Facere mala]. i. non conuenientia rebus factis, ſecundum quod ſtant nunc: Vt, quod tendere per ſe ſurſum conueniat terrę. Per ly mala, igitur nō intelligit peccata, ſed aliqua, quę nunc praua videntur [vtpote rebus factis, ſecundum quòd manent nunc, nō conuenientia:] quę tamen ſi ageret, bona eſſent. ſic in littera intelligitur ly poſſet tamen facere ea congruentia, & ſic poſſet ea facere. [1 q 25.artic 3. & 5.]

F Notandum, quòd quędam &c. ſecundū cauſalitatem &c.] Vide ſupra c.19 B.

De virtute miraculorū. Ca. xxviij.

QVONIAM per diuinam potentiam fiunt miracula, ideo de miraculis eſt agendum. Auguſt. autem illud vocat miraculū, quicquid arduum aut inſolitum ſupra facultatem naturę, & ſpem admirātis apparet, A

Ad

Ad hoc quod aliquid ſit miraculum, quatuor
B requiruntur, vel concurrunt, primum eſt
quòd ſit a Deo, ſecundum quòd ſit pręter
C naturam, tertium quod ſit euidens, quartum quòd ſit ad fidei corroborationem.

Vnde ſi aliquid iſtorum quatuor defuerit mirum dici põt, non miraculũ. Nota ꝙ quędam ſunt ſupra naturam, quędam cõtra na-
Luc. 2. turam, quędam pręter naturam. Supra naturam ſunt illa, quibus non eſt ſimile in natura, nec in potentia naturę, ſicut eſt virginem
Ioan. 9. parere. Contra naturam ſunt, quę fiunt, vſu contrario naturę, tamen terminantur ad cõformitatem naturę, ſicut cęci illuminatio. Sed pręter naturam ſunt, quę fiunt ordine ſi mili naturę, non tamen per principium na-
Exod. 7. turę, vt in mutatione virgarũm in ſerpentes, quia illud potuiſſet fieri ordine naturę per longam putrefationem, vt patet per ea, quę fiunt ſecundum rationes ſeminales, veruntamen quia non fuit ibi operatio naturę, miraculum fuit. Res quandoque producitur ab agente ſimili ſucceſſiuę, hoc attribuitur naturę, & dicitur naturale, qñq; producitur ab agẽte diſſimili in inſtanti, & hoc attribuitur Deo, & dicitur miraculum. Sciendum quòd quandoque potentia aliqua, & eius actus eſt naturalis, ſicut viſus, & videre, qñque potentia eſt miraculoſa, & actus eius naturali, vt qñ cęcus illuminatus videt, qñque vtrũque eſt miraculoſum, vt partus virginis. Nota qđ miracula, vel mira fiunt qñque in ente, vt ſta
Ioſ. 10. tio ſolis, & eius retroceſſio, qñque fiunt in ve
Iſa. 38. getabili, ſicut qñ virga Aaron floruit, qñque
Num. 17 in ſenſibili, ſicut fuit in locutione aſinę Ba-
Nu. 22. laam, qñque in rationali ſicut fuit in ambu-

latione

latione claudorum, auditione ſurdorũ, ſuſcitatione mortuorum, in partu virginis. Vt aũt Matt.11.
ſciamus qñ aliquod miraculum ſit, nota differentiam inter rationes cauſales, ſeminales, & naturales, quia rõ cauſalis eſt potentia paſ- D
ſiua creaturę, abſque cũ diſpoſitione naturę, vt ſolummodo Deus ex ea faciat quod vult ſicut fuit in partu virginis, & in talibus ſimpliciter eſt miraculum. Rõ aũt ſeminalis eſt po- Luc.2.
tentia paſſiua naturę, ſed cũ diſpoſitione re- Exod. 7.
mota, ſicut fuit in virgis de quibus facti ſunt Ioan. 12.
ſerpentes, & hoc factum fuit in inſtanti natura autem feciſſet idem, ſed non niſi paulatim per longam putrefactionem. Vnde patet ꝙ ea, quę fiunt ſecundum rationes ſeminales, partim ſunt naturalia, partim miraculoſa. Ratio naturalis eſt potentia cum diſpoſitione propinqua, ſicut patet in materia, quando eſt in vltima ſui diſpoſitione, vt formam recipiat, & ſecundum hunc modum eſt ratio naturalis in grano ſeminato ad productionem ſegetis, & hoc non eſt miraculum.

S C H O L I A.

A Miraculũ arduum, aut inſolitũ &c.] Si vis hanc definitionẽ clarius videre explicatã, cõſule primam partem q.105. ar 7. ad ſecundũ.
B Tertium, quod ſit euidens] ſ. ſaltẽ in effectu. Vt ſciẽtia apoſtolorum habita in die ſancto pentecoſtes fuit verum miraculum: quoniam licet ſenſui non eſſet ſecundũ ſe manifeſta, euidens tamen fiebat ei in effectibus mirabilibus [1.q.105. art.7.]
C Ad fidei corroborationem] Per ly fidei corroborationem, intelligas quo & Commẽdationẽ Chriſti inuocati, & virtutem ſacramentorum exhibitorum. Tunc dic. Mali, etiã

ꝙ fal-

quòd falſam doctrinam prędicent, quandoque vera faciunt miracula, vel ad commendationem nominis Chriſti, quod inuocant, vel virtute ſacramentorum, quę exhibent: nunquam tamen ad confirmationem doctrinę a ſeipſis prędicatę. Mali autem, qui veram fidem annunciant, vera miracula facere poſſunt, etiam ad confirmationem doctrinę ſuę: licet non ad teſtificationem ſanctitatis pprię, ſicut nec illi. [2. ſecūdę. q. 178. ar 2.]
D Ratio cauſalis.] Potentia obedientialis hic dicitur ratio cauſalis: & meritò. Nam in omni creatura eſt cauſa rationalis, eo. ſcilicet quia creatura eſt: quòd obedire debeat creatori ſuo, vbicunque, quandocunq;, qualitercunque ipſe voluerit [3. q 1. art. 1. ad ſecundum, iuncto art. 3. ad tertium.]

De ſcientia Dei. Cap. XXIX.

A SCIT Deus omnia præſentialiter, & ſimul, perfectè quoque & immutabiliter, præſentialiter dico hoc eſt, ita limpide ac ſi cuncta eſſent pręſentialiter exiſtentia. Simul etiam ſcit omnia, quia videndo ſe qui ſibi pręſens eſt omnia videt. Perfectè quoque, quia cognitio eius nec poteſt augeri, nec minui. Scit & immutabiliter qa noſcit omnia per naturam ſui intellectus, qui eſt immutabilis. Dicendum ergo ꝙ Deus cognoſcit tēporalia ęternaliter, mutabilia immutabiliter contingentia infallibiliter, futura pręſentialiter, dependentia independenter, creata increatè. Alia vero à ſe, in ſe, & per ſe. Nota differentiā inter ſcientiā Dei. Chriſti, Angeli, & hominis,

hominis quia Deus ſcit omnia ſimul, videt enim multa in vno.i.ī ſeipſo.vnde in viſione Dei non differt id quod videt, & per quod videt, ſicut in homine, qui videt per oculum, quia videt ſe per ſe,& in ſe videt omnia Chri B
ſtus autem ſecūdum ꝙ homo ſit omnia,quæ ſcit Deus ſcientia viſionis,licet non ita limpi C
dè ſicut Deus. Angelus vero deiformem ha- D
bet intellectum.i.illa quæ ſcit,ſcit ſimul actu ſicut Deꝰ,licet neſciat omnia, quæ ſcit Deus, nec etiam ſcientia viſionis:ſed homo vnū ſo-
lum ſcit actu,quia licet videat multa, illa tñ E
non videt vno actu videndi, ſed multis.i.per multas rerum ſimilitudines. Sapientia Dei licet in ſeipſa non diuerſificetur, diuerſa tamen ſortitur nomina. inquantum enim ſapientia Dei cognoſcitiua eſt poſſibilium, dicitur ſcientia,ſiue cognitio.Item inquantum eſt cognoſcitiua omnium, quæ ſiunt actu,in mundo, dicitur eſſe viſio, inquantum eſt cognoſcitiua eorum,quæ bene fiunt,dicitur approbatio,inquantum eſt cognoſcitiua futurorum dicitur præuiſio, inquantum eſt cognoſcitiua eorum, quæ ab ipſo Deo facienda ſunt, dicitur diſpoſitio. Inquantum eſt cognoſcitiua præmiandorum, dicitur prædeſtinatio, inquantum eſt cognoſcitiua damnandorum, dicitur reprobatio. Cognitio diuina cum ſit perfectiſſima, omnia cognoſcit diſtinctiſſimè ſub omnibus conditionibus, quas res habent, & propter hoc futura ſcit futura, præſentia præſentia, & bona approbanda, malaque reprobanda. Si autem ſcire volueris, qualiter Deus cognoſcit mala: notandum, quòd contingit aliquid cognoſci dupliciter, aut per ſpeciem

quòd falſam doctrinam prędicent, quandoque vera faciunt miracula, vel ad commendationem nominis Chriſti, quod inuocant, vel virtute ſacramentorum, quę exhibent: nunquam tamen ad confirmationem doctrinę a ſeipſis prędicatę. Mali autem, qui veram fidem annunciant, vera miracula facere poſſunt, etiam ad confirmationem doctrinę ſuę: licet non ad teſtificationem ſanctitatis ꝓprię, ſicut nec illi. [2. ſecūdę. q. 178. ar 2.]
D Ratio cauſalis.] Potentia obedientialis hic dicitur ratio cauſalis: & meritò. Nam in omni creatura eſt cauſa rationalis, eo. ſcilicet quia creatura eſt: quòd obedire debeat creatori ſuo, vbicunque, quandocunq;, qualitercunque ipſe voluerit [3. q 1. art. 1. ad ſecundum, iuncto art. 3. ad tertium.]

De ſcientia Dei. Cap. XXIX.

A SCIT Deus omnia præſentialiter, & ſimul, perfectè quoque & immutabiliter, præſentialiter dico hoc eſt, ita limpidè ac ſi cuncta eſſent pręſentialiter exiſtentia. Simul etiam ſcit omnia, quia videndo ſe qui ſibi pręſens eſt omnia videt. Perfectè quoque, quia cognitio eius nec poteſt augeri, nec minui. Scit & immutabiliter q̃a noſcit omnia per naturam ſui intellectus, qui eſt immutabilis. Dicendum ergo ꝙ Deus cognoſcit tēporalia ęternaliter, mutabilia immutabiliter contingentia infallibiliter, futura pręſentialiter, dependentia independenter, creata increatè. Alia vero à ſe, in ſe, & per ſe. Nota differentiā inter ſcientiā Dei. Chriſti, Angeli, & hominis,

hominis. quia Deus ſcit omnia ſimul, videt enim multa in vno.i.ī ſeipſo.vnde in viſione Dei non differt id quod videt, & per quod videt, ſicut in homine, qui videt per oculum, quia videt ſe per ſe,& in ſe videt omnia Chriſtus autem ſecūdum ꝙ homo ſit omnia,quæ ſcit Deus ſcientia viſionis;licet non ita limpidè ſicut Deus. Angelus vero deiformem habet intellectum.i.illa quæ ſcit,ſcit ſimul actu ſicut Deꝰ,licet neſciat omnia, quæ ſcit Deus, nec etiam ſcientia viſionis:ſed homo vnū ſolum ſcit actu,quia licet videat multa, illa tñ non videt vno actu videndi, ſed multis.i.per multas rerum ſimilitudines. Sapientia Dei licet in ſeipſa non diuerſificetur, diuerſa tamen ſortitur nomina. inquantum enim ſapientia Dei cognoſcitiua eſt poſſibilium, dicitur ſcientia,ſiue cognitio.Item inquantum eſt cognoſcitiua omnium, quæ fiunt actu,in mundo, dicitur eſſe viſio, inquantum eſt cognoſcitiua eorum,quæ bene fiunt,dicitur approbatio,inquantum eſt cognoſcitiua futurorum dicitur præuiſio, inquantum eſt cognoſcitiua eorum, quæ ab ipſo Deo facienda ſunt, dicitur diſpoſitio. Inquantum eſt cognoſcitiua præmiandorum, dicitur prædeſtinatio, inquantum eſt cognoſcitiua damnandorum, dicitur reprobatio. Cognitio diuina cum ſit perfectiſſima, omnia cognoſcit diſtinctiſſimè ſub omnibus conditionibus, quas res habent, & propter hoc futura ſcit futura, præſentia præſentia, & bona approbanda, malaque reprobanda. Si autem ſcire volueris, qualiter Deus cognoſcit mala: notandum, quòd contingit aliquid cognoſci dupliciter, aut per ſpeciem

B C D E

propriam, aut per ſpeciem alienam. Primo modo cognoſcitur habitus, ſecundo modo priuatio. Item primo modo cognoſcitur lux, ſecundo modo tenebræ Eodem modo dicẽdum eſt, ꝙ primo modo cognoſcitur bonũ, ſecundo modo malum.ſ.per ſpeciem oppoſiti habitus. Nihil.n.eſt malum, niſi boni priuatio. Vnde dicendum eſt, ꝙ Deus cognoſcit bonum, per vnicum medium.ſ. per propriã eſſentiam, mala autem per duplex medium, nam per eſſentiam ſuam cognoſcit habitum oppoſitum malitiæ, & illo habitu mediante, vt eſt in ipſo Deo cognoſcente, cognoſcit defectum eius, & ideo dicitur mala a longe cognoſcere, vnde Pſal. Et alta a longe cogno-
Pſ.137, ſcit, ideſt mala.

S C H O L I A.

A Scit Deus omnia] Vide ſupra c.21. A

B Chriſtus ſecundum quod homo] Vide ſupra c. 21. B

C Scientia viſionis.] Hac ſciuntur, quæ aliquando ſunt actu. Scientia ſimplicis intelligentiæ [ad cuius differentiam dicitur illa] ſciuntur, quæ ſunt in potentia tantum. [1.q. 14.art.1.& 9.].

D Illa, quæ ſcit, ſcit ſimul actu] Non ꝙ omnia, quæ naturali cognitione angelus cognoſcit, ſemper actu conſideret [vt Deus] ſed ꝙ intellectus angelicus non habet aliquam potentiam naturalem intelligibilem, quæ non ſit totaliter completa per ſpecies intelligibiles connaturales actu in ipſo exiſtentes. Vnde ly ſicut, quod in textu ſubditur, non dicit parilitatem, ſed prędictam ſimilitudinem: inquãtum angelus reſpectu naturaliter ſcitorum eſt ſemper in actu primo, quemadmodum.

dum Deus reſpectu abſolutè oĩum eſt ſemper in actu ſecundo. [1.q.58.art.1. & 2.
E Homo verum ſolum ſcit] i.intelligit. [vt etiam angelus.] & hoc vnum eſt: quicquid repræſentatur per vnicam ſpeciem abſtractã in homine, ſicut in angelo per inditam. [1.q.85.art.1. & 4. & q.58. art.2. Vide etiam ſupra eo. d.]

De prædeſtinatione. Cap. XXX.

PRAEDESTINATIONIS diffinitiones aſſignantur ab Augu quatuor. prima eſt, Prædeſtinatio eſt præſcientia beneficiorum Dei. ſecunda eſt, Prædeſtinatio eſt alicuius ad gloriam præordinatio. tertia eſt, Prędeſtinatio eſt propoſitum miſerendi. quarta eſt, Prædeſtinatio eſt præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. In prima diffinitione notatur diuina cognitio, in ſecunda electio, in tertia voluntas, in quarta directio in finē prædeſtinationis cauſa efficiens Deus eſt, quantum ad effectus notatos in nomine prædeſtinationis. Materialis autem cauſa eſt ille, qui prædeſtinatur, ſed formalis eſt modus, vel ordo prædeſtinationis, quia primo datur gratia, & poſt hoc gloria. Cauſa finalis Rom. 1. eſt duplex. ſ. vt ſimus ſancti & immaculati in Ephe. 1. conſpectu Dei. Nota differentiam inter hæc, Ro. 8. quæ ponit Aug. ſ. vocationem, iuſtificationē, prædeſtinationem, & magnificationem. Vocatio. n. retrahit a malo, Iuſtificatio reſpicit initiale bonum gratiæ, prædeſtinatio reſpicit gratiæ bonum finale. Magnificatio vero eſt bonum gloriæ futuræ. Vel dicas, ꝙ prædeſti-

natio per gratiam gloriam præparat. Vocatio gratiam offert. Iuſtificatio illam confert, ſed magnificatio per gratiam, gloriam multiplicat. Sciendum, quòd duplex eſt actio in diuinis, ſicut in naturalibus. Vna ponit aliquid in rem extra, vt calor ignis. Alia
A non, vt viſio. & ſic prędeſtinatio eſt actio, quę non infert rebus neceſſitatem, ſicut verbi gratia. Deus ſcit ſi iſte ſit comeſturus hodie, vel non, nihilominus iſte habet poteſtatem comedendi, & manum ad os porrigendi, quia ſi prędeſtinatio rebus neceſſitatem imponeret, multa ſequerentur inconuenientia. nam fruſtra proponerentur bonis pręmia, & ma-
Eccle. 15. lis ſupplicia. Item iniuſtè remunerarentur
Matt. 25. boni, & punirentur mali. Item malorum no
Ioan. 1. ſtrorum Deus author eſſet. Item nec ſperan
Pſal. 118. di aliquid, nec ſupplicandi vlla eſſet ratio.
Eccle. 31. Item euacuaretur libertas arbitrii, quę ſe habet ad vtrunque. Item nec bona facientes eſſent laudabiles, nec mala facientes vituperabiles. Sciendum tamen quòd hoc eſt duplex. Si Deus præuidet hoc, hoc neceſſariò eueniet, quia coniunctim eſt vera, diuiſim falſa, & eſt ibi neceſſitas conſequentię, non conſequentis, quia licet ibi ſit habitudo, ſiue illatio vnius categoricę ad aliam, nòn tamen neceſſe eſt, quòd ipſius termini ſint actu. verbi gratia. Si homo eſt, animal eſt, neceſſitas eſt conſequentię, non conſequentis. nam hoc. ſ. animal eſt, poteſt non eſſe, conſequentia tamen ſemper ſtabit. De hoc habemus exemplum Boetii in libro de conſol. Si aliquis videt aliquem facientem rotam, neceſſe eſt, quòd iſte faciat rotam, nec tamen viſus eius eſt cauſa illius factionis, ſic Deus

videt mala illius opera, nec tamen eſt cauſa quare malè operetur, veruntamen fiet ſi prȩuiſum eſt. Item bonum exemplum. Si aliquis haberet oculum tantȩ perſpicacitatis vt videret futura, non ideo ligaret res ad euentum. Item artifex in materia nodoſa bene videt defectus, non tamen eſt cauſa defectus. Itē duȩ ſunt paginȩ libri vitȩ. Vna eſt prȩſentis iuſtitiȩ a qua poteſt quis deleri. Alia eſt diſpoſitionis ȩternȩ, de qua nullus delebitur. Differentia eſt inter prȩdeſtinationem prȩſcientiā, quia prȩdeſtinatio eſt præcognitio bonorum cum cauſalitate eorundem, ſed prȩſcientia dicit prȩcognitionem malorū, ſine cauſalitate, quȩ potius reſidet penes liberum arbitrium. Cum dicitur a ſanctis, quòd prȩdeſtinatio orationibus adiuuatur, non eſt ſic intelligendum quod temporale cauſet æternum, ſed hoc quantum ad effectum prȩdeſtinationis iuuat oratio, ſcilicet quantum ad gratiam & gloriam, quia ſecundum illa bene cooperatur liberum arbitrium prȩdeſtinationi, vnde ſicut Deus aliquem ſaluandum prȩuidet, B ſic & modum quo ſaluari debeat, propter quod ſtultus eſt, qui dicit, Volo facere quod placuerit, quia ſi ſaluari debeo, ſaluabor, vel ſi damnari, damnabor. Sicut ſtultus eſſet infirmus, qui diceret, Volo comedere, C & bibere quod placuerit; quia ſi curari debeo, curabor; vel ſi mori debeo, moriar, ſic enim inutiles eſſent & medici, & medicinȩ. Sanè ſi Deus permittit liberum arbitrium, quod ſe habet ad vtrumlibet, in malum cadere, hoc non permittit niſi iuſte. Rurſus ſi per gratiam prȩueniat, nulli facit iniuriam. Cum ergo Deus malos damnat, & re-

probat, operatur ſecundum iuſtitiam, quãdo vero prædeſtinat, agit ſecundum gratiam, & 1. Tim 2. miſericordiam., quæ non excludit iuſtitiam. Voluntate autem prima vult Deus omnem hominem ſaluum fieri, inquãtum homo eſt. Voluntate autem ſecunda non vult iſtum hominem reprobum, inquantum ipſe eſt talis. Voluntas igitur antecedens reſpicit ordinem naturæ in finem, prout a Deo condita eſt, voluntas vero conſequens reſpicit ordinẽ perſonæ, prout eſt libero arbitrio ſuo, vel alieno in finem diſpoſita. Hæc de realitate dicta ſunt. ſed logicè loquendo, cum ſaluatio hominis ſit cõtingens, de neceſſitate determinari niſi mõ dicto, nõ põt, quod n. põt eſſe & nõ eſſe, cõtingens eſt non neceſſariũ ſicut philoſophus dicit in libro ſecundo perihe. Si vero quæritur quare Deus hunc prædeſtinauit, ſiue elegit, & non illum; hoc inexplicabile eſt in hac vita mortali., propter hoc. n. exclamat Apoſt. ad Rom. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei quam incomprehẽſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles vię eiꝰ. Si n. dicimus quod reprobi repellũt gratiam, hoc verum eſt, ſed ſi eſſent prædeſtinati nõ repellerent finaliter. vnde Aug. libro de prædeſtinatione ſanctorum, Gratia inquit, quæ occulte humanis cordibus atribuitur, a nullo duro corde reſpuitur, ideo quippe tribuitur, vt duritia cordium auferatur.

SCHOLIA.

A Prædeſtinatio eſt actio, quæ non infert rebus neceſſitatem] ſiue accipias prædeſtinationem, prout eſt pars prouidentiæ [ſic definiebatur hic, ꝙ eſt præſcientia beneficiorum Dei] ſiue, prout eſt executio prędeſtinationis

[ſic

[ſic nominabatur hic; Vocatio, iuſtificatio, magnificatio.] Nam primo modo ſumpta nihil ponit in prædeſtinato, ſed tantum in prædeſtinante. [1.q.23.art 2] ſecundo modo accepta requirit in creatura liberum arbitriũ potens diſſentire. [Conc. Trid.ſeſſ 6. cap.12. can.4.]

B Sicut Deus præuidet hominem aliquem ſaluandum, ſic & modũ, quo ſaluari debeat.] Hoc eſt. Deus habet duos oculos, non vnum tantum: Vno videt finem, puta hunc ſaluandum; altero quæ ſunt ad finem, puta modum quo ſaluari debeat. Modus, quo ſaluari debeat, quis eſt? ſunt opera liberè facta in gratia. [Concil.Trident.ſeſſ 6.cap.11,16.can.20. 21.32.]

Ex hoc habes clariſſimè, ꝙ prędeſtinatio non excludit, immo ꝙ neceſſariò includit, liberũ prædeſtinati hominis arbitrium: Et conſequenter, ꝙ non imponit vllo pacto neceſſitatem prædeſtinatis; & ꝙ gratia optimè ſtat ſimul cum libero arbitrio; & ꝙ infallibilitas finalis euentus prędeſtinatorum concordat rectiſſimè cum arbitrii noſtri libertate. [1.q. 22.art.4 & q 23. art.5. & 6] Aureũ correlarium.

C Propter quod ſtultus eſſet &c.] Ergo prudens erit, ſi dicat [quod omnis homo dicere ſemper tenetur] Volo facere totũ, quod in me eſt, vt ſaluer: & poſt, etiam ſi Deus me occiderit, ſperabo in eum. Ergo prudens erit, ſi cum timore, & tremore, ſuam ſalutem operetur, non plus ſapiens, neque ſapere volens plus, quàm oportet.

De præſcientia & reprobatione. Cap. XXXI.

A REPROBATIO eſt, vt ait Aug. præ-
B ſcientia iniquitatis quorundam, & præ-
C paratio damnationis eorũdem. Vnde nota, ꝙ
D in reprobatione tria ſunt. Vnum eſt præuiſio iniquitatis ab æterno, alterum obduratio. i. ſubtractio gratiæ in præſenti, tertium eſt pręparatio pœnæ æternæ in futuro. Si ergo quæritur vtrum reprobatio habeat cauſam ex parte hominis, quantum ad primum meritũ hominis non eſt cauſa, quoad ſecundum cauſa eſt meritoria & effectiua, quoad tertium cauſa eſt meritoria, ſed non effectiua. Econtra in prædeſtinatione ſunt tria cõtraria, ſed in hoc eſt differẽtia, quia prædeſtinatio pręparat gloriam ſecũdum beneplacitum, ſed reprobatio præparat pœnam ſecundum exigentiam meritorũ. De obduratione, ſciendũ eſt ꝙ tranſlatiuè dr̃ ſecundum ſimilitudinem obdurationis in corporibus. Duritiam autem corporũ ſequitur triplex proprietas, primum eſt inhabilitas, ad ſuſcipiendum impreſſionem, ſecundum eſt ſtabilitas, ad permanendum in ſe, tertium eſt fortitudo, ad reſiſtendum. His modis dr̃ cor obdurari tripliciter. Vno modo per inhabilitatem ad ſuſcipiendam gratiam. Secundo per firmam adhęſionem ad peccatum. Tertio modo per rebellionem diuinarum inſpirationum, & mandatorum Dei. Vnde quęrendum eſt vtrum præſciti a Deo poſſint demereri, & econtrario. Ad quod dicendum, quod ſcientia Dei comparatur ad res creatas

ſicut

ſicut ars ad artificia, vnde ſicut ars non ſolum eſt cognoſcitiua, ſed etiam factiua corũ, quæ ſecundum artem fiunt, eorum vero quibus ab artis regulis deuiatur, eſt cognoſcitiua tantum, ita ſcientia Dei eſt cognoſcitiua, & factiua omnium bonorum; malorum autem non, ſiue peccatorum, quæ ſunt deuiationes quædam ab æterna lege ipſius, ſcientia Dei eſt cognoſcitiua tantum, non autem cauſatiua. Sic ergo patet, quod boni, qui per gratiam iuſtificantur, non ſolum ſunt ab æterno cógniti a Deo, ſed etiam ad gratiam habendã: peccatores autem non ſunt electi, vel præordinati a Deo ad culpam, ſed ſolum præſciti quòd non ſunt gloriam habituri, ſed ſuæ naturæ relinquendi. Et quia agens non poteſt id, quòd eſt ſupra ſe, natura ſibi relicta non poteſt in actum meritorium, qui eſt ſupra facultatem naturæ; poteſt autem in actum peccati, qui eſt demeritorius, ſicut & in aliquid infra naturam humanam exiſtens. homo. n. peccando deſcendit a dignitate ſuæ naturæ. & ſic patet, quòd præſciti poſſunt demereri facilius, quàm mereri.

SCHOLIA.

A Præſcientia iniquitatis quorundam]. ſ. eam iuſtè permittens. ſicut enim prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam: ita reprobatio includit voluntatem iuſtè permittendi, aliquem cadere in culpam; & inferendi damnationis pœnam pro culpa. [1. q. 23 art. 3.]

B Subtractio gratiæ]. ſ. iuſta.

C Præparatio pœnæ æternæ] ſcilicet iuſta. Ratio, quòd iſta tria, & iuſta

ſint

ſint,& iuſtè fiant,eſt vnamet: quia, cum bonum intellectus ſit obiectum voluntatis,im poſſibile eſt;Deum poſſe velle aliquid vel minimum, niſi quod ratio ſuę ſapiētię [hęc eſt lex iuſtitię] habet. Quicquid ergo Deus facit aut facere poteſt,ſecundum ſuam voluntatē, iuſtè facit, & iuſtè facere poteſt: ſicut & nos quicquid ſecundum legem iuſtitię facimus, aut facere poſſumus,iuſtè facimus,Iuſteq; facere poſſumus.[1.q.21.art.1]

D Vtrum preſciti a Deo poſſint demereri, & è contrario] i.vtrum Deus poſſit eſſe cauſa demeriti,ſeu peccati reproborum: & vtrum ſit cauſa meriti prædeſtinatorum.

De uoluntate Dei. Cap. XXXII.

VOLVNTAS Dei duplex eſt.ſ. voluntas ſigni,& beneplaciti. Voluntas beneplaciti eſt duplex. i. antecedens, de hac vide ſupra cap.30.quæ ſepe non expletur;& conſequens: hæc nunquam remanet inexpleta. Alia eſt voluntas ſigni,& hæc quandoque remanet inexpleta. Huiuſmodi ratio eſt,quia voluntas Dei poteſt ſumi dupliciter,vel propriè,ſic accipitur volūtas beneplaciti, vel metaphoricè,& ſic accipitur voluntas ſigni. Primo modo dicitur Deus aliquid velle, & hoc velle ipſe Deus eſt.Secundo modo metaphoricè eſt ad modum volentis ſe habere,& hoc velle non eſt Deus hęc igitur diuiſio nō rei, ſed vocis eſt; ſicut ira poteſt dici,vel propriè motus iræ, vel metaphoricè ſignum irę. Voluntas beneplaciti Dei conſequens eſt recta efficax,& irreprehenſibilis, vnde quia eſt recta,

ct, nullus eſt rectus, niſi conformetur ei. Itē quia eſt efficax, nihil ſine illa poteſt effici, nihil contra illam poteſt fieri, per nullum poteſt impediri. Item quia irreprehenſibilis eſt, nihil pręcipit, aut ↄmittit niſi iuſtè: nil agit, aut conſulit, niſi bene. Signa beneplaciti ſunt quinque. ſ. pręceptio, prohibitio, conſilium, permiſſio, & operatio, quorum numerus ſic accipitur. Voluntas diuina propriè loquēdo, aut pręſentium, aut futurorum eſt. Si reſpectu pręſentium, aut eſt bonum, & ſic eſt operatio, aut malum, & ſic eſt permiſſio. Si reſpectu futurorum, ſic eſt triplex. Aut eſt malum, & ſic eſt prohibitio, aut bonum neceſſariū, & ſic eſt pręceptio, aut bonum ſupererogationis, & ſic eſt conſilium. Contra tria prima poteſt aliquid fieri, quia ſe habent vt in fieri, ſed contra duo vltima. ſ. permiſſionem, & operationem, nihil poteſt fieri, quia ſe habēt, vt in facto eſſe, & quod perſectum eſt, nō poteſt non eſſe factū. De his ſignis nota, qđ pręceptum dicit obligationem ad faciēdum bonum; prohibitio dicit obligationem ad vitandum malum; conſilium dicit doctrinam, per quam ſcimus, ꝙ id quod conſulitur, ſi fiat affert pręmium, ſi non fiat, affert ſupplicium. Permiſſio dicit priuationem cohibitionis, & eſt ſignum diuinę voluntatis, non reſpectu mali, quod permittitur, ſed reſpectu boni, quod ex malo permiſſo elicitur. Non.n. permittit Deus malum fieri, niſi ex ipſo aliquod bonum eliciat, vt patet in tentationibus diaboli, quę proſunt multipliciter ſanctis. Pręterea ſi non eſſet malum, nō eſſet in bono pulchritudo, niſi abſoluta; nunc vero propter cōparationem ad malum, clarius eluceſſit. Ope- Tob. 12.

ratio

ratio notat factionem in re, per quam refer-
tur creatura ad creatorem. De conformita-
te voluntatis noſtræ ad Deum, ſciendum
eſt quòd duplex eſt conformitas, proportio-
A nis; & proportionalitatis. Primo modo eſt
B conformitas voluntatum in ſe, ſecundum ra-
tionem eſſentiæ, & ſic eſt impoſſibile hoc mo
do, quia finiti ad infinitum nulla eſt propor
tio. Secundo modo eſt conformitas, quæ eſt
ſecundum ſimiliter ſe habere quoad fieri po-
teſt. Poſſibile eſt enim idem volitum eſſe a-
lias vtrobique, vt ſcilicet, homo velit id, quod
Deus vult nos velle. Item ſi attendimus for-
mam volendi; tunc ſi volumus habere mer-
cedem noſtri operis, oportet quod ſemper
C conformemur ei in forma volendi. Si autem
D quæritur, vtrum abſolute teneamur, dicen-
dum eſt, quòd conformitas eſt quædam in a-
ctu, ad quam non tenemur, niſi habita chari-
tate, & nec tunc niſi pro tempore, & loco, vt
quando quis cogitat Dei veritatem .ſ. articu-
los fidei, tenetur credere, quando cogitat Dei
E bonitatem, tenetur diligere. Eſt alia confor-
F mitas in habitu, ad quam non tenetur quis,
niſi quando actu Dei bonitatē recogitat, quia
tunc tenetur ſe ad charitatem Dei præparare.
De conformitate aūt in volito, ſciendū quod
voluntate ſenſualitatis non tenemur confor-
mari volūtati diuinæ nec in volito, nec in for
ma volendi. Volūtas n. ſenſualitatis tm̄ eſt in
brutis; vnde quantum ad hoc nos hac volun-
tate non peccaremus, ſi ratio huic voluntati
iuncta non foret, cuius eſt animalitatē repri-
mere; ſed voluntate rationis deliberatiua te-
nemur Deo conformari in volito, quod con-
ſtat nobis Deum abſolute velle (vt ſalutem

noſtram)vel congruit nobis velle. Si vero nō congruit nobis, quamuis bonum ſit in ſe, nō vult Deus id nos velle; vnde hoc nō tenemur velle, niſi inquantum eſt volitum a Deo. Vnde ſi ſcio Deum velle mortem patris mei, tamen poſſum vitam velle, & laborare ad hoc; quia non vult Deus, velle me patri meo contrarium. Item voluntate conditionata tenemur Deo conformari, vt quando pluit, vellemus, quòd non plueret, ſi Deus vellet, quia volendo conditionaliter non diſcordamus a voluntate Dei, quia hoc non eſt velle ſimpliciter. Item id quod Deus non vult ſimpliciter, & abſolutè, vt ſententiam comminationis, quam aliquando mutat, quando merita mutantur, non tenemur velle. Conformitas diuinæ voluntatis quadrupliciter poteſt conſiderari ſecundum habitudinem quatuor cauſarum. Primo ſecundum cauſam materialem, vt quando idem eſt volitum quod ſe habet, vt materia, circa quam eſt actus voluntatis, & ideo iſta conformitas eſt ſecundum quid tantum, & non ſimpliciter, quia eſſe ſimpliciter, non eſt a materia, vel forma. Secundo modo accipitur conformitas ſecundum cauſam efficientem, ſicut quando aliquis vult hoc, quod Deus vult eum velle, quia Deus hanc voluntatem in eo facit. Deus enim vnamquanque voluntatem in bonum ordinauit, & hoc vult nos velle. Tertio ſecundum cauſam finalem, vt quando quis in gloriam Dei ſua facta ordinat, propter quam & Deus facit omnia, & in his duobus eſſentialiter omnis conformitas conſiſtit. Quarto ſecundum cauſam formalem, vt ſcilicet ex charitate velit quis quod

vult,

vult, ſicut & Deus ex charitate uult omnia, & in iſto conſiſtit perfectio conformitatis, ut ſcilicet, actus uoluntatis noſtrę tanto ſit uoluntati diuinę conformior, quanto eſt melior & perfectior. Ex prędictis collige, quod perfecta, ſeu completa conformitas ad Deũ comprehendit quatuor. Primò ut uelimus, quod Deus uult, ſecundo ut uelimus, quod uult nos uelle, tertio ut uelimus propter qđ uult, quarto ut uelimus eo modo quod uult. Sed conformitas non plena eſt triplex. Primò conformatur quis Deo in uolito tantum ſicut & iudęi conformes erant Deo, in morte Chriſti. Secũdò cõformetur quis in uolito, & in fine, ſed non in modo, ut quando quid nõ fit ex charitate. Tertiò quando quis confor-
G matur in uolito & in modo, ſed non in fine,
Ioan. 11. ut cum ad alium finem retorquetur intẽtio.

S C H O L I A.

A Proportionis] i. per æquiparantiam.
B Proportionalitatis] i. per imitationem.
C In forma uolendi] i. ratione uolẽdi, quę ratio eſt bonum. Et ſcias, ꝙ forma uolendi, & uolitum formaliter, ſunt idem ſicut ergo tenetur homo, uoluntati diuinæ conformare uoluntatem ſuam in forma uolendi: ſic ad idem tenetur in uolito formaliter. Tunc autem conformat Deo uoluntatem propriam in forma uolendi: quando hoc bonum particulare, quod uult, refert in bonum commune [i. in Deum] tãquam in ultimum finem. Tunc uerò conformat Deo uoluntatem propriam in uolito formaliter: quando uult aliquid ſub ratione ueri boni.]1 2. q. 19. art. 1.]
D In forma uolendi.] Ad differentiam uoliti materialiter. i. eius rei, quam aliquis uult.

Non

Non.n.tenetur homo, diuinę uoluntati conformare ſemper uoluntatem propriam in uolito materialiter: quia non poteſt ſemper ſcire uolitum diuinum in particulari. Vnde poteſt quis tuta conſcientia uelle quandoque aliquam rem: quam non uult, aut cuius contrarium uult, Deus. Dixi licet quandoque: quia in hoc tunc ſolum tutus ſum a peccato, quādo neſcio [ita.ſ. ꝙ ſcire non teneor] quid Deus uelit, aut quid uelit me uelle circa huiuſmodi.[12.q 9.art.1.]

E Conformitas in habitu.] Conformitas hęc eſt habere, uel pręparare ſe ad habendam charitatem.

F Ad quam non tenetur quis] .ſ. quantum ad uitandum nouum peccatum tranſgreſſionis pręcepti de habenda charitate: nō autem quantum & ad ſurgendum a peccato, & ad uitandum periculum repentinę mortis ac damnationis. [Caietanus in ſummula tit. Contritio.]

G In uolito, & in modo; ſed non in fine] .ſ. ueniali, non autem mortali. Exemplum, Sit quis pręedicans uoluntariè, & ex charitate, ueram fidem: ſed propter aliqualem vanam gloriam, quę eſt peccatum ueniale. Quod ſi iſte propter uanam gloriam, quę ſit peccatū mortale, fidem illam prędicat uoluntariè; conformatur Deo in volito, non in modo, neque in fine. Immo quia non in fine, ideo non in modo: quoniam mortale neceſſariò excludit charitatem, quamuis non veniale. [Conc Trident ſeſſ. 6. cap. 15. & canon. 27. 12. quęſt. 89. artic. 1.]

De iuſtitia Dei. Cap. XXXIII.

IVSTITIA Dei tribus modis ſumitur. Primo modo, quando redditur alicui quod meruit. Secundo modo, quando promiſſum ſoluitur. Tertio modo, quando imperfectum perficitur. Primo modo, remuneratio bonorum, & punitio reproborum eſt opus iuſtitię. Secundo modo, incarnatio Chriſti opus eſt iuſtitiæ, quia promiſſum fuit hoc per Prophetas. Tertio modo dicitur opus iuſtitiæ, quando Deus peccatorem iuſtificat, cum ſe ad gra-
Pſal. 24. tiam habilitat, faciendo quod in ſe eſt. Nota quod in omnibus operibus Dei inuenitur iuſtitia, & miſericordia; ſed iuſtitia quandoque eſt occulta, & miſericordia manifeſta, vt in iuſtificatione impii, & in primo aduentu Chriſti. Aliquando eſt è cõtrario. ſ. aperta iuſtitia, & occulta miſericordia, vt in punitione paruulorum ſine baptiſmo decedentium, & in ſecundo aduentu Chriſti. Aliquando vtrunque eſt occultum, vt in tribulatione iuſtorum & innocentum, ſicut fuit in Iob, & in infirmitatibus paruulorum. Aliquando vtrunque eſt apertum, vt in remuneratione iuſtorum, & damnatione reproborum, quia illos remunerat ſupra meritum, & iſtos punit citra condignum, quod eſt miſericordiæ, ſed vtriſque retribuit ſecũdum merita, hoc eſt, bonis bona, & malis mala, quod eſt iuſtitiæ. Si vis ſcire qua iuſtitia puniatur homo pro peccato mo-
Eſa. 66. mentaneo æternaliter, iuxta authoritates Eſaiæ, Vermis eorum non morietur, & ignis eo-
Pſal. 48. rum non extinguetur. Pſal. Ibunt in progeniei patrum ſuorum, & vſque in ęternum nõ videbunt

videbunt lumen. Matth. Ite maledicti in ignẽ Matt 25.
æternum. Apocal. Aſcendit ſumus eorum in Apocal.
ſecula ſeculorum) audi Greg. in quarto dialo 14.
gorum, Si Deus non plus attenderet cor, quã
facta, iniuſta poſſet dici talis iuſtitia. Sed quia
Deus intuetur cor, iuſtum eſt vt ſine fine pu-
niantur, qui nunquam vellẽt viuere ſine pec-
cato. Rationibus idem oſtenditur. Quia.n. ho
mo peccauit in ſuo æterno merito punietur
in æterno Dei. Itẽ materia ignis eſt æterna. ſ.
macula peccati, ergo & pœna. Item peccatũ
eſt contra illum qui eſt infinitus, ergo pœna
debet eſſe infinita, ſed hoc non poteſt eſſe a-
cerbitate, vnde oportet quod fiat diuturnita-
te. Item cum homo peccat, errat in infinitum
quodammodo rationalis, iraſcibilis, & concu
piſcibilis, quoniam finitum præponit infini-
to; illa quidem iudicando, iſta adhærendo, &
vltima appetendo, vnde congruè debet eſſe
pœna infinita. Item mala voluntas reprobo- A
rum æterna eſt; ergo & pena. Item oſtenditur Exẽplũ.
exemplis, quia venditio momentanea dat ius
poſſidendi perpetuum, & vulneratio momen
tanea cicatricem infert perpetuam. Item ca- B
ſus in foueam temporalis eſt; detentio perpe-
tua. Item effoſſio oculorum temporalis eſt,
& cæcitatem operatur perpetuam. Item cri-
men læſæ maieſtatis temporale eſt, ſeruitus
perpetua. Item potio veneni momenta-
nea, mortem operatur perpetuam. Dicit
Auguſtinus, quòd reddit Deus mala pro
malis, hoc eſt, penam pro peccatis, quia
iuſtus eſt, vel reddit bonum pro malis, hoc
eſt, gratiam iniuſtis, quoniam bonus eſt,
vel reddit bona pro bonis, hoc eſt, gratiam
pro gratia, quia iuſtus & bonus eſt, nun-

quam reddit mala pro bonis, quoniam iniuſtus non eſt. Aliquis punitur in præſenti propter ſeipſum, vt ſcilicet peccatum præteritum in eo purgetur Ioan. Ecce ſanus factus es, vade, & amplius noli peccare. Item vt propter peccatum perpetuò crucietur tam hic q̃ in futuro. Exemplum habes de Herode, & de Antiocho. Item vt culpa declinetur, vt in Paulo, qui cæcatus fuit perſecutor, vt poſt illuminaretur magnus prædicator. Ad Corinth. Ne magnitudo reuelationis extollat me, &c. Itẽ vt gloria in futuro detur. Actuum. Oportet nos per multas tribulationes intrare &c. In primis duabus cauſis exercet Deus iuſtitiam, in duabus ſequentibus miſericordiam. Quinto punitur quis propter Deum, ſcilicet vt glorificetur. Neque hic peccauit, neque parentes eius, &c. Sexto punitur quis propter proximum, ſcilicet vt ædificetur, ſic fuit punitus Tobias, vt alijs daretur exemplum patientię, ſic puniuntur etiam innocentes pueri, ne videatur inconueniens peccatoribus ſi quandoque tribulantur. Iuſto Dei iudicio puniuntur, qui vel conceſſis abutuntur, vt Adam, vel inconceſſa rapere conantur, vt Lucifer.

Ioan. 5. 2. Machabe. 9. Actuſ 12. 1. Cor. 12 Actu 14. Ioan. 9. Tob 2. Gen. 3. Iſa. 14. Apoc. 12.

S C H O L I A.

A Mala voluntas reproborum æterna eſt] ſcilicet dupliciter. Nam & in peccatis iam hic admiſſis, cum ſint extra charitatẽ, adhuc continuè perſeuerant: & ſi poſſent actu exteriori adhuc peccare, ſemper peccarent, vt Cayn occideret ſemper de nouo Abelem, ſi poſſet [ex 1. q 64. art. 2 3.

B Caſus in foueam temporalis, detentio perpe-

perpetua] quantum ſ. eſt ex natura caſus. ſi enim reſurgit quis è fouea, non eſt hoc ex natura caſus, ſed aliunde, [vt patet.]

De miſericordia Dei. Cap. xxxiiij.

MISERICORDIA ſecundum etymologiam dicitur tribus modis. Primò dicitur miſericordia, quaſi miſeriam cordis diuidens; ſicut accipitur in illa authoritate, Cœli non indigent miſericordia, quia in eis nulla eſt miſeria. Secundum hunc modum miſericordia ſolummodo eſt in terra. Secundo modo dicitur quaſi mittens ſeorſum cordis rigorem, ſicut accipitur ibi, Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, nam veritatis rigorem temperat, remunerans ſupra meritum, & puniens citra condignum, ſic eſt miſericordia etiam in inferno. Tertio modo dicitur miſericordia, quaſi mira ſuauitas rigãs corda, ſic miſericordia maximè eſt in cœlo. Licet Deus ſit iuſtus ſicut & miſericors, tamẽ dicitur ei propriũ eſſe miſereri potius quàm eſſe iuſtum, quia nihil requiritur ad complẽdum opus miſericordiæ, niſi voluntas eius, ſed ad complendum opus iuſtitiæ requiritur etiam aliquid ex parte hominis, exigentia ſ. meritorum. Miſericordia Dei patet in effectibus diuinorum beneficiorum, dat n. reis veniam, dimittendo tam peccati reatum, quàm peccati ſequelas, de quibus duobus. Pſal. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, quoad primum: Qui ſanat omnes infirmitates tuas, quoad ſecundum. Item largitur iuſtis gratiam, dãdo ſ. virtutis habitum, & virtutis motum,

Margin: A (beside line 1 of chapter); Pſal. 84. (beside "dis rigorem"); B (beside "dum opus miſericordiæ"); C (beside "ſed ad complendum"); Pſal. 102. (beside "ad primum")

motum, vt per primum faciat hominem Deo gratum, ac vita æterna dignum, ſed per ſecundum augeatur ei meritum. De his duobus Pſalmiſta. Qui coronat te in miſericordia, quoad primum; & miſerationibus, quoad ſecundum; & loquitur de corona gratiæ. Item confert ſanctis gloriam, & hoc dupliciter, quia nunc in ſpe, & tandem in re. De his Pſalm. Qui replet in bonis deſiderium tuum, quoad primum; Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, quoad ſecundum. Item ex miſericordia Deus patienter expectat peccatores, benignè reuocat, vlciſci diſſimulat, de multis periculis liberat, gratiam liberaliter donat, datam multiplicat, multiplicatam conſeruat, conſeruatam in cœlo premiat. Item ex miſericordia Deus peccatorem ad ſe redeuntem hilariter ſuſcipit, ad penitendum cor emollit, offenſam citò remittit, iniuriæ poſt remiſſionem non meminit. Item ex miſericordia dat Deus aduerſa, vt peccatum purget; dat proſpera, vt ad amorem prouocet, dat ſacramenta, vt meritum cumulet, dat præcepta, vt præmio ditet. Item ex miſericordia errantes ad ſe reducit, euntes ad ſe conducit, cadentes erigit, ſtantes tenere non deſinit, peruenientes in gloriam introducit.

Ibidem. A Ibidem. Rom. 9. Sap. 12. Her. 13. Dan. 13. Luc. 14. Eze. 18. 1. Petr 2. Matt. 15.

SCHOLIA.

A Solummodo eſt in terra] ideſt in hominibus viatoribus. Nã & hic eſt miſeria; & vnus amicus [quaſi diuidens alterius miſeriam, eiusque partem ſibi attrahens] recipit miſeriam ſui amici, Compatiendo ei ex corde.

[1 quæſt.

1. quæſt. 21. artic. tertio.]

B Nil requiritur ad complendum opus miſericordiæ, niſi voluntas eius.] Nihil requiritur, ſcilicet quandoque non ſemper. Nam ad creandum hominem nihil requiritur ex parte hominis: ſed tamen ad te iuſtificandum requiritur tua voluntas aſſentiens, & ad te ſalute donandum requiritur opus tuum meritorium. [1 q 21. art 4. Concil. Trident. cap. 5. 6. can. 4. Vide ſupra cap. 30. B] Vel aliter. Nihil requiritur, ſcilicet quod non ſit effectiuè a Deo ipſo. Vnde & bonus vſus liberi noſtri arbitrii aſſentientis, & bona ipſius opera, ſunt effectiuè a Deo: licet etiam nobis actiuè concurrentibus. [1. quæſ. 23. articu. 5. Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. 7. can. 4 32]

C Opus iuſtitiæ] ſcilicet punitiuæ. Omnis enim pœna pro peccato, ſaltem originali [licet non ſemper pro actuali] infligitur. [12. quæſt. 82. artic. 7.]

Deo gratias.

COMPENDII THEOLOGICAE VERITATIS

LIBER SECVNDVS,

De operibus conditoris.

De ipſa rerum creatione. Cap. I.

SVMMAE bonitatis
triplex eſt effluxio. ſ.
per generationem, per
ſpirationẽ. & per crea-
tionem. Duæ priores
emanationes ſunt ab
A æterno, tertia eſt in
tempore, de qua nunc
eſt agẽdum. Inter crea
re, generare, & facere, differentia eſt: quia res
de nihilo exit in eſſe per creationem, ſed exit
B in eſſe de aliquo per factionem: quia facere
eſt operari de aliena materia; ſed de ſubſtan
tia exit in eſſe per generationem. Deus eſt
rerum triplex cauſa. ſ. efficiens, exemplaris, &
finalis. ſed nullo modo materialis. Inter ope-
rari Dei & creaturę differentia eſt, quia Deus
operatur in inſtanti, angelus autem repente,
ſed natura paulatim. Prima rerum principia

ſunt

ſunt a Deo immediatè. ſ. materia & forma: effectus verò conſequentes ſunt ab ipſo mediante natura, nihil autem eſt a Deo immediatè tantum. Circa mundi creationem quatuor erant errores. Quidam dicebant mundum æternum. Alii dicebant mundum quidem factum, ſed habuiſſe materiale principium, & non eſſe de nihilo. Alii dicebant Deum ſuperiores creaturas per ſe produxiſſe, ſed inferiores per miniſterium angelorum. Alii ponebant duo principia, ſicut Manichæi, vnum ſcilicet ſummè bonum, & aliud ſummè malum, dicentes incorruptibilia eſſe a bono principio: corruptibilia a malo. Hos omnes errores excluſit Moyſes, primum, cum dicit: In principio. ſecundum ibi, Creauit. tertium, quando dicit, Deus. quartum, cum ſequitur, Cœlum & terram. Tenendum eſt etiã, q̄ Deus omnia ſimul creauit, nec aliquã nouam ſpeciem poſtmodum addidit, quam prius non fecerit, vel in ſe, vel in ſuo ſimili, vt hominum animas, vel in ratione ſeminali, ſicut patet in his quæ naturaliter introducũtur in eſſe: & hoc eſt quod dicitur Deum die ſeptima quieuiſſe. non quidem a labore vel ab opere, ſed (ſicut dictum eſt) a nouarum ſpecierum conditione. De operibus verò ſex dierum dicunt quidam, nunquam in illis debere intelligi ordinem temporis ſed naturæ, quia dicunt omnia ſimul tempore fuiſſe facta, creata, & diſpoſita, ac in ſuis ſpeciebus diſtincta. Alii dicunt omnia ſimul creata in materia, ſed non in tali forma ſicut in diebus ſequentibus receperunt; & hæc opinio magis ſequitur planam literam, ſed prima magis ſequitur rationē. Deus. n. dupliciter operatur,

C D E F G

Aliqua nanque facit mediante natura, & hęc fiunt ſucceſſiuè: aliqua facit per ſe immediate, vt creare, peccata dimittere, gratiam infundere, & huiuſmodi: & talia fiunt in continenti, & perfectè, & completè. Cum ergo Deus primordiales res non produxerit mediante natura, ſed immediatè, & per ſe, videtur ꝙ in inſtanti fecerrit eas pefectas & completas tã in materia quàm in forma. Coæuæ ſunt quatuor hæ primitiuæ rerum creaturæ. cęlũ empyreum, angeli, materia mundi, & tempus.

SCHOLIA.

A Sunt ab æterno.] De his in lib. 1 [c. 4. 7.]
B Facere eſt operari de aliena] ſ. ſi ſumatur ly facere, vt diſtinguitur contra ly creare. Si enim ſumatur, prout ſtat cum ly creare, dicit tantum eſſe in tempore. In cuius ſignum patres Niceni Concilii primi ad exponendum ſymboli Apoſtolorum ly creatorem dixerunt ly factorem. Ac ſi patenter dixiſſent. Credimus in Deũ omnium creatorem ita; vt creatit illa in tempore, non ab æterno, [opuſc 6]
C Dicit, In principio] ſ. durationis. [1. q. 46. art. 1. & 3.]
D Dicit, Deus] ſ. ſolus. [1. 65. art 3.]
E Sequere, Cęlum & terram] .i. viſibilium omnium, & inuiſibilium [ex Concilio Nicęno primo, in confeſſione fidei.]
F Prius non fecerit, vel in ſe] ſ. vt in ſuis cauſis; non autem in ſe, vt in ſuo eſſe extra cauſam completo, conſideratur. Exemplum de nouis ſpeciebus productis ex virtutibus ſtellarum, & elementorum: quas vtique virtutes a prin-

a principio creationis accepeſunt: [2. q. 78. artic.1.]

G Rationem] ſcilicet probabilem, non demonſtratiuam. Licet enim res primordiales per ſeipſum immediatè produxerit; tamen de imperfecto ad perfectū potuit eas adducere ſucceſſiuè [vt Baſilius, Ambroſius, Cryſoſtomus dicunt] Ad ly talia immediatè facta ꝑ ſe a Deo fiunt incontinenti completè, reſponderetur tunc: quòd id verificatur attenta omnipotentia diuina, non aliter. Vnde ſi ſapientia Dei, quæ [ſupponendo de poſſibili] ordinem ſucceſſiuum vellet ſeruari in rebus, attenderetur: tunc in productis etiam per ſe immediatè a Deo ſucceſſio reperiretur. [1.q. 66.art.1.]

De diſtinctione creaturarum in generali. Cap. II.

CREATVRA mundi triplex eſt, ſcilicet corporalis tantum, vt elementa: ſpiritualis tantùm, vt angelus: compoſita tantùm ex his, vt homo. Corporalis quoque natura diſtinguitur in corpora lucida, vt ſydera: & opaca, vt terra & metalla, & huiuſmodi: atque perſpicua ſiue diaphana, vt aer & aqua. Creaturæ quædam ſecundum Gregor. habent eſſe tantùm, vt lapides: quædam viuere, vt arbores: quędam ſentire, vt animalia: quędam intelligere, vt hoĩes, & angelī.

Diſtinguitur autem triplex mundus.ſ archetypus i Deus: & dici archetypus ab archos, quod eſt princeps: & typus, quod eſt figura.i. principalis figura, quia ipſe eſt exemplar mũdi ſenſibilis. Item eſt mundus qui dicitur macrocoſmus.i. maior mundus, vt eſt iſte mundus ſenſibilis. Item eſt mundus qui dicitur microcoſmus.i. minor mundus, vt eſt homo.

Ioan. 1. De his tribus Ioan. In mundo erat: ecce pri-
A mum. Et mundus per ipſum factus eſt: ecce ſecundum. Et mundus eum non cognouit: ecce tertium. Differentia eſt inter elemẽtum & elementatum, & quintam eſſentiam. Elementum eſt primum corpus principium cõ-
B ponibilium, non tamen ex corpore compoſitum: vnde terra, aqua, aer, ignis purum elementum eſt & ſimplex apud nos, quia licet iſta inter ſe commiſceantur, & maximè in ea parte vbi ſe contingunt, non tamen ex pluribus corporibus componuntur. Elemẽtatum eſt quodlibet corpus compoſitũ ex quatuor elementis. Quinta eſſentia eſt corpus per ſe
C differens ab omnibus elementis & elementatis, tam in materia quàm in forma: tam in natura quàm in virtute, non habens in ſe cõtr rietatem, vnde nec cauſam corruptionis. Opera ſex dierum, prout Moyſes diſtinxit, moraliter ſic habentur. Significat.n rerum creatio de nihilo, impii iuſtificationem. Firmamenti operatio, boni propoſiti confirmationem. Aquarum congregatio, cordis adunationem. Syderum perfectio, exemplum bonę operationis. Piſcium & auium formatio, ſtatum actionis & contemplationis. Hominis plaſmatio, rectitudinem intentionis. Poſtea verò ſequitur ſeptima dies æternitatis. ſ. requies.

quies. Eſt locus ſummus, ideſt cœlum, vbi ſola lætitia eſt: & eſt infimus. i. infernus, vbi ſola triſtitia: & eſt medius ſ. mundus, in quo ſunt ſumma ſperanda, & infima timenda. Diabolus igitur a ſummo corruit, & in ima detruſus eſt: quia reparandus non erat. Homo verò a ſummo cecidit, & in medio collocatus eſt, vt eſſet ei locus quo aſcenderet per iuſtitiam, vel deſcenderet per culpam. Item Hugo de ſancto Victore dicit, quod aliquis locus eſt in quo ſolum & ſummum bonum eſt, ſcilicet cœlum: aliquis in quo ſolum & ſummũ malum eſt. ſ. infernus: aliquis in quo ſolum malum eſt, ſed non ſummum. ſ. purgatoriũ: aliquis in quo bonum & malum eſt, ſed neutrum ſummum, ſcilicet mundus iſte. D

SCHOLIA.

A In mundo erat]. i. erat in ydea mundi. Quomodo? ſimili modo, quo dicere ſolemus artificem aliquem eſſe in tali ſua ydea; quando attentè contemplatur opus ſuum taliter fabricandum, vt patet. Vel aliter. i. ydea mundi, erat in Deo. ſic igitur Deus erat in mundo, inquantum diſponebat facere mundum ſecundum rationem ydealem mundi habitam in ſeipſo. [ſupra lib. 1. c. 25.]

B Compoſitum] licet ex materia, & forma, compoſitum ſit. Elementum igitur in genere corporũ ſunt illa quatuor ſ. terra &c. quoniam ſunt corpora ſimplicia: ſed nõ ſunt elementa in genere entium, quoniam terra &c. non ſunt entia ſimplicia. Hoc. n. modo ſolũ materia, & forma (ex quibus componuntur terra &c.) ſunt elementum. [primo phyſico-

corum. text. 1. ſuper ly Elementa.]

C Cauſam corruptionis] ſed tamen habet cauſam annihilationis. omnis.n.creatura inquantum eſt ex nihilo, habet ex ſe ipſa cauſam tendendi in non eſſe: & conſequenter poteſt a Deo, quandocunque voluerit ipſe annihilari.[1.q.104.art 3]

D Summum malum.] In genere pęnarum, non in genere entis. Nam q᷑ non poſſit ſic dari ſummum malum; vide ſupra [1. lib. c. 3.]: ſummum tamen bonum & in genere glorię, & in genere entis, datur. vnde ly ſummum bonum accipitur vtroque modo in Vgonis auctoritate.

De diſtinctione orbium tam cœleſtium quàm elementorum. Cap. III.

CORPORALIS mundi machina tota conſiſtit in duobus.ſ.in natura cęleſti, & in natura elementari. Cęleſtis autem diſtinguitur in tres cęlos principales. ſ. in cęlum cryſtallinum, & empyreum, & firmamẽtum. Intra firmamentum quod eſt cęlum ſtellatũ, continetur ſeptem orbes planetarũ, qui ſunt Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Nomine autem cęli cryſtallini ſiue aquei, intelligitur illa pars materiæ pri-
A mæ, quæ ſecũdum Philoſophum formata eſt in duos orbes, quorum ſuperior eſt primum mobile. Iſtorum orbium natura eſt, q᷑ omnes mouentur excepto empyreo, quod quietum eſt. Natura verò elementaris in quatuor ſphęras principales diſtinguitur. ſ. ignis, aeris, terræ, &

ræ, & aquę. Sphęra ignis tria habet interſtitia, .i. ſupremum, quod vocatur igneũ, & mediũ, ac infimum, quod vocatur olympium. Similiter aer tria habet interſtitia .i. ſupremum, qđ vocatur æthereum, & medium ac infimum, quod vocatur aereũ, & in ſupremo eſt calor & lux propter ſolis propinquitatem. Similiter eſt & in infimo .ſ. propter radiorum reper cuſſionem a terra. In medio autem interſtitio, ad quod non poteſt pertingere repercuſſio radiorum, eſt frigiditas & obſcuritas: & ibi dicuntur habitare dæmones, qui detruſi ſunt in hunc aerem caliginoſum. Ibi etiam fiunt tempeſtates, tonitrua, grando, niues, & ſimilia. Ex his collige ſeptem orbes terram & aquam ambientes, qui omnes poſſunt vocari cęli: iſtos autem excellit cęlum trinitatis, ipſe Deus, qui eſt in omnibus & ſuper omnes. Diſtantia dictorum orbium & planetarum hæc eſt, a terra vſq; ad Lunã ſunt miliaria 15625. hæc ſunt ſtadia 1260. a Luna vſque ad Mercurium ſunt miliaria 7612. & ſemiſſe. a Mercurio vſque ad Venerem tantundem. a Venere vſque ad Solem ſunt 14433. a Sole vſque ad Martem ſunt miliaria 14625. a Marte vſq; ad Iouem 6812. a Ioue vſque ad Saturnum tantundem. a Saturno vſque ad firmamentum 24427. Ex his colligitur, ꝙ a terra vſque ad cęlum ſtellarum ſunt miliaria 108939.

Habitatio dæmonum, pluuiarũ regeneratio.

B

C

D

S C H O L I A.

A [Cryſtallini, ſiue aquæi] Aqueum dr eo, ꝙ ſit illæ aquæ, quæ ſupra cęlos ſunt. Dr Cryſtallinũ eo ꝙ aquæ illę non ſint fluidæ: ſed quaſi glaciali ſoliditate firmatæ. Non enim quales ſint illæ aquæ ſupra cęlos vniformiter ab omnibus aſſignatur: licet eas ibi eſſe minime

dubite-

dubitemus. Nam maior eſt ſcripturæ authoritas, quàm omnis humani generis capacitas. [Aug. 2. ſupra gen. ad literam. Baſilius 3. examerom. 1. q. 68. art. 2.]

De natura cœlorum & ſupernorum corporum. Cap. IIII.

COELVM, eſt corpus purum, natura ſimpliciſſimum, eſſentia ſubtiliſſimum, incorruptibilitate ſolidiſſimum, quantitate maximum, qualitate lucidum, diaphanitate perſpicuum, materia puriſſimum, figura ſphæricum, ſitu locali ſupremū, amplitudine creaturarum aliarum in ſe contentiuum.

A Iſtæ proprietates tam cœlo conueniunt empyreo, q̃ primo mobili. Sed præter hoc cœlum empyreum a motu eſt extraneum, beatorum ſpiritūum habitaculum, ſpecialiter ſedes Dei nuncupatur. Cœlo autem cryſtallino ſpecialiter cōuenit, q̄ eſt motu velociſſimum, ad inferiora virtutis influxiuum. Eodem modo dicendum eſt de firmamēto, q̄ plurimæ cōueniūt

B ei de proprietatib. ſupradictis, & inſuper eſt aquarum diuiſiuum, ac ſtellis decoratū. Corpora cœleſtia diuiduntur in lucentia, & non lucentia, ac diaphana. Nam corpus lucens eſt

C ſol, qui ſolus inter ſydera lucet. Sed non lucētia ſunt cæteræ ſtellæ. & planetæ, quæ lumen ſuum a ſole mutuāt. Corpora verò diaphana ſunt omnes ſpheræ cœleſtes. Item ſphæræ cœleſtes cū mouentur non mutant locum, ſed mouētur in locis ſuis. Superiora influunt in inferiora virtutem motiuam, vegetatiuam, ſenſitiuam, ac omnium generabilium productiuam.

ctiuam. Item licet careant qualitatibus ele- D
mentaribus,non.n ſunt calida, vel frigida,ſic-
ca,vel humida, tamen iſta cauſant in inferio-
bus. Verumtamen non influunt ſuper liberũ
arbitrium, nec habent virtutem immutandi E
hominis voluntatem: licet bene immutent
vel diſponant complexionem hominis ali-
quando, quæ voluntatem non habent quidẽ
cogere,ſed magis vel minus in diuerſis homi-
nibus inclinare. Operantur quoque corpora F
ſuperiora diſtinctiuam ſignificationem die-
rum ſecundum lumẽ Solis, & diſtinctionem
menſium ſecundum lumen Lunæ, ac diſtin-
ctionem annorum ſecũdum motum Solis in
aliquo circulo, atque diſtinctionem tempo-
rum ſecundum varium curſum planetarum,
diſtantiam & curſum, aſcenſum, & deſcen-
ſum,retrogradationẽ,& ſtatum. Circulus qui
dam eſt in ſphæra interſecans æquinoctium,
qui interſecatur ab eodem in duas partes æ-
quales, & vna medietas declinat verſus Septẽ
trionem alia verſus Auſtrum: & dicitur ille
circulus zodiacus, a zoe quod eſt vita: nam
ſecundum motum planetarum ſub illa om-
nis vita rebus inferioribus eſt: vel dicitur a zo
dion,quod eſt animal:quia cum diuidatur in
duodecim partes æquales, quælibet pars ap-
pellatur ſignum, & habet nomen ſpeciale a
nomine animalis propter proprietatem ali-
quam conuenientem tam ipſi, quàm anima-
li, vel propter diſpoſitionem ſtellarum ſitarũ
in illis partibus ad modum animalis. Iſte ve-
rò circulus dicitur latinè ſignifer, quia fert
ſigna, vel quia diuiditur in ea: ab Ariſtotele
verò in ſecundo de generatione dicitur cir-
culus obliquus: vbi dicit quòd ſecundum ac-

ceſſum

ceſſum & receſſum Solis in obliquo circulo fiunt generationes & corruptiones in rebus.
G Nomina verò ſignorum, & ordinatio, & numerus in his verſibus notantur.
Sunt aries, taurus, gemini, cancer,leo,virgo,
Libraque, ſcorpius, arcitenens, caper, amphora, piſcis.

S C H O L I A.

A Tam cœlo continet empyreo, quàm primo mobili.]Ea propter nõ incluſit in eis,nec excluſit ab eis motum. ſi.n.motum incluſiſſet, præmiſſa cœli deſcriptio non conueniret empyreo:ſi excluſiſſet, aliis ab empyreo non conquadraret.

B Aquarum diuiſiuum.] De aquis materialibus apud nos patet:de aquis ſupra cęlos(.i. firmamentum)vide capitulum præcedens. A. [1.q.68. art.2.].

C Careant].ſ.formaliter,non virtualiter.Habent.n. virtutem cauſandi omnes qualitates elementares:licet non habeant formaliter illas in ſe;alioquin non eſſent incorruptibiles. Non ergo dant, quod non habent ; ſed dant quod habent;habendum tamen alio modo a recipientibus illud [1.q.115.art.3. 1.poſterio. ſuper ly propter quod vnumquodque &c.]

D Hominis voluntate].i actus voluntatis, neque elicitos.(velle, frui, intendere; Eligere,conſiliari, conſentire,vti,) neq; imperatos (.ſ.comedere, dormire,ambulare &c.) quatenus a voluntate pendent Alioquin ſi corpora cœleſtia actuum humanorum eſſent cauſa,de neceſſitate ſequeretur primò, ꝙ intellectus & voluntas eſſent vires corporeis organis alligatæ; ſecundò ꝙ anima humana eſſet mortalis;tertiò ꝙ homo ageretur,vtpote non habens

bens liberum arbitrium naturali inſtinctu tantum ad ſuas actiones, quarto quòd homini, tanquam libero arbitrio carenti, non imputaretur peccatũ Hæc autem omnia, cũ ſint hæreticalia [vt patet in Conc. Lateran. ſecundo, & clementina:] neceſſario ſequitur, quòd dicere, cœlos poſſe eſſe cauſam humanorũ actuũ, eſt hæreticũ. [1.q.105.art.4.]

E Inclinare]. ſ. ſm ꝙ diuerſi homines magis vel minus reſiſtunt paſſionibus iraſcibilis vel concupiſcibilis, commotis ab influxu cœlorum. His enim ſemper per voluntatem propriam reſiſtere poſſunt: iuxta illud etiã Aſtrologorum, ſapiens dominabitur aſtris. [1.q.105.art.4.] Ptolomæus cęliloquio.

F Amphora] ideſt aquarius.

De natura ſtellarum in cõi. Cap. V.

STELLAE, ſupremæ ĩ firmamẽto figunt & cũ illo ſẽper mouent, materia ſunt puriſſimæ, figura ſphæricæ, quãtitate magnę, apparẽtia paruæ, qualitate lucidę, radiorũ diffuſiuæ, rerũ inferiorũ generatiuæ, à Sole illuminationis receptiuæ, tenebrarũ expulſiuæ, quãto nox obſcurior, tãto plus ſui manifeſtatiuæ, in pſentia Solis ſui occultatiuæ, tẽpeſtatis & ſerenitatis cõcitatiuæ, viarũ nauigãtiũ directiuæ, quãto cõiũctiores, tãto in cõi lucidiores, ſed ſingulæ minus apparẽtes, vt patet in galaxia, claritate, & quãtitate differunt, ac virtute. Galaxia eſt multitudo paruarum ſtellarum quaſi cõtiguarum illi loco orbis vbi diffunditur lumẽ Solis. Fit aũt eclipſis, cùm ſe Soli Luna ſubnectit, vt tenebras efficiat. Nota quòd omnes ſtellæ eclipſantur, & hoc à terra. A B C

à terra,vel à planetis. Planetæ dicuntur quãdoque retrogradi,quandoq; progreſſiui,quãdoque ſtationarij,prout in epicyclis ſuis diuerſimodè mouentur. Planetæ ſunt ſydera inter cęlum,& terram errantia, firmamento contrarium curſum agentia. Curſu quē habent ab influxu primi mobilis,mouentur directè,ſed proprio curſu mouentur obliquè: non ſcintillant:ſinguli ſuos colores & circulos habent: & cum circulos aliorum ingrediuntur, etiam illorum participant qualitatem,cũ Sole intrantes occultantur:quanto terrę propinquiores,tanto circulos habēt breuiores:quanto ſunt altiores,tanto curſus eorum naturalis videtur eſſe tardior. Corpora eorum non ſunt lucida vel perſpicua, ſed opaca. Alioquin non eclipſarent ſe inuicem. Motus primi mobilis ſcilicet nonæ ſphæræ ab oriente in occidentem, rediens iterum in orientem,dicitur rationalis,ad ſimilitudinem motus rationis in microcoſmo, quãdo fit conſideratio à creatore per creaturas rediens in creatorem,& ibi ſiſtendo Secundus motus firmamenti & planetarum eſt huic contrarius,ab occidente in orientem, rediẽs in occidentem, qui dicitur irrationalis, ſiue ſenſualis,ad ſimilitudinem microcoſmi, qui eſt à corruptibilibus ad creatorem, & iterũ rediens ad corruptibilia.

Mores bonorũ.

Vita malorum.

S C H O L I A.

A Sui occultatiuæ,] ſcilicet per hoc, quòd lumen maius offuſcat minus: non per aliquam ſuiipſarum alterationem.

B Fit autem ecclypſis,] ſcilicet ſolis. Hæc enim eſt poſitio lunæ inter nos & ſolem.

C Omnes ſtellæ eclypſantur,& hoc à terra,vel à

ra, vel à planetis.] Si ſit planeta vltimum, ſcilicet luna, non ab alijs planetis, ſed neceſſario à terra, ecclypſabitur. Vnde ecclypſis lunæ eſt poſitio terræ inter Solem, & Lunam. Nam tunc luna, terra prohibente, non poteſt à ſole illuminari.

De luce. Cap. VI.

LVx eſt, vt ait Philoſophus, actus lucidi ſecundum quod lucidum. Vnde ſciendum eſt quòd lux eſt qualitas actiua corporis luminoſi, ſicut calor ignis. Lux quoq; dat coloribus eſſe intẽtionale ſicut intellectus agẽs fantaſmatibus eſſe intellectuale. Ipſa eſt medium deferens omnia quę à cœlo ad nos deſcendunt. Ipſa quoque monſtrat corpus non lucens à lucido. Ipſa eſt ſecundum Philoſophum cœli purpura, maleficiorum inimica, nauigantium directio, oculus noctis, facies omnium rerum. Lux, vt ait Auguſtinus, rectam habet inceſſum, & nullo modo incedit per curuum. Hæc omnibus rebus & decorem tribuit, & abſque illa cuncta ſunt ignota & abſcondita. Motus eius eſt ſubitus: quia ſine mora replet omnia. Hæc in ſuperficie corporis vmbroſi nõ ſe perfundit, ſed in corpore diaphano: vnde ſecundũ corporis groſſitiem, vel ſubtilitatem magis & minus participatur. Lux enim ſine ſui diminutione vbique ſe diffundit. Plures proprietates lucis habes infra de Sole, quæ illi conueniunt in quantum lucet. Sciendum eſt, quòd lux vocatur in corpore luminoſo lux: ſed lumẽ, prout eſt in lucido tranſparenti, ſpendor au- A

tem in terſo, & color prout eſt in corpore opaco.

SCHOLIA.

A Eſſe intentionale.] Adueniente luce ſuper colores eliquatur quædam ſimilitudo ex illis veniens puta ad oculos noſtros, & adueniente luce intellectus agentis ſuper phãtaſmata eliquatur ſimilitudo quædam ex illis veniens ad intellectum poſſibilem. Illa ſimilitudo dicitur ſpecies ſenſibilis intentionalis, eſſe intentionale [vt in littera] in genere ſenſibili: Iſta dicitur ſpecies intelligibilis, intentionalis, eſſe intentionale in genere intellectuali. [2. & 3. de anima.]

De planetis in ſpecie. *Cap. VII.*

SATVRNVS eſt à nobis remotiſſimus frigidus, & ſiccus: hoc intelligas in effectu, ſicut in alijs planetis: Ex vicinitate eius calor Solis remittitur. Ex coniunctione eius cum Ioue clarior efficitur, cũ naturaliter ſit pallidus. Nociuus eſt: & ipſo dominante fœtus naſcit̃ mortificatus. aut debilis. Plus nocet retrocedẽdo, quã procedẽdo. Moratur in quolibet ſigno triginta mẽſibus: ex quo ſequit̃ ꝙ curſum ſuũ cõplet triginta annis. Iupiter eſt clarus, & quaſi ad inſtar lactis cãdidus: in qualitatib⁹ eſt bene tẽperatus, q̃a calidus eſt & humidus. In ſuperiori parte ſuæ apſidis tẽperat malitiã Saturni. Cũ aſcendit in circulum Saturni, contrahit pallorẽ, licet ſit clarus. In quolibet ſigno moratur per annũ, & ita cõplet curſum ſuũ in duodecim annis. Mars calidus eſt, & ſiccus, & ideo nociu⁹.

Ex

Ex proprietatibus ſuis homines incitat, ac prouocat ad bellādū: ex interpoſitione Veneris & Iouis eius nociuitas reprimit: Igneus apparet, & radioſus In quolibet ſigno morat quadraginta diebus Sol dr̄ decies maior terra, ſed ſm Ptolomæum eſt clx vicibus maior terra, calidus & luminoſus eclipſim patitur communis eſt omnibus, nube celatur, ſolus per ſe lucet, quod nulli ſyderi competit: vnde & nomen accepit, ſtellas illuminat, & tamen eas per præſentiam ſuam apparentia ſui luminis priuat. Medius eſt planetarum, odioſus ægris oculis, ſed amabilis puris. Tēpora diſtinguit, locis immundis non inquinatur, teſtes conſolidat, gelida reſoluit, flores aperit, fructus maturat, corpora diaphana penetrat, non quieſcit, viſum retundit, vapores eleuat, hæmiſphæria viciſſim perluſtrat, appropinquans nobis æſtatem facit, recedens verò hyemen efficit, oculus eſt mundi. In quolibet ſigno moratur 30. diebus, & 10. horis: curſum per annum facit motu proprio, ſed diem perficit motu primi mobilis. Venus eſt lucifer, calidus & humidus: malitiam Martis temperat: ſemper comitatur ſolem: ſed cum præcedit, dicitur lucifer: quando ſequitur, dicitur veſper: colorem habet candentem, & refulgentem, electro ſimilem. Inter ſydera plus ſplendet: complet curſum ſuum in 348. diebus Mercurius ſemper cum ſole graditur, nunquam ab eo plus 30. gradibus diſtans, colorem habet radiantem; raro propter vicinitatem ſolis cernitur: eloquentia ſub ipſo eſt, a quis dicitur dominari, & præeſſe ſeminibus: curſum cōplet 338. diebus. Luna noctem illuminat, lumen

mutuat, augmentum patitur, & detrimentū. Infima eſt inter planetas, eclipſum patitur & efficit, maculas habet propter coniunctionē eius cum inferioribus. Item corniculata interdum apparet, ex eo quòd pars eius non illuminata à nobis abſconditur. Item regi-
A na cœli appellatur, quia ſol tanquam medius planetarum participat omnes proprietates omnium, & eas ad lunam cum lumine ſuo tranſmittit: ipſa verò luna quæcunque à ſole recipit, ſic influit. Vnde quia per eam tali modo virtutes planetarum recipimus, merito regina cœli vocatur. His viſis patet ꝙ quando luna primò incenditur, optimum eſt ſemina iacere, quia tunc virtutes planetarum quas inferioribus influit, incipit colligere frigida eſt & humida, ſolem præcedēs minuitur, ſed eundem ſequens creſcit, & ab eo elongatur. acceſſus & receſſus maris per eam cauſatur. Signa autem zodiaci quolibet menſe percurrit.

S C H O L I A.

A Participat omnes proprietates omnium ac influit.] Ideo dicitur ſol generare cum homine hominem, licet alij plantæ, & cœlorū influxus concurrant: quia non ſinguli omnium influxus, ſicut ſol, participant, & conſequenter nō influunt omnes. Magis aūt ſoli, quam lunæ: tanquam actiuo magis, tribuit.

B Solem præcedens minuitur, ſed eundem ſequens creſcit] Sol, myſticè, Chriſtus, luna quilibet de Eccleſia, ſeu quælibet anima. Vis creſcere? ſequere Chriſtum. Nam ſi vis eum inſtar ſuperborum præcedere, minueris. In humilitate igitur eſt magnitudo tua, in arrogantia tui diminutio.

De

De quatuor elementis. Cap. VIII.

IGNIS conſumit & incinerat, in ſimilitudinem ſuam ſibi appropinquantia cõuertit, motum facit de cẽtro ad circumferentiam, ardet & lucet in materia aliena, & nõ in ſua ſphæra. Inferiora reducit ad ſuperiora, quia reſoluit terrea in aquoſa, aquoſa in aerea, aerea in ſe Mollificat dura, & indurat mollia. ſubtiliat, vt patet in reſolutione glaciei, & condenſat lutum. depurat, vt in auro: & corrumpit, ſicut ea quæ conſumit: frigefacit per accidens, vt patet in aceto: eſt & penetratiuus, cõmunicatiuus, & diuiſiuus. Itẽ ignis in ſphæra ſua non relucet, quia compactus non eſt. Nullum enim corpus diaphanũ lucet, ſed potius eſt illuminabile. Si autẽ ignis in ſphæra ſua compactus eſſet, eclipſaret omnes ſtellas quę ſupra ipſum ſunt. Ignis verò hic lucet apud nos propter materiã coadunatam in qua eſt: & hoc patet, quia vna candela alteri oppoſita vmbram facit. Aer eſt ſubtilis, mobilis, perſpicuus, per inſpirationẽ & reſpirationem caloris cordis temperatiuus, decoratur volatilibus, locus impreſſionum, manſio ſpiritum damnatorum, eſt & alterabilis, ſubtilis, leuis, atque rarus, non lucet, ſicut nec aliquod corpus diaphanũ, ſed eſt illuminabilis. Aqua ſuper cœlos eleuatur, piſcibus decoratur tempeſtatibus ſubijcitur, omnes fontes & flumina ad mare continuantur, ad locum vnde venerunt reuertuntur. Aeri præbet aqua informationem, volatilium ornamentum, & vegetabilium nutri- A B

mentum, & optimè eſt terminabilis termino alieno, ſed minimè termino proprio. Aqua corpus eſt diaphanum, omnibus eſt cõmunis, in cryſtallum congelatur, irim in nubibus cauſat, ſordes purgat, hortos irrigat, febricitantes ſua frigiditate & humiditate delectat, naues vehit, lumen recipit, ad ſuum principium recurrit, loca vacua ſubit, lapides cauat, ignem extinguit, olim mundum purgauit. In mari rubro populo dei ceſſit, de latere Chriſti fluxit, hanc Chriſtus in vinũ mutauit, ac de ipſa baptiſmi materiam ordinauit. Terra inter alia elementa eſt infima, nigra, deſpecta, ponderoſa, rotunda, elementis alijs circundata, mater fructuum, radix plantarum, nutrix animalium, ædificiorum fundamentum, mortuorum receptaculũ, machinæ mundialis centrum, concludit in ſe infernũ: frigida, ſicca, opaca, corporis humani materia. Seruat metalla, cẽtro tenetur, motu ex vaporibus incluſis concutitur, herbis & floribus ac arboribus ſuis decoratur, circa eã motu circulari cœlum cum ſyderibus voluitur, ab hominibus & iumentis calcatur, horum quædam terræ competunt ſecundum eſſe ſuum, quædam ſecundum ſitum, quædam ſecundum contentum, quædam ſecundum ornatum, quædam ſecundum vtilitatem.

S C H O L I A.

A Aqua ſuper cœlos eleuatur] id eſt ſuper firmamentum ſecunda die factum, quod aliqui vocant cœlum aereum. Illa n. pars aeris, in qua condenſantur nubes, põt dici firmamentum propter ſpiſſitudinem aeris in parte illa. Nam illud, quod eſt ſpiſſum & ſolidũ dicitur corpus firmum. Hanc opinionem de

firma-

firmamento commendat Aug. dicens: hanc cõſideratiõnẽ digniſſimã iudico, quod.n. dixit neq; eſt cõtra fidẽ, & in promptu poſito documẽto, credi põt. Hec ille. Quid eſt illud documẽtũ, quo poſito faciliter, ſeu in promptu, talis opinio credi põt? Eſt ꝙ per aquas, q̃ ſupra firmamẽtum in Geneſi ponũt, intelligunt aquæ elemẽtares. Modo aquæ elemẽtares vaporabiliter reſolutæ eleuant ſupra aliquã partẽ aeris, & ex his poſtea pluuiæ generant, eas aũt eleuari ſupra cęlũ ſydereũ, cęlũ ſtęllatũ, ſiue cęlũ ſtellarũ fixarũ impoſſibile, eſt. Propter quid eſt oĩno impoſſibile hoc? ꝑꝑ ſoliditatem cęli, ꝑꝑ regionem ignis mediantem quæ hmõi vapores conſumeret: ꝑꝑ hoc, ꝙ locus, quò feruntur læuia, & rara, eſt infra concauum orbis lunæ: ꝑꝑ hoc, ꝙ ſenſibiliter apparet, vapores non eleuari ẽt ad cacumina quorundam montium: & ꝑꝑ hoc [vt ad vanam aliquorum rationem reſpondeamus,] ꝙ corpus naturale non poteſt in infinitum diuidi, aut rarẽfieri, ſed tm̃ vſque ad certum terminum: licet corpus, vt ſic, in infinitũ ſit diuiſibile. Si ergo loquamur de aquis vaporabiliter eleuatis [vt loquitur præſens littera] neceſſariò accipiendi ſunt cœli, ſupra quos eleuantur, modo dicto; ideſt pro firmamẽto aereo, nõ ſydereo. Vnde ſi eſſemus certi, ꝙ Geneſis loqueretur de aquis vaporaliter eleuatis in ly diuidat aquas ab aquis; præmiſſam opinionem, pro opinione laudatam ab Auguſtino non pro opinione, ſed pro ſcientia teneremus At quia certum non eſt, ſed opinabile, illud eſt: ideo firmamentũ ibi accipimꝰ q̃nq; ꝑ cęlo ſtellato, & aquas ꝑ cęlo cryſtallino [vt ſu. c. 3. A.] [1. q. 61. ar. 1. B 2.]

Secundo ſuper Gène. ad literam.

A

Gen. 1.

B Aeri

B Aeri præbet aqua informationem, volatilium ornamentum.] ideſt per hoc aqua informat ideſt ornat aerem, quòd dat aeri volatilia: Aues enim ex aquis productę leguntur.

C Terminabilis termino alieno, ſed minimè proprio.] ideſt figuram, cùm ſit inuiſibilis, ſecundum ſe, ideſt manens in raritate ſua, non recipit; ſed per aliud ideſt ſi inſpriſſetur, figurari poteſt, vt apparet de nubibus.

De impreſſionibus aëris. Cap. IX.

COMETES licet appareat quaſi ſtella, non eſt tamen aliud quàm vapor inflammatus ex vicinitate ignis. Hic comas luminis fundit, & dicitur ſignificare mutationẽ

A regni aut bella, aut peſtilentias. Corona eſt albus circulus, qui quandoque apparet circa ſolem, vel lunam, aut ſtellas alias, & cauſatur ex reliquijs nubium per planetarum radios attractis & illuminatis. Talis autem circulus ſignum eſt ſerenitatis. Aſſub duplex eſt, aſcẽdens ſcilicet & deſcendens. Aſcendens fit ex partibus vaporis inflãmati in ſupremo aeris, & videtur aſcendere ſicut ſi euolarent ſcintillæ de fornace. Aſſub verò deſcendens eſt ignis retentus in nube, qui tamen expellitur obuiante nube frigida, & cadit cõtinuè, propter quod videtur ſtella cadens, longaque relinquit veſtigia caſus poſt ſe. Lumen quod videtur de nocte diſcurrentibus ſe præcedere eſt vapor contractus deſcendens, qui cum nihil obuiat, confricatione ſui ipſius ſubit, & aliquandiu ſtat in aere. Draco dicitur vapor fortis conglobatus, cui eſt nubes frigida

ad latus vnum,& calida ad aliud: & tūc pro pter cōuenientiam ad calidum, trahitur ad illud, & ita incenditur pars anterior, & hæc videtur quaſi ſpiramen draconis. media ve ro pars incuruatur vt ſerpens, & volat ſemper ad latus vbi calidum circunſtat ipſum. Nubes fiunt quando à virtute ſolis extrahū tur humores ſeu vapores de aquis & paludi bus,& locis humidis,& feruntur ſurſum. Ne bula eſt id quod ex nubibus aquam pluenti bus relinquitur, & ideo ſecundum Ariſtote lem, ſignum eſt ſerenitatis. Caligo eſt vapor tenebroſus, quem vulgo appellāt nebulam. Iſte vapor non eleuatur, ſed priuſquam con uertatur in nubes vel in pluuiam. deprimitur, & remanet iuxta terrā. Ros eſt id quod deſcēdit ex vapore paruo, & in deſcenſu ſuo traditur in paruis minutijs. Pluuia eſt aqua deſcendens ex nubibus reſolutis, velocitatē habens ſuæ deſcenſionis, & hoc guttatim. Pruina eſt ex vapore rorido, quæ congelatur antequam ex ipſo reſoluatur aqua. Nix generatur in nube calida, cuius congelatio ſimul fit cum conuerſione in aquam: & ideo partes eius non inſpiſſantur. Grando generatur ex nube calidiſſima virtute ſolis multum eleuata, quæ poſtquam in aquam reſol uitur, tunc demum in medio interſtitio aeris congelatur. Tonitruum eſt ſonus vaporis ſicci egredientis de nube humida, vel in nu be frigida & humida, & ſcindit quidquid inuenit. Iris eſt lumen ſolis receptum in nu be concaua & aquoſa, ac ſoli ex aduerſo oppoſita. Glacies eſt aqua congelata. Ventus eſt vapor terreus aeris ſuperiora tranſcendens, & aerem fortiter percutiens, & impellens.

Venti ſunt quatuor principales. ſ. ſubſolanus ab oriente, temperatus, habens a dextris vulturnũ deſiccãtẽ, a ſiniſtris eurum nubes generantem. Item a meridie eſt auſter calidus, qui fulmina gignit, & pluuias largas, habens a dextris Africum calidum, a ſiniſtris Notum temperatum quidem, ſed peſtilentias inducentem. Item a Septentrione eſt aquilo frigidus, habens a dextris thraſciam niues facientem & grandines, & a ſiniſtris boream nubes conſtringentem, ac pluuias prohibẽtem. Item ab occidente eſt Zephyrus flores producens, habens a dextris circium tempeſtates & pluuias ac tonitrua generantem, a ſiniſtris fauonium in oriente nubila, ſed ſerena in meridie facientem. Turbo eſt ventus egrediens de nube in ſeipſum reflexus, vel duo venti lateraliter ſibi occurrentes, ſeſeque iuxta terram orbiculariter inuoluentes. Terræ motus eſt vapor groſſior extractus de profundo terræ, non potens exire ſuperficiem terræ propter illius ſoliditatem: ſicq; coartatus in interioribus concauitatibus terram concutit.

S C H O L I A.

A Comas luminis fundit] largè accipiendo comas; vt ſcilicet includunt ornamentum non tantum capitis [Hoc eſt propriè coma] ſed etiam mentis [hoc eſt barba] & partis poſterioris animalis [hoc eſt cauda.] Verum hæc omnia dicuntur metaphoricè, ſimilando ſtellam animali, cum aſſerimus; aliam cometem eſſe comatam, aliam barbatam, aliam caudatam. Cæterum ſi fuſius de his omnibus aeris impreſſionibus vis inſtrui: Conſule Ariſtotelem in ſuis meteorologicis.

Philoſophus lib. meteor.

De tempore. *Cap. X.*

TEMPVS eſt menſura motus primi mobilis & rerum mutabilium. Ex hoc patet, quia hic eſt tempus, & non in cęlo ſecundum ſuam ſubſtantiam: quia hic mutantur omnia A & non ibi: hic eſt enim hyems, nunc eſtas: nunc pax, nunc diſcordia, nunc tranquillitas, nunc tempeſtas. Mutabilitas rerum oſtẽditur in hoc ꝙ ea quæ præcipuè mundus amplectitur. ſ. ſapientia, & potentia in oriente inceperunt, & terram habitabilem percurrerunt vſque ad occidentem in ſignum ꝙ omnia tendunt ad occaſum. Nam ſtudium ſapientiæ cepit in Aegypto, poſtea fuit in Græcia, poſt Ro- B mæ, deinde in Francia & in Anglia. Similiter regna primo fuerunt in Oriente, poſt in Græcia, poſt apud Romanos, nunc poteſtas imperii reſidet in Germania. Propterea Iacobus comparat vitam noſtram, & hæc mutabilia vapori, Salomon ſomno, Iſaias baculo arundineo, & liber regum aquæ dilabenti. Differentia autem eſt inter tempus, & æuum, & æternitatem. Nam tempus habet principium & finem, æuum caret fine, ſed non principio, æternitas caret vtroq; termino, quia eſt menſura increata. Iſtæ ſunt ætates mundi. Prima eſt ab Adam vſque ad Noe, habens iuxta Hę- C breos annos 1656. ſed ſecundum ſeptuaginta interpretes habens 2242. Secunda eſt a Noe vſque ad Abraham, habens ſecundum Hæbreos annos 292. ſed ſecundũ 72. 1072. Tertia eſt ab Abrahã vſq; ad Dauid, habẽs annos ſe-

cundum Hebræos 972 ſed ſecundū 72. 1130. Quarta eſt à Dauid vſque ad tranſmigratio-nem Babylonis, habens annos ſecundū Hebræos 473. ſed ſecundum 72. 485. Quinta eſt à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum, habēs annos ſecundum Hebræos 585. ſed ſecundum 72. 578. Igitur ab exordio mūdi vſque ad Chriſtum ſecūdum Hebræos habemus annos 3652. ſed ſecundum Hieronymum eſt hæc computatio: ſecundum verò 72. quos Græci ſequuntur. 5508 Euſebius autem quem Oroſius ſecutus eſt, inter vtroſq; incedens, numerat annos 5198. quos pene omnes Latini ſequūtur. Sexta ætas eſt à Chriſto vſque ad finem mundi. Septima eſt quieſcentium, & concurrit cum ſexta Octaua eſt reſurgentium. Porro ſecundum Hebræos in prima ætate ſunt generationes 10. In ſecunda 10 In tertia 14. In quarta 17 quas tamen Matth. gratia myſterij 14. ponit, in quinta 14. Aetates hominis ſunt iſtæ: Prima eſt infantia, à natiuitate vſque ad 7. annos ſecūda eſt pueritia vſq; ad 14. annos: tertia eſt adoleſcētia à 15. anno vſque ad 28. quarta eſt iuuentus, à 28. vſque ad 49. quinta eſt ſenectus, a 50. vſque ad 78. ſexta eſt decrepitas ab anno 78. quouſque vita finitur. Dignitas dominici diei notatur in hoc, quod fuit prima dierum. Itē vt dicitur, erit vltima dies Item nox illā non præceſſit. Item nox iſti non ſuccedet Item cælum & terra in ea ſunt creata. Item angelus

C in ea conuerſus eſt ad Deum. Item primò data ſunt in ea filiis Iſrael mandata, vt dicit Origenes. Item in ea Chriſtus natus eſt. Item Chriſtus in ea reſurrexit. Item in ea ſpiritus ſanctus datus eſt Apoſtolis. Item omnes

in ea

in ea reſurgemus, atque iudicabimur. Item in ea perpetuo continuandum eſt in laude Dei.

S C H O L I A.

A Non in cœlo ſecundum ſuam ſubſtantiam :] licet tempus, ſecundum rationem menſuræ, ſit in cœlo. [4. phiſicorum.]

B Tendunt ad occaſum.] Hoc voluit dicere phyloſophus, dum ait, quòd tempus eſt cauſa corruptionis magis, quam conſeruationis. [4. phiſicorum.]

C Angelus in ea conuerſus eſt.] Angelus ſcilicet bonus per voluntatem etiam. Conuerſus eſt non à peccato, ſed à negatione cõuerſionis, ad Deum. Hoc eſt, prius conuerſus ad deum nõ erat per liberum ſuum arbitriũ operando, licet tunc in peccato non eſſet vtpote facultatem operandi non habẽs, immõ nec exiſtens: & poſtea cum ſibi data eſt talis facultas, conuerſus eſt ad Deum operando meritoriè [â ſimili 3 q. 34. art. 1.]

De angelis in communi. Cap. XI.

ANGELVS eſt, ſecundum Damaſcenũ ſubſtantia intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea, deo miniſtrãs, immortalitatem ſuſcipiens ſecundum gratiam non naturam. Subſtantia ponitur in hac diffinitione ꝓ genere, & ponitur ad differentiam accidentis. Intelligitur etiam hic ſubſtantia qualitercũque compoſita, ſcilicet ex eo quod eſt, & quo eſt. Intellectualis dicitur potius, quàm rationalis, quia ratio eſt virtus collatiua cauſæ & cauſati, & ideo compoſita, A

cundum Hebræos 972. ſed ſecundũ 72. 1130. Quarta eſt à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, habens annos ſecundũ Hebræos 473. ſed ſecundum 72. 485. Quinta eſt à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum, habẽs annos ſecundum Hebræos 585. ſed ſecundum 72. 578. Igitur ab exordio mũdi vſque ad Chriſtum ſecũdum Hebræos habemus annos 3652. ſed ſecundum Hieronymum eſt hæc computatio: ſecundum verò 72. quos Græci ſequuntur. 5508. Euſebius autem quem Oroſius ſecutus eſt, inter vtroſq; incedens, numerat annos 5198. quos pene omnes Latini ſequũtur. Sexta ætas eſt à Chriſto vſque ad finem mundi. Septima eſt quieſcentium, & concurrit cum ſexta. Octaua eſt reſurgentium. Porro ſecundum Hebræos in prima ætate ſunt generationes 10. In ſecunda 10. In tertia 14. In quarta 17. quas tamen Matth. gratia myſterij 14. ponit, in quinta 14. Aetates hominis ſunt iſtæ: Prima eſt infantia, à natiuitate vſque ad 7. annos. ſecũda eſt pueritia vſq; ad 14. annos: tertia eſt adoleſcẽtia à 15. anno vſque ad 28. quarta eſt iuuentus, à 28. vſque ad 49. quinta eſt ſenectus, a 50. vſque ad 78. ſexta eſt decrepitas ab anno 78. quouſque vita finitur. Dignitas dominici diei notatur in hoc, quod fuit prima dierum. Itẽ vt dicitur, erit vltima dies. Item nox illã non præceſſit. Item nox iſti non ſuccedet. Item cœlum & terra in ea ſunt creata. Item angelus in ea conuerſus eſt ad Deum. Item primò data ſunt in ea filiis Iſrael mandata, vt dicit Origenes. Item in ea Chriſtus natus eſt. Item Chriſtus in ea reſurrexit. Item in ea ſpiritus ſanctus datus eſt Apoſtolis. Item omnes

C

in ea

in ea reſurgemus, atque iudicabimur. Item in ea perpetuo continuandum eſt in laude Dei.

S C H O L I A.

A Non in cœlo ſecundum ſuam ſubſtantiam :] licet tempus, ſecundum rationem menſuræ, ſit in cœlo. [4. phiſicorum.]

B Tendunt ad occaſum] Hoc voluit dicere phyloſophus, dum ait, quòd tempus eſt cauſa corruptionis magis, quam conſeruationis. [4. phiſicorum.]

C Angelus in ea conuerſus eſt.] Angelus ſcilicet bonus per voluntatem etiam. Conuerſus eſt non à peccato, ſed à negatione cõuerſionis, ad Deum. Hoc eſt, prius conuerſus ad deum nõ erat per liberum ſuum arbitriũ operando, licet tunc in peccato non eſſet vtpote facultatem operandi non habẽs, immõ nec exiſtens: & poſtea cum ſibi data eſt talis facultas, conuerſus eſt ad Deum operando meritoriè [à ſimili 3 q. 34. art. 1.]

De angelis in communi. Cap. XI.

ANGELVS eſt, ſecundum Damiſcenũ ſubſtantia intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea, deo miniſtrãs, immortalitatem ſuſcipiens ſecundum gratiam non naturam. Subſtantia ponitur in hac diffinitione pro genere, & ponitur ad differentiam accidentis. Intelligitur etiam hic ſubſtantia qualitercũque compoſita; ſcilicet ex eo quod eſt, & quo eſt. Intellectualis dicitur potius, quàm rationalis, quia ratio eſt virtus collatiua cauſæ & cauſati; & ideo compoſita, A

poſita,vt, oīs homo eſt aīal, Sortes eſt &c Sil logiſmus enim nihil aliud eſt quàm diſcurſus à cauſa in cauſatum. intellectus autem de ratione ſui non habet compoſitionem & & collationem, ſed eſt ſine inquiſitione, & compoſitione, & ideo competit naturæ magis ſimplici pro differētia,vt eſt angelus. Ratio autem, differentia eſt naturæ minus ſimplicis,ſcilicet hominis.Semper mobilis, non dico de loco ad locũ, ſed mobilitas dicit hic triplicem vertibilitatem in angelo , ſcilicet naturæ,intelligentiæ,& voluntatis.Mobilitatem enim habet naturæ , quia omne creatũ vertibile eſt in nihilum,niſi manu omnipotentiæ diuinæ contineatur . Similiter angelus mobilitatem intelligētiæ habet,quia licet in angelo non ſit viciſſitudo intelligen-
A tiæ quo ad ſcita in verbo,cum difformem habeat intellectum ſecundum Dion. poteſt tamen in eo quo ad cognitionem rerum in propria natura eſſe viciſſitudo intelligentiæ & hoc eſt quòd dicit Aug. quòd omne creatum habens intellectum intelligit vnũ poſt aliud Item in voluntate mobilis eſt angelus quia nō ſimul vult hoc& illud. Item poteſt
B dici ſemper mobilis motu dilectionis. Arbitrio libera.Hoc non dicitur propter deflexionem ad bonum indifferenter & malum,ſed propter liberam electionem eorum quæ voluerit,vnde angelus bonus ſemper liberè eligit bonum , & angelus malus liberè & ſine coactione eligit malum . Incorporea ſubſtantia dicitur, quia angelus non habet proprietatem corporis,vt corporis,ſcilicet in loco contineri Cùm enim corpus ſit in loco circumſcriptiuè & diffinitiuè,angelus tā-

tum

tum diffinitiuè eſt in loco Deo miniſtrans. Miniſterium hic ponitur pro quocunque obſequio. & ſecundum hunc modum tam aſſiſtentes, quàm miniſtrantes, quàm etiam dęmones miniſtrant. Immortalitatē ſuſcipiens ſecundum gratiam, non naturam; quia natura ſua eſt ex nihilo. Angelo attribuũtur quatuor, ſ. eſſentiæ ſubtilitas, intellectus perſpicacitas, liberi arbitrij facultas, diſcretio perſonalis. In primis tribus conuenit anima cum angelo, in quarto non: quia anima non eſt perſona habet & alia tria angelus. ſ. uirtuoſitatem in operando, officioſitatem in miniſtrando, immutabilitatem poſt electionem, ſiue in bono, ſiue in malo. Differentiæ quatuor aſſignantur inter anhelum & animam. Prima & principalis eſt penes eſſe naturale, quia anima eſt unibilis corpori, etiam actu ſeparata, angelus non. Secunda eſt penes eſſe logicum, ideſt diffinitionem, quia anima rationalis eſt, ſed angelus intellectualis. Anima enim apprehendit inquirendo & cōferendo: angelus uerò intuendo. Tertia eſt penes metaphyſicum, ideſt ſeparatum a materia & motu, quia angelus non habet paſſibilitatem niſi reſpectu ſuperiorum, anima uerò reſpectu inferiorum, quia immutatur a ſenſibilibus. Quarta eſt penes eſſe theologicum, quia anima uertibilis eſt a bono in malum, & è contrariò: angelus uerò non: quia manet in eo ad quod ſe conuertit, ſiue bonum ſit illud, ſiue malum. Angeli enim ſunt omnes ſimiles in eo, quòd immortales, inuiſibiles, indiſſolubiles, ſimplices, diſcreti perſonis, incommutabiles, incommunicabiles ſunt alteri naturæ: C

ſed diſſimiles ſunt in donis gratiæ & naturæ. Præterea dicit Dion. ꝙ in omni natura ſpirituali creata aliud eſt eſſentia, aliud eſt virtus, aliud eſt operatio.

SCHOLIA.

A Quoad ſcita in verbo] de angelis beatis tantum hoc intelligitur: ſicut & infra, 'y iem per mobilis motu dilectionis.

B Non propter deflexionem indifferenter ad bonum] .i a malo ad bonum; & a bono ad malũ poſt electionẽ: non ꝙ ante electionem non ſe habeat indifferenter ad bonum, & malum, tanquam eligere potens vtrumlibet. [1 q 64. art. 2.]

C Immortalitatem] ſ perfectam, quæ includit omnimodam immutabilitatem. Nam immutabilitas & immortalitas cõuertũtur, & è contra: quoniam (ſecundum Auguſtinũ) omnis mut tio eſt quædam mors. Angelus ergo immortalitatem perfectam modo dicto non habet per naturam, ſed per gratiam: primo quia vera patriæ beatitudo non eſt angelo naturalis; ſecundò quia viribus naturalibus ſolis (cum ſit ex nihilo) non poteſt attingere illam, ſed gratia Dei adiutus. Immortalitatem igitur ſumit Damaſceuus in ſenſu, quo
1 Tim. 6. & apoſtolus de Deo dicens ſolus habet immortalitatem (Quia videlicet ſolus Deus habet naturaliter veram beatitudinem) vnde non negat per hoc Damaſcenus hanc veritatem, ꝙ .ſ. Angelus ſecundum naturam ſuam ſit incorruptibilis. [1. q 50. art. 5.]

De diſtinctione cœleſtium hierarchiarum. Cap. XII.

HIERARCHIA triplex eſt. ſ. ſuperceleſtis, cœleſtis, & ſubcœleſtis. Supercęleſtis eſt in tribus perſonis, vt quidam dixerunt, & malè: quia ſecundum Dionyſium hierarchia dicit ordinem & ille abſolutè nō eſt in tribus perſonis, ſed tantum eſt in ordine naturæ. Cœleſtis eſt in ordinibus angelicis, ſubcœleſtis in hominibus ſanctis. Porrò hierarchia cœleſtis diuiditur in ſuperiorem, mediam, & inferiorem. Superior continet tres ordines. ſ. ſeraphin, cherubin, thronos: quorum primi conſiderant Dei bonitatem, ſecundi veritatem, tertij æquitatem. Item in primis Deus amat vt charitas: in ſecundis noſcit vt veritas: in tertiis ſedet vt æquitas. Media continet dominationes, principatus, & poteſtates: quorum primi regunt officia angelorum: ſequentes capitibus præſunt populorum: Vltimi poteſtatem coercent dęmonū. Item in primis Deus dominatur vt maieſtas: in ſequentibus regit vt principatus: in vltimis tuetur vt ſalus. Inferior hierarchia ſimiliter continet tres ordines. ſ. virtutes, archangelos, angelos: ad quorum priores pertinet miraculorum operatio: ad ſecundos, maiorū negotiorum denuntiatio: ad tertios, humanæ cuſtodiæ ſolicitudo. In primis Deus operatur vt virtus, in ſecundis reuelat vt lux, in tertiis, mittit vt ſpirans. Hæc dicta ſunt ſecundū beatum Gregorium, & ſecundum Bernardū. ſed ſecundum Dionyſium, virtutes ſunt me- A

dius ordo ſecundæ hierarchiæ,& principatus primus ordo tertiæ hierarchiæ Hic attendendum quod in qualibet trium hierarchiarū præmiſſarum ;notatur trinitas diuinarum perſonarum , vt patet in cœleſti hierarchia tam ſuperiori,quàm media,quàm etiam inferiori .

S C H O L I A.

A Et ille abſolutè] i.vt dicit vel maius; ante vel poſt. Hic dicitur ordo abſolutè: quem ponere in diuinis eſt hæreticum . Item dicit ſy ille abſolutè ; ad differentiam ordinis aliquo alio modo conſiderati Quaſi diceret . ſi acciperetur ordo naturæ modo, quo accipit Aug. ordo naturæ, inquit, non quo alter eſt prior altero: ſed quo alter eſt ex altero . tunc ordo naturæ poſſet poni, ſicut de facto ponitur , in diuinis . Conſule primum librum cap. 4.7.

Ex ſymbolo Athanaſij.

Ordo.

De proprietatibus angelorum. Cap. XIII.

ANGELI ſecundum Iſidorum ſunt ſpirituales facti, ante omnem creaturam
A creati, natura mutabiles conditi,ſed contem
B platione immutabiles facti, animo impaſſi-
C biles, mente rationales, fœlicitate ſecuri,futurorum præſcij,Iuſſi mundum regunt,miſſi corpora aerea aſſumunt,in cœleſtibus commorantur. Bernardus de eodem. Inueſtigemus inueſtigabilia:& primò ſpiritus eſſe potentes,glorioſos, beatos, diſtinctos in perſonis, diſpoſitos in dignitate, ab initio ſtantes

in ordine ſuo, perfectos in genere ſuo, immortalitate perpetuos, mente puros, affectu benignos religione pios, vnanimitate indiuiſos, pace ſecuros, diuinis laudibus & obſequiis deditos. Item ſecundum Bernardum in angelis eſt dignitas creationis, gratia confirmationis, amor creationis, viſio diuinitatis. Eſt etiam angelis per omnia, ſicut ſupra dictum eſt, eſſentiæ ſubtilitas, intelligentiæ perſpicacitas, liberi arbitrij facultas, agilitatis velocitas. Promptè omnes obediunt. Maiores ſine elatione præſunt, minores ſine vitio ſubſunt, qui ad exteriora exeunt, ab interiori contemplatione non recedunt. Omnem vtilitatem inferiorum ſuperiores participāt, non e contra. Qui excellunt in natura præcedunt in gratia & gloria. In eodem ordine creduntur alij eſſe alijs digniores. Duplicem habent viſionem, ſ. matutinam, & veſpertinam. Illuminationes quas a ſuperioribus recipiunt, alijs tribuunt. D

S C H O L I A.

A Ante omnem creaturam creati]. ſecundum opinionem Græcorum angeli ſunt creati ante mundum viſibilem, licet non ab æterno: ſed iuxta opinionem latinorum, quæ probabilior eſt, ſunt ſimul cum mundo viſibili producti. Nec obſtat decretalis de ſumma trin. & fide catholica dicens, angelicam ſimul & mundanam condens naturam facit, opinionem Græcorum eſſe erroneam: quoniam in alio ſenſu, & alio, loquuntur Græci & decretal. illa. 1. q. 61 art 3 Card. Cai ibi. Card. Caietan. ibi. Angelus.

B Mente rationales] i. intellectuales. Eo modo loquitur ergo B. Gregorius dicens, quod paſtores de natiuitate dñi edocuit aīal rōnale. Hom. de Epiphania.

vbi vocat Angelum animal rationale, metaphoricè propter ſimilitudinem rationis ad intellectum. ſic ergo & rationales metaphoricè dicuntur hic: quoniam propriè non rationales, ſed intellectuales ſunt [1.q.58.ar.3.]

C Futurorum præſcii] vt futura in ſuis cauſis conſiderantur; non vt ſunt in ſuo eſſe. Nã futura, vt in ſuo eſſe, cognoſcere eſt ſolius
Eſa.12. Dei, iuxta id Annuntiate, quæ ventura ſunt, & dicemus, ꝙ dii eſtis vos: ſed futura, vt in cauſis ſuis cognoſcuntur etiam a nobis. Vnde medici quanto acutius vident cauſas, tanto melius de futuro ſtatu infirmi pronoſticantur; & conſequenter multo magis ab angelo tanquam a perſpicatiori modo cognoſcente cauſas. [1.q.57.art.3.]

D Matutinam, & veſpertinam] Hæc cognitionis diuiſio ad angelos illuminatos, ſicut & multa in iſto capitulo, tantum pertinet: & introducta eſt ab Auguſtino: Matutina eſt, qua cognoſcunt res ſecundum ꝙ ſunt in verbo: Veſpertina, qua cognoſcunt res ſecundũ ꝙ ſunt in propria ipſarum natura. Quia verò boni cognoſcentes creaturam non figuntur in ea, ſed referũt hoc ipſum ad laudem Dei: ideo non ponitur in eis cognitio nocturna, ſeu poſt veſperam non ſequitur nox, ſed mane.[1.q.58.art.6.]

4. ſuper gen. ad literam.

De proprietatibus, & officiis ſingulorum ordinum Cap. XIIII.

PROPRIVM eſt ſeraphin in amore Dei ardere, & alios ad incendium diuini amoris promouere, & ad Deum ordinare, diligendi

ligendi formã tribuere. Iſti immediatè Deo A
iunguntur:& ideo purius & perfectius in ip
ſos operationes theophaniæ hæ feruntur : ad
aliud quoque extra amatum non diuertunt.
Cherubin quoque primò & principaliter re-
lucēt diuini luminis radio,pro eo ꝙ vicinius
primæ veritati iunguntur. Horum officium B
eſt promouere hominer ad diuinam cogni-
tionem : ideo præ cæteris dicuntur lucere :
quia plenitudinem luminis quam ſuſcipiūt,
alijs inferioribus communicando transfun-
dunt. Throni dicuntur eo ꝙ in eis dominus
ſedeat, & iudicia ſua per eos determinet. In
his ergo præcipuè relucet rectitudo diuini
iudicij. Hi quoque virtutem Dei quam ſupra
ſe accipiunt,ad inferiores transfundunt. Do
minationes dicuntur, eo ꝙ cæteris angelis
dominantur, ab omni extra miſſione ſunt li-
beri,& nulli inferiori ſubiiciuntur. Horum C
officium ſecundum Gregor. eſt in bello ſpiri
tuali inſtruere qualiter oporteat prælationis
officium exercere, & qualiter debeat ſubdi-
tis dominari : Horum etiam officium ſecun-
dum Dioniſ.timore ſeruili depoſito, in Deū
moueri,& inceſſanter ei famulari. Principa-
tus ſubditis angelis præſunt, & eòs ad mini-
ſterium diuinum explendum diſponunt. Ad
hoc pertinet ſecundum Dionyſ.vniuerſale re
gimen vnius regni vel gentis ducere ad Dei
ſimilitudinem. Miniſterium quoque eorum
eſt ſecundum Gregor. docere homines exhi-
bere reuerentiam vnicuique ſecundum gra-
dum ſuum. Horum etiam officium eſt pro-
mouere homines, vt non propter vtilitatem
propriam, ſed propter ſolius Dei amorem &
honorem faciant iuſtitiam. Poteſtatibus ſe-

cundum Iſid. virtutes aduerſæ ſubiectæ ſunt, ne mundo tantum noceant, quantũ cupiunt. Horum officium ſecundum Grego. eſt, illos qui in ſpirituali certamine deſudant, confortare, & ne ſpirituale regum amittant defendere Et ſecundum Dion. ad ipſos ſpectat angelos inferiores quantum poſſibile eſt diuinæ potentiæ conformare Virtnnt infatigabiles ad executionem faciendorum, & robuſti ad perceptionem munerum Horum officiũ eſt ſecundum Dion. docere prælatos vt facilè & perſeueranter quæ ad officium prælationis pertinent, exequantur, & ſpiritualia onera ſuſtineant patienter. Item per iſtos miracula fiunt, & virtutes faciendi mirabilia perfectis conceduntur Archangeli ſummi nuntij nuncupantur, & ſumma nũtiant. Horum officium eſt ſecundum Greg. de his quæ pertinent ad promotionem fidei, vt de natiuitate Chriſti, & de factis eius hoĩes expedire, & dæmones ab hoĩbus remouere, & ſm Dion. prophetias reuelare. Iſti illuminationes quas a ſuperiorib. ſuſcipiũt, inferioribus annũtiãt, & per eoſdẽ nobis. Angeli ſunt in cœleſti diſpoſitione vltimi, & hoĩbus magis ꝓpinqui. Angelus nomen eſt officij, non naturæ. Iſti minora nuntiant, & hoĩes ad diuinam cognitionem ducunt, & vt iuſtè viuant, inſtruunt. Hi ſurſum tendunt per dilectionem Dei, in ſeipſis firmantur per cuſtodiam ſui, ac ſub ſe progrediuntur ad auxilium proximi. Nos autem aſſimulari debemus ſeraphin per charitatem, cherubin per cognitionem, thronis per æquitatem, dominationibus carnem ſpiritui ſubiugando, principatibus reuerentiam maioribus noſtris exhibendo, poteſtatibus

Hac ratione dicitur Gabriel aductũ Chriſti nunciãs nũciaſſe ſũma.

Conformitas noſtra ad ſpirit' angelicos.

tenta-

tentationibus diabolicis reſiſtendo, virtutibus per compaſſionem, archangelis per inſtructionē, angelis per obſequij exhibitionē.

S C H O L I A.

A Immediatè] Hoc de ſeraphin dicitur, nō quia alij omnes beati immediatè Deo non iungantur. eſſet.n. hæreticum dicere, beatos videre Deum per medium; cum hoc eſſet dicere, beatos non videre facialiter Deum 1.q. 12.art.2] ſed ideo dicuntur ſeraphin uidere immediatè Deum; quia uiciniores omnibus angelis Deo ſunt, & quoniā eum perfectius uident In quo ſenſu dicitur ab apoſtolo, ꝙ ſtella differt a ſtella in claritate. Quorum.n. beatorum maior eſt charitas; horum eſt perfectior uiſio diuinę eſſentiæ [1.q.12 art.6. 1.Cor.15

B Vicinius] reſpectu omnium inferiorum, non reſpectu ipſorum Seraphin. Cherubin ergo habet excellentiam cognitionis diuinę plus, quàm omnes inferiores ordines: ſed nō plus, quàm Seraphin. Seraphin uero habet excellentiam charitatis, ut dictum ſub alijs verbis in litera nūc eſt, ad quam excellentiā nulus omnino neque cherubin, neque angelorum inferiorum aſſurgit Vnde nota regulam iſtam: ꝙ in omnibus commune eſt hoc; ꝙ excellentia inferioris continetur in excellētia ſuperioris, & nō è cōuerſo.[1.q.108.a.5. Regula uniuerſalis.

C Ab omni extra miſſione ſunt liberi.] Nā dominationes non mittuntur in miniſterium hoīum. Hoc denotauit magnus Dion. his uerbis, Dñationes, inquit, ſunt maiores omni ſubiectione Ergo, cū mitti in miniſterium pertineat, quodammodo ad ſubiectionem, non mittuntur dominationes. Ergo a fortiori, nec ſuperiores dñationib⁹ mittunt. Lib. de cœle.hierarch.

De inferioribus autem dic, ꝙ omnes mittun tur. Ergo omnium angelorum ordines quin que in miniſterium mittuntur, quatuor aũt non: licet omnes nouem aſſiſtant, inquantũ aſſiſtentia dicit claram viſionem Dei. [1. q. 112 art. 4.]

De cognitione, & motu angelorum. Cap. XV.

ANGELI cognitionem habent matutinam, hoc eſt cognitionem rerum in verbo. Item veſpertinam i. cognitionem rerum in ſe Item meridianam. i apertam Dei viſionem. Eſt & alia cognitio angelica, videlicet, prout maiores iudicant minoribus ea quæ per diuinas theophanias perceperunt. Theophania verò eſt oſtenſio alicuius cognoſcibilis de Deo per illuminationem de Deo venientem & hoc poteſt vel in ſymbolis, vel facie ad faciem. Nota ꝙ angelus in cognitione rerum in propria natura cognoſcit plura
A ſimul habitu, & non actu Circa incarnationem & paſſionem Chriſti ſciuerunt angeli ſubſtantiam facti, ſed non omnes circunſtantias, vt quare, vel quomodo. Preterea quæcunque angeli cognoſcunt, cognoſcunt tam remotè ſicut propinquè: quia cognitio eorum non per ſenſum, ſed per intellectum eſt. Status autem angeli triplex eſt. ſ. innocentiæ, gratiæ, & gloriæ. Diſtinguitur motus angelorum in tripliciter ſecundum Dion. ſ. circularis, rectus, & obliquus. Circularis eſt ab eodem in idem, & circa idem centrum immobile; hunc motum habent angeli, qui immediatè

recipiunt

recipiunt illuminationes a Deo, & per illas reuertuntur ad Deum. Iſtud autem conuenit ſuperiori hierarchiæ tantum. Item motu recto mouentur, quando procedunt ad prouidentiam ſubiectorum rectè omnia tranſeuntes, & non reuertũtur ab eodem in idẽ, ſed de vno ad aliud. Item eſt in angelis motus obliquus, quando.ſ.cognitionem inferiorum quibus prouident, reflectunt in Deum principium, & finem boni & pulchri. Nota differẽtiam inter aſſiſtere & miniſtrare: quia aſſiſtere eſt faciem Dei contemplari: ſic aſſiſtunt omnes boni angeli. Item aſſiſtere eſt immediatè recipere illuminationes a Deo: ſic tantùm aſſiſtunt tres primi ordines. Item aſſiſtere eſt appropinquare Deo, & extraneũ eſſe ab exterius miſſione: ſic aſſiſtũt quatuor primi ordines. Miniſtrare vero eſt nuntiare pro temporis opportunitate, vel operari ſecundum officium. Eſt.n.miniſterium nuncii & officii. Erratum eſt circa motum angelorum tribus modis. Dicebant.n.quidam philoſophi ꝙ angeli nunquam mouentur, ſed mouent ſphæras, & per eas voluntates hominũ. Item dixerunt alii, ꝙ angelus ſit in pluribus locis, & etiam vbicunque, ſi voluerit. Item dixerunt alii, ꝙ angelus ſic venit de fine ſpatii, ꝙ non tranſit media, ſed tranſilit. Illud quoque prætermittendum non eſt, ꝙ vnuſquiſque ordo ab eo denominatur, quod reſpectu inferiorum ordinum excellentius accipit in munere. B

SCHOLIA.

A Circa incarnationẽ Chriſti ſciuerunt &c. vel quomodo.]Hæc angeli, a principio creationis ſuæ ſciuerunt; non ſcientia videlicet

naturali,

nerali, ſeu[ut iacet litera] quoad ſubſtātiam facti, pura ꝙ Chriſtus uenturus erat moriturus &c. ſciuerunt angeli omnes: non autem in ſpeciali. Nam, quantum ad ſpeciales conditiones hoc dicit ly , quare, uel quomodo [non omnes angeli a principio ſunt edocti de omnibus circa myſteria gratiæ: immo quidam etiam ſuperiores angeli poſtea didicerunt ſecundum Dionyſ. allegantem Iſaiæ 63. ubi quærentibus angelis, Quis eſt iſte, qui uenit de edom &c. reſpondetur a Chriſto, Ego qui loquor iuſtitiam &c.] Eſt tamē hoc ſine dubio uerum: ꝙ quicquid cognouerant antiqui prophetæ de myſterijs gratiæ Saluatoris noſtri per reuelationē diuinā, eſt multo excellentius angelis reuelatū. [1. q. 58. art. 5.

Scientia.

7. cap. cœleſt. hier.

B Miniſterium nuncij, & officij.] Miniſterium officij eſt miſſio, quę importat motum localem: miniſteriū nūcij eſt miſſio, quæ importat directionem noui effectus in creatura. Miniſterio igitur officij, mittuntur tantū quandoque ordines inferiores, ut ſupra dictum eſt huius 14. miniſterio nuncij etiam ſuperiores quatuor mittuntur. Nam virtus ſuperiorum immittitur in inferiores mittenda alijs. Vnde poſtea inferiores, tanquam grati, vtuntur nominibus illorum ſuperiorum, quorum virtute, auctoritateq; agunt: & eis attribuunt operationes illas a ſe factas. Exēplum. Quia vnus inferiorum exequebatur officium ſuum in virtute Seraphin, qui talē officium ei reuelando nunciauerat ſic exequendum, ideo vocatus eſt Seraphim: Volauit ad me vnus de Seraphin; qui tamen natura Seraphin non erat. [S. Tho. ſ. c. 1. ad Hebr.

Iſa, 6

C Non tranſit per media] ēt volens trāſire

per

per illa. Nã hic eſt error. In poteſtate.n.angeli eſt trãſire per media, & non tranſire. Vñ, ſi vult, tranſit per media: ſi non vult, non tranſit, ſed tranſilit. [1. q. 53. ar. 2. & quol. 1. art. 5.

De prælatione angelorũ. Cap. XVI.

PRAESVNT quidam angeli regionibus, vt dr̃ Dan. 7. Princeps Græcorum & princeps Perſarum, &c. Quidam uerò præſunt eccleſijs. Apoc. 2. angelo Epheſi eccleſiæ ſcribe. Item alij præſunt perſonis. Actu. 12. Angelus Petri credebatur ad oſtium ſtare. Quidam ẽt maligni dñr uitijs præeſſe, unde uocatur aliquis ſpiritus luxuriæ, & hmõi. Quæ aũt prę-latlones permaneant, uel quæ ceſſent poſt hanc uitam, ſciendum eſt quod hierarchiæ ſemper ſtabunt quantũ ad dñiam beatitudinis, & quantũ ad gradum dignitatis, & nobilitatẽ doni gratuiti ac naturę: ceſſabũt aũt prælationes angelicæ ſuper hões & angelos quo ad actũ regiminis uel gubernationem mundi, & electorũ ſecundum uiã ad patriã. Prçlatio aũt eſt in dęmonibus quo ad officiũ inſultandi & irridendi, ſecundũ ꝙ unus pro uocat alterum in malitia: & hoc nõ deſtrue tur. Pſal. Superbia eorũ qui te oderunt, aſcẽdit ſemper, nec deſtruetur quantum ad mali tiam & naturã. Ceſſabit aũt eorum prælatio quo ad officium tentãdi eos qui ſunt in uia. In hominibus ẽt prælationes euacuabũtur: quia non erunt decani, centuriones, chiliarchæ, & huiuſmodi. In creaturis ſimiliter ceſſabit prçlatio, quia ſuperiora non mouebũt tunc inferiora, ſicut modò.

A

Pſal. 73.

B

SCHO-

SCHOLIA.

A Secundum viam ad patriam] Hoc appoſuit: quia non ſecundum omnem conſiderationem ceſſabunt. Angelicorum.n officioꝝ executio ceſſabit quidem ſecundum ꝙ ordinatur ad perducendum aliquos ad finem, vt auctor dicit, remanebit autem, ſecundum ꝙ conuenit in vltima finis conſecutione, quẽadmodum alia ſunt officia ordinum militarium in pugna, & in triumpho. [1 q 108. ar. 7.

B In hominibus etiam prælationis euacuabuntur, quia non &c.] Non quia illi, qui fuerint boni prælati non habeant duplicem honorem in patria, auream. ſ. & aureolam, ratione doctrinæ in ſuo populo per eos diffuſæ. vnde huic ſenſui quaſi alludens apoſtolus

1. Tim. 5. dixit: qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. [Vide Scholion pręcedens, in fine, a ſimili arguendo. Addit. q. 96 art 7.]

De confirmatione angelorum: Cap. XVII.

CONFIRMATIONEM habet angelus ex tribus. ſ. ex natura, gratia, & gloria. Ex natura quidem, quia natura ſpiritualis ſemel tantum vertibilis eſt, vel in bonum vel in malum: niſi ex vnione vnius cum altero, ſicut patet in anima, quæ dum eſt in corpore, poteſt mutari ſæpius de bono in malum, & contra: ſoluta verò non. Huius autem ratio eſt, quia natura ſpiritualis propter ſuā

ſimplici-

ſimplicitatem ſe totam conuertit ad id quod eligit, quod non facit natura vnita, quia habet corpus retrahens. Ex gratia ſimiliter habet confirmationem, quia ſi aliquid connectitur ſtabili æterno vinculo perpetuo, illa connexio ſemper manet Sic angeli colligati ſunt ſtabili æterno.ſ. Deo, & hoc vinculo indiſſolubili ſ. charitatis. Apoſt. Charitas nunquam excidit, &c. Ex gloria quoque habent eam, quia cum Deum habeant per gloriam, qui eſt forma completiua angelici deſiderii, non vagãtur extra ipſum, vt quærant aliquid illo melius vel deſiderabilius atque iucundius. Nihil n. in creaturis inueniũt quod poſſit eos a fonte diuinæ dulcedinis auertere. Tenendum itaque, ꝙ angeli boni ex libertate arbitrii ad Deum conuerſi, ſtatim fuerunt per gratiam & gloriam in voluntate confirmati, fideles ac fœlices effecti, atque in ratione illuminati, vt non ſolum cognoſcerent res in proprio genere, ſed etiam in arte: hoc eſt, in verbo: filius. n. dicitur ars patris per quam operatur. Acceperunt inſuper perfectionem in virtute operatiua, ſiue exequantur illam aſſumpto corpore, ſiue alias, atque perfectionem in virtute contemplatiua, qua quocunque mittantur, intra Deum curruut.

A (margin)

1. Cor. 13 (margin)

B (margin)

S C H O L I A.

A Vinculo perpetuo] ſemper actu exercito. ſic poſtmodum bene ſequitur apoſtoli probatio. I. Charitas nunquam excidit. i. charitas, ſi actu exerceatur ſemper, nunquam excidit, quia videlicet non habet in ſeipſa, vnde excidat. Quod autem charitas habita quando amittatur: hoc eſt, quia ſubiectum non vtitur actualiter charitate a ſe habita in tali operatione, 1 Cor. 15 (margin) 15 (margin)

ratione; ſed aliquo contrario charitati [22. q.24 ar.11. Conc.trid.ſeſſ.6. cap.15.can.27.

B Statim] .i.poſt primam operationẽ, qua cõuerſi ſunt. Bonum.n.perfectum, ut inquit Philoſ.habetur aut ſine motu, aut unico motu, aut pluribus motibus. Hoc philoſophi proloquium, ceu ancillam uocando ad ſacræ theologiæ arcem dicit auctor: ꝙ angelus ſtatim.i. unico operationis motu, cõſecutus de facto eſt claram Dei uiſionem, quod eſt omnis boni perfecti bonum perfectum. Ad differentiam ergo & Dei, & hominis dixit ꝟ ſtatim: Dei, quia naturaliter ſine motu præuio habet illam Deus; hominis, quia plurib. motibus, etiam ꝙ uno ſolo charitate formato mereatur ipſam, acquirit effectualiter illam homo [12 q.5.art.7.

2. de cœlo.

De cuſtodia angelorum. Ca. XVIII.

ANGELI nobis ad cuſtodiam deputati, tenent nos ſtantes ne cadamus, & cadentes nos adiuuant ut ſurgamus: nec unquam nos deſerunt etiã peccantes, quin ſemper ſint parati auxiliari ſi uelimus. Hoc tamen fallit

A in obſtinatis, a quorum cuſtodia deſiſtit angelus actualiter: paratus eſt tñ cuſtodire, ſi redire uoluerint, quia nunquam deſeritur

B homo ex toto ab angelis. Nota quod Chriſtus habuit angelum ſibi deputatum, ſic & habebit unum Antichriſtus, quem propter nimiam obſtinationem ſuam non ſit habiturus promotionem ſuam, habebit tamen ad accuſationem. Effectus autem angelicæ cuſtodiæ multiplex eſt. Primus eſt impedimenta

menta boni, & occaſiones peccandi remoue re. Exodi, Mittam angelum præcurſorem, qui eijciat leonſeum. Secundus eſt tentatio ne mitigare Daniel tertio, Angelus domini deſcendit in fornacem, &c. Tertius eſt contra hoſtes viſibiles adiuuare. quarto Regū. Heliſæus vidit caſtra angelorum. Quartus eſt orationes noſtras & eleemoſynas Deo præſentare, & pro nobis orare. Tobiæ 12. Quando orabas cum lachrymis, &c. Quintus eſt viam oſtendere, Tobiæ 5 Ego ſanum ducam & reducam, &c. Sextus eſt in agendis docere. Zacha.2. de angelo qui inſtruxit eū de fabris. Septimus eſt ſeipſum & alia ſecreta reuelare. Thob. 12. Ego ſum Raphael angelus Octauus eſt a peccatis excitare. Act. Surge velociter. Nonus eſt ad feruorem excitare. 3. Regum 16. Surge, comede, grandis enim tibi reſtat via. Decimus eſt conſolari. Thob. quinto. Forti animo eſto, in proximo eſt vt a Deo cureris. Vndecimus eſt de peccatis increpare, Iudith. Dixit angelus populo Iſrael: Cur contra Deum feciſtis? Duodecimus eſt contrarias poteſtates arcere, ne tantum nocere valeant, quantum vellent. Thobiæ 8. qualiter angelus Aſmodeum ligauit. Angeli ſeruiunt nobis propter tria, ſcilicet propter ruinæ ſuæ reparationem, quia homines ſaluandi intrabunt in locum cadentium angelorum. Item propter meriti accidentalis cumulationem, quod augetur in eis vſque ad diem iudicij. Item propter amoris erga nos demonſtrationem. Dionyſius attribuit angelo tres actus, ſcilicet purgare, illuminare, & perficere. Purgant itaque angeli remouendo phantaſmata, quæ impediunt

diunt illuminationem quam angelus intendit facere in nobis. Vnde tria remouent ab
C anima. ſ. ignorantiam & nubila phantaſiarum, ac falſas opiniones philoſophicarum rationum reuelationi contrariarum. Illuminãt verò animam tripliciter. ſ. ad ſenſum, vt patet quando aliquid manifeſtatur, in aſſumptd corpore: & hanc poteſtatem habet etiam diabolus. Item ad intellectum: & talis illuminatio ſolum perfecta eſt. Notandum autem ꝙ angelus non illuminat intellectum efficiendo nouam cognitionem in anima, quia non poteſt in intellectu nouam ſpeciem creare, nec habitũ noui luminis creare, ſed nec eius intentionem quò vult conuertere, quia hoc eſt contra naturam liberi arbitrii. Hęc.n. tria requiruntur vt intellectus noſter intelligat aliquid. ſ. ſpecies qua cognoſcatur, & lumen iu quo cognoſcatur, & intentio qua conuertatur intellectus ſuper ſpeciem. Illuminat autem angelus intellectum noſtrum excitando & diſponendo, & lumen diuinũ iu nos transferendo. Facit.n. vt dictum eſt, in phantaſia tranſmutationem ſpecierum componendo & diuidendo, ſecundum exigentiam rei, quã vult reuelare. Item irradiat lumẽ intellectus ſui ſuper illas ſpecies, vt moueant intellectũ noſtrum, & ſic plura & ſubtiliora videre poſſunt in lumine duplicato. Item excitat intentionem animæ aliquo motu, vt ipſa conuertat ſe ſuper illa phantaſmata, abſtrahendo ſe ab aliis: promouet autem ad melius. Sed vtrũ angelus accendere poſſit affectum humanũ, tripliciter poteſt intelligi. ſ. vel efficiẽdo, vel excitando & adiuuando, vel mouendo. Primo modo ſolus Deus poteſt inflammare affe:

ctum..

Xu in. Secundo modo ipſum deſideratum inflammat. Tertio modo poteſt angelus affectũ noſtrum incendere. De his habemus exemplum in naturis: quia primo modo ignis accendit ligna. Secundo modo ligna incendũt ignem. Et tertio qui ligna igni apponit, ignẽ accendit. Differentia autem eſt inter immittere cogitationem, & incendere, & mentem illuminare, quia cogitationẽ immittere, eſt, vt dicit Beda, intus creare & facere cogitationem: ſed incendere eſt cogitationem iam factam inflammare: illuminare verò eſt dare reuelationem de aliquo occulto intelligibili.

SCHOLIA.

A In obſtinatis, a quorum cuſtodia] videlicet quantum ad hoc, ꝙ bonis operibus mereantur vitam æternam. Quantum.n.ad retrahendum eos a malo, ne tantum nocere poſſint, quantum volunt, actualiter eos cuſtodiunt. Hic per obſtinatos intellige præſcitos, infideles, antichriſtum. [1.q 113.art.4.

B. Chriſtus habuit Angelum]Chriſtus.ſ.ſecundum ꝙ homo, & inquantum viator, ratione paſſibilitatis corporis. ſic habuit angelum cuſtodem, non tanquam ſuperiorem, ſed tanquam miniſtrum inferiorem. Et nõ tantum vnum (ergo ſingulari pro plurali vtitur litera) ſed & plures. Hinc dicitur ab euangeliſta: ꝙ acceſſerunt angeli, & miniſtrabant &c. vbi ſupra: Matt. 4.

C. Falſas opiniones philoſophicarum rationum.] E contrariò igitur angelus malus iſta mala, quæ bonus remouet, ipſe pro poſſe ſuo admonet. Hinc a ſanctis doctoribus dicitur

magiſter hæreticorum: & ſicut diabolus, ſecundum Auguſt hom. 10. ſuper Iohannem, ſuos martyres habet; ita & ſuos diſcipulos, poſtea ſuos prædicatores, confeſſores, doctores ac futuros habet.

De locutione angelorum. Cap. XIX.

VERBVM triplex eſt. ſ. mentis, oris, & operis. Verbo mentis loquitur Deus angelo, & econuerſo Item Deus animæ, & ecõuerſo: item Deus diabolo, & econuerſo: cuius tamen intentio Deum latere non poteſt. Verbo autem oris loquitur homo homini in corpore vnito animæ, angelus vero homini corpore aſſumpto. Sed verbo operis loquitur Deus diabolo, & angelus diabolo De lo-
A cutione itaque angelorum, nota ꝙ angelus loquitur Deo, cum ex viſis in motum admi-
B rationis exurgit, vel cum affectus ſuos ei præſentat, quos tamen eum latere minime dubitat. Angelus verò loquitur angelo verbo mentis ſuæ, ſpecies oſtendendo mediante illuminatione quadam ſpirituali irradiante ab ipſo. Item angelus facit aliquid coram angelo, quo facto intelligit quod non intelligebat ante. Et ſic loquuntur omnes omnibus, id eſt ſuperiores inferioribus, & econuerſo. Item loquitur angelus angelo per communicationem diuini luminis ipſum inſtruẽdo. ſic non loquuntur omnes omnibus, nec omnia, ſed tantum ſuperiores inferioribus de his, quæ per diuinas theophanias percepe-
runt.

runt'. Loquitur autem angelus homini dupliciter. Primo modo verbo vocali in aſſumpto corpore, ſed tunc ſicut non profert ſonũ in organis materialibus ſecundum naturã, ita nec circulariter immutat medium quẽadmodum in voce naturali? vnde non auditur niſi ab illo ad quem ordinatur, & eſt ſimile in apparitionibus angelorum quos quidam vident, & alij æquè propinqui non vident: vt apparet in Helisæo & puero eius. Dicunt tamen aliqui, quòd angelus nunquam apparuit vel apparet, aut loquitur homini in ſubiecta creatura, ſed intentionem ſiue ſimilitudinem ponit in oculo eius, vel intentionem vocis ponit in aure eius: & ibi recipit ſenſus communis ſpecies illas, ac deinde perueniunt ad imaginationem, poſt hoc ad intellectum, & hoc eſt quod angelus dicitur apparere aut loqui homini. Secundo modo loquitur angelus homini per impreſſionem rerum ſenſibilium moto inſtrumento imaginationis: & ſic loquitur vigilantibus & dormientibus. Item loquitur angelus diabolo, ſpecies ſui intellectus ei ſine aliqua illuminatione oſtendendo. Item loquitur diabolus homini dupliciter. Primo modo ſenſum immutando, & hoc vel imaginationem alicuius rei imprimendo inſtrumento viſus, vel obijciendo viſui ſimilitudinem alicuius rei. Secundo modo loquitur diabolus homini per impreſſionem rerum ſenſibilium in inſtrumento imaginationis, & hoc facit quandoque vigilantibus, quandoque dormientibus: & ſic immittit cogitationem mali. Cogitationem D verò malam non põt immittere, quæ tantũ

4. Reg. 6.

per conſenſum mala ſit Eſt & locutio anima rum; quia anima loquitur Deo per deſideriū: cuius affectiones nudæ ſunt & apertæ oculis Dei. Anima ſimiliter angelo loquitur, & hoc per voces corporis quas bene percipit angelus, ſicut & alia ſenſibilia: vnde anima exiſtens in corpore aiia ſpeciali poteſtate loquē di ad angelos non indiget, ſed hanc habebit exuta a corpore. Item anima loquitur diabolo, quia ſimilitudines affectionum imprimuntur ſenſibus, vbi diabolus legat eas.

S C H O L I A.

A Cum ex viſis in motū admirationis &c.] Iſta eſt locutio continua angelorum beatorum cum Deo. Nam ideo ſic loqui cum Deo dicuntur: quia laudant eum, & admirantur.

11. Mor. Hinc B Gregorius: Angeli loquūtur Deo per hoc; ꝙ, quia Deum ſuper ſemetipſos reſpiciunt, in motum admirationis ſurgunt [1.q. 107. art. 3]

B Cum affectus ſuos ei repræſentant.] Iſta repreſentatio ordinatur finaliter ad hoc, vt loquenti aliquid manifeſtetur: ſicut cum diſcipulus aliquid a magiſtro inquirit. ſic ergo quando nouum quippiam per angelos occurrit agendum, ſuper quo deſiderāt plenius illuminari, tunc Dei ſapientiam ſuper hoc agendo conſulunt: Et hoc eſt angelum loqui cum Deo, locutione interpollata. [1.q. 107. artic. 3.

C Spirituali irradiatione] i. voluntate ordinante, ꝙ talis conceptio manifeſtetur alteri. Ex hoc habes, ꝙ locutionem vnius angeli ad alterum non omnes cognoſcunt, ſed tantum illi, quibus talem ſuum conceptum voluerit angelus manifeſtare. Ergo vnius vni po

teſt

eſt loqui, puta primus vltimo, ſecretè: ita ꝙ a nullo alio ordinum mediorum intelligatur. [1.q.107 art.5.

D Cogitationem verò malam non poteſt immittere].i. cogitationem interius non poteſt creare. & in hoc ſenſu dixit etiam Beda, ꝙ diabolus non eſt immiſſor malarum cogitationum. Poteſt tamen incitare ad cogitata appetendum, per modum perſuadentis, vel paſſionem concitantis: quoniam pôteſt virtute naturæ ſuæ immutare & imaginationē & ſenſum hominis, licet non voluntatem. Et in hoc ſenſu dixit Damaſcenus, ꝙ diabolus eſt immiſſor malitiarum, & immundarum cogitationum. [1.q.111.art.2. Lib.2.

De ſpecialibus nominibus angelorum. Cap. XX.

DE Michael, Gabriel, Raphael nominibus, ſciendum eſt, ꝙ hæc ſunt propria nomina archangelorum, licet eorum interpretationes & aliis ſunt communes: ſed eorum appropriata ſunt, quia eis horum nominum interpretationes conueniunt excellentius. Michael interpretatur, quis vt Deus. Hic eſt de ordine principatuum, & attribuuntur ei quatuor. ſ. eſſe præpoſitum paradiſi.i. eccleſiæ, ſicut olim fuit princeps ſinagogæ. Itē deferre animas in paradiſum, ſed hoc intelligas ꝙ glorioſius deferat quàm alii. Item pugnare cum dracone. i. diabolo, ſicut legitur in Apoc. Item venire in adiutorium populo Dei. Gabriel interpretatur fortitudo Dei. Hic eſt de ordine archangelorum, & meritò, quia A

magna nunciauit. Raphael interpretatur medicina Dei, & eſt de ordine angelorum qui vnam perſonam cuſtodiunt.

S C H O L I A.

A De ordine angelorum] Auctori non obſtat, quod B. Gregor dicit: Summum angelū venire dignum fuerat, qui ſummum omniū nunciabat: quoniam non ob hoc habetur, ꝙ Gabriel fuerit ſupremus inter omnes ordines, ſed reſpectu angelorum. Et hoc eſt, ipſum fuiſſe de ordine archangelorum, vt hic dicitur. [Vide 3. q 30. art. 2.

De caſu angeli. *Cap. XXI.*

OMNES angelos fecit Deus bonos, non tamen ſummos, ſed medios inter ſummum bonum, & bonum commutabile, quod eſt creatura, ita ꝙ ſi conuerterentur ad amandum Deum qui ſupra ſe erat, aſcenderent ad ſtatum gratiæ & gloriæ. Si verò conuerterentur ad bonum commutabile, quod fuit intra ſe, hoc ipſo irruerent in malum culpæ & pœnæ, quia non eſt dedecus peccati ſine decore iuſtitiæ.

S C H O L I A.

A Ad amandum Deum] amore charitatis. Nam amore naturali Deum, pluſquam ſeipſum, iam diligebat. At hic amor non ſufficiebat ad ſalutem ſupernaturalem conſequendam: ſed neceſſariò exigebatur ad hāc amor gratuitus, tum quia finis, & quæ ſunt ad finem, debent proportionari, & conſequenter pro fine ſupernaturali conſequendo exigitur amor ſupernaturalis; tum quia cum angelus

eſſet

eſſet creatus in gratia, ſecundum Aug tenebatur vti gratia. Alioquin abuſus fuiſſet talento ſibi collato: & conſequenter peccaſſet: & dignus cū nequā ſeruo fuiſſet ex hoc, ligatis manibus & pedib⁹ mitti in gehēnā (vt patuit ēt ī angelis luminis rebellib.)[1.q.60.a.5. 12 de ciuit. Dei. Matt.25. Luc. 19.

De ſpūali caſu dæmonis Ca XXII.

CASVS diaboli duplex fuit.ſ.ſpiritualis, & localis. Spiritualis, quia cecidit de naturæ puritate flexibilitate liberi arbitrij ad cōmutabile bonum, de luce in tenebras, de ſcientia in ignorantiā, de innocentia in culpam, de fęlicitate in pœnā, de dilectione in odium. Poſt caſum.n. factus eſt impęnitens, & obſtinatus in malo, & excæcatus a vero, & deordinatus in bono, & infirmatus in virtute, & excluſus a Dei contemplatione. Præterea voluntas eius impia cōuerſa eſt ad hoīs odiū & inuidiā: vñ toto conamine nitit̄ ad eius ſubuerſionē per tentationē multiplicē. A

S C H O L I A.

A A ſcientia in ignorantiā] i. a ſciētia per gratiam habita. Tres.n.cognitiones veritatis erant in angelo, anteq̄ apoſtataret a Deo.ſ. ꝑ natura, ſpeculatiua per gratiā, affectiua per gratiā. Prima in dæmonibus per caſum iſtū nec eſt ablata, nec diminuta in quo ſenſu dicit Diony. ꝙ dona naturalia in eis remanent integra & ſplēdidiſſima. Secūda.ſ. per gratiā in ſpeculatione tm̄ cōſiſtens, non eſt eis totaliter ablata, ſed diminuta: qm̄ de hmōi ſecretis diuinis tm̄ reuelatur eis, quantū oportet, vel mediātib⁹ bonis angelis, vel ꝑ aliqua tpalia diuinę virtutis effecta, ſm Auguſt. nō autē ſicut ſanctis angelis, q̄bus plura & clari⁹ reuelantur, cap 4 de diu.no. 9.de ciu. Dei.

uelantur, in ipſo verbo. Tertia.ſ.affectiua per gratiam diuinum producens amorem, eis eſt totaliter ablata. A ſcientia ergo naturali non ceciderunt; a gratuita ſpe. ulatiua ſemiceciderunt; a gratuita amoroſa omnino ceciderunt. ſic dicitur, & hic infra, excęcatus a vero & oĩa huiuſmodi ſic accipito. [1.q.64.art. 1.

De locali caſu diaboli. Cap. XXIII.

CASVS etiam diaboli localis fuit, quia vel in infernum, vel in caliginoſum aerē, qui eſt in medio interſtitio aeris corruit. Dęmones. n. non ſunt in ſuperiori parte aeris, ne lumine gaudeant: nec ſunt in parte inferiori, ne nimis contra nos ſæuiant. Vnde notandum eſt, ꝙ in dæmonibus eſt tria conſiderare ſ natutam, officium, & peccatum. Et naturæ quidem conuenit locus ſummus.ſ. cœlum, in quo tanquã in loco congruo ſunt creati, & poſtmodum in natura, ſi ſtetiſſent, perficiendi. Officio verò quod habent exercendi homines, conuenit locus medius.i.aer caliginoſus, vbi & ſatis propinqui ſunt nobis ad tentandum, & tamen non habent lumen ad gaudendum. Sed peccato conuenit locus infimus ſ infernus. Vnde & dæmones poſt finem mundi, quando ceſſabit eorum
A officium, detrudentur ſimul in infernum. Dicunt quidem, ꝙ angelus cecidit ſecunda die. Sed communior eſt opinio, ꝙ prima die ſubitò poſt creationem ſuam ceciderit. Dicitur communiter, ꝙ decimus chorus angelorum cecidit: ſed hoc non dicitur, ꝙ decem ordines angelorem fuerint, ſed quod tot de

ſingulis ordinibus ceciderunt, quot poterāt facere chorum vnum. Vnde nouem ſunt ordines angelorum: quilibet ordo habet ſuas legiones. Legio autē angelorum habet 6666. vnitates. Tot autem in ſingulis ordinibus ſunt legiones, quot in legione ſunt vnitates. Numerꝰ angelorū nobis īn finitur.

SCHOLIA.

A Detruduntur ſimul in infernum.] Bene dicit ſimul i. omnes, quoniam etiam nunc ſunt aliqui eorum in inferno ad torquendū, quos ad malum induxerunt Item detruden tur. ſ. localiter. Nam etiam ꝙ omnes localiter nūc non ſint in inferno, vt præmiſſum eſt: omnes tamen pœnaliter, etiā nunc, ſunt in infer no. Ad cuius ſenſum intellige dictum a gloſa quadam, ꝙ dæmones portant ſecum ignem gehenæ, quocunque vadant. [1.q 64. art.4. Super 3. Iacobi.

De reſtauratione ruinæ angelorum. Cap. XXIIII.

ANGELORVM ruina reſtaurabitur per ſaluandos. Dicit autem Auguſtinus, ꝙ tot ſaluabuntur homines, quot angeli ceciderunt. Gregor. verò dicit, quod tot homines ſaluabuntur, quot angeli perſtiterunt. Dixeruut etiam quidam, quod duo parietes erunt in cęlo. ſ. vnus hominum, & alius angelorum: & quod ruina angelica reſtaurabitur per virgines: & de alio pariete tot erunt ſaluandi, quot in alio pariete ſunt virgines & angeli. Verè dicitur Iob, Nūquid eſt numerus militū eius. A

SCHOLIA.

A Duo parietes, &c.] Nec opinionem iſtam, nec omnes quas affert hic vel alibi approbat auctor:

12 de ci- auctor: quamuis, breuitati ſtudens, rationes
uit. Dei. hanc, vel alias, non explicitè reijciat. Hæc.n.
opinio eſt contra B. Auguſ. dicentem, ꝙ non
erunt duæ ſocietates hominum, & angelo-
Non uni rum, ſed una a quo Auguſtino non eſt pro-
uerſali. babile, auctorē uelle diſſentire [1.q.108.a.8.

Cur peccatum diaboli ſit irremiſſibile. Cap. XXV.

A QVARE peccatum diaboli ſit irremiſſibile, aſſignantur plurimæ rationes. Prima quia ſecundum Augu. nullo ſuggerente peccauit. & ideo nullo reparante redibit. Secunda eſt ſecundum Damaſ. quia contra deiformem intellectum peccauit. Quantò autē nobilior eſt cognitio, tanto peior eſt error. Seruus n ſciens uoluntatem domini &c. Tertia ſecundū eūdem Damaſ eſt, quia angelus non eſt ſuſceptibilis pènitentiæ, unde nec ueniæ. Quarta eſt, quia in diabolo extincta eſt ſynderеſis quantum ad boni promotionem. Quinta eſt, quia natura ſpiritualis ſemel tñ uertibilis, eò quod tota ſe conuertat, ꝙ non facit homo, quia caro ſemper repugnat ſpiritui. Status aūt angeli mali triplex eſt, ut pate
B re potuit ex prædictis. Primus ſ innocentiæ. Secundus culpæ. Tertius pœnæ & miſeriæ.

S C H O L I A.

A Plurimæ rationes] quàm ſi non concludit neceſſariò ſingillatim unaquæque: tamē omnes ſimul ſaltem concludunt. Et hoc no-
Regula ta pro uniuerſali regula: ubicunque plures
uniuerſa rationes ad unum demonſtrandū adducunt.
lis. B Angeli mali &c] Ergo angeli boni primus

mus[a ſimili]ſtatus eſt innocentiæ. ſecundus [ab oppoſitis] eſt meriti : tertius [ab oppoſitis] eſt gloriæ.

De proprietatibus dæmonum. Cap. XXVI.

DAEMONES ſunt ſpiritus, impuri, humani generis inimici, mente rationales, in nequitia ſubtiles, cupidi nocendi, per ſuperbiam tumidi, ſemper in fraude noui, immutent ſenſus, inquinant affectus, vigilantes turbant, dormientes per ſomnia inquietant, morbos inferunt, tempeſtates concitant, in lucis angelos ſe transformant, ſemper infernum ſuum ſecum portant, in idolis ſibi cultum diuinũ uſurpant, ſuper bonos dominari appetunt, magicæ artes per eos fiunt, bonis ad exercitium dantur, ſemper fini hominis inſidiantur. Triplici acumine uigent dæmones Primò ſubtilitate naturæ, & hoc per cognitionem ueſpertinam. Secundo experientia temporum. Tertio reuelatione ſuperiorum ſpirituum. Primo modo intelligunt naturalia præſentia. Secundo modo naturalia futura. Tertio modo cognoſcunt etiam uoluntaria. Multipliciter uerò diabolus nominatur, per quod & proprietates ſuæ cognoſcuntur Vocatur enim diabolus, quod interpretatur defluens, quia deſluit, ideſt corruit ſpiritualiter, & localiter ſicut dictum eſt. Græcè interpretatur diabolus clauſus ergaſtulo, & hoc ſibi conuenit, quia non permittitur tantum nocere quantum

A

B

C

tum v llet. Præterea ſecundum etymologiã diabolus dicitur a dia quod eſt duo, & bolus, q̃ eſt morſellus, quia duo occidit.ſ.corpur & animam. Item vocatur dæmon. i.ſanguineus,& hoc propter peccatum: vel ſciens, quia viget triplici ſcientia, ſicut dictum eſt. Item. Belial, quod interpretatqr abſq; iugo, vel abſque domino: quia pro poſſe contra eũ pugnat, cui deberet eſſe ſubiectus. Item Beelzebub, quod interpretatur vir muſcarum i. animam peccatricem, quæ reliquerunt verũ ſponſum Chriſtum. Item Satanas.i. aduerſarius, vñ Pet. Aduerſarius veſter diabolus, &c. Item Behemoth.i.beſtia, quia facit homines beſtiales. Item Leuiatham. i. additamentum eorum qui peccata peccatis cumulant.

S C H O L I A.

A Semper fini hominis inſidiantur] Vt.ſ homo moriatur in peccato mortali. Iuxta id; ipſi calcaneum meum .i. mortis meæ punctum & horam, obſeruabunt. Tu ergo fini tuo communiendo, quantum potueris, ſemper ſine vlla intermiſſione interaas Hoc tibi documẽtum dat ſaluator Chriſtus, dum orationem ſuam dominicam fine iſto concludit, libera nos a malo, i. ne moriamur in peccato mortali, quod eſt antbonomaſticè malum. Et ſancta mater Eccleſia, dum ſenſu tali ſalutationem claudit angelicam pro te dicens, & in hora mortis noſtræ. Pſal. 55.

B. Per cognitionem veſperrinam] quam ſequitur nocturna: inquantum non referunt cognitionem veſpertinam ad laudem Dei. (Hæc eſt matutina) ſed ſiſtunt in creatura (Hec eſt nocturna] Contrarium eſt de angelis bonis [ſupra huius cap. 13.

Naturalia

C Naturalia futura] Quomodo cognoſcatur futura ab his; vide ſupra huius cap. 13. ſicut & quomodo rationales dicãtur. Et nota: multa eſſe dicta in præmiſſis capitulis de angelis, quæ etiam malis conueniunt, aliis tantũ bonis conuenientibus. cæterùm hęc per te facilè diſcernes.

De malitia diaboli contra nos. Cap. XXVII.

DIABOLVS nocet homini multipliciter: quia per violentiam, & hoc quandoque exterius corpus lædendo; ſicut fecit Iob: quandoque intra membra lædendo, ſicut in obſeſſis: & propter hoc datur paruulis angelus bonus, ne diabolus in his lædat eos, vel exedat. Item nocet per impreſſionem imaginum mala ſuggerendo, vel per commotionem ſanguinis ad peccatum accedendo, vel ſenſus exteriores per obiectionem falſarum formarum decipiendo. De his & ſimilibus ſticit Greg. Aut opprimendo rapit, aut inſidiando circumuolit, aut ſuadendo blanditur, aut minando terret, aut deſperando frangit, aut permittendo decipit. Diabolus decipit homines quatuor modis. Primo ſuadendo bonum ſed hoc propter malum, vt cum homini inſtabili ſuadet ingreſſum religionis, & hoc vt poſtmodum apoſtaret. Secundo ſuadendo malum; & hoc ſub ſpecie boni: vt peierare pro rebus alterius conſeruandis. Tertio diſſuadendo bonum tanquam nociuum, vt cum diſſuadet bono viro religionis ingreſſum, ne de hoc pœniteat, & egrediens confundatur. A

fundatur: Vel, quando diſſuadet alicui orationem vel eleemoſynam, ne per hoc incurrat vanam gloriam. Quarto diſſuadendo malum; vt ducat ad peius: vt quando diſſuadet intemperantia in victu & ſomno, vt per hoc inducat ad indiſcretam abſtinentiam, quod peius eſt. Impeditur diabolus in effectu ſuæ malitiæ multis modis, quandoque.ſ per terminum ſuæ poteſtati a Deo impoſitum Itē quandoque per reſiſtentiam bonorum ſpirituum Habet n qualibet anima duos angelos: vnum bonum ad cuſtodiam, alium malū ad exercitium. Item par arbitrium hominis non conſentientis. Item per peccati abominationem, quia quandoque dæmones nobilioris naturæ peccata vilia deteſtantur. Item propter cautelam: quandoque omittit facere mala, vt peius fiat; ſicut modò non vexat excommunicatos, vt minus timeāt tales ſententias. Vtrum autem virtus tentandi minuatur in diabolo quando vincitur, diuerſæ ſunt opiniones. Dicunt n. quidam, ꝙ ſuperatus in vno vitio, ipſum victorem nō poſſit amplius tētare de eodem vitio, ſed alius diabolus poteſt. Alij dicunt, ꝙ ſuperatus in vno vitio, nullum amplius de illo vitio poſſit tentare. Origenes dicit, ꝙ ſuperatus ab vno, neminem poſſit tentare de cætero. Data eſt poteſtas dæmonibus exercendi magicas artes multiplici ratione. Primò ad fallendum fallaces, ſicut ægyptios, & ipſos magos. Vnde etiam quæ ipſi per talem modum acturi ſunt, quaſi diuinando prædicunt, vt ibi

Crœſus perdet Halim tranſuectus maxima regna.

Secundò ad monendū fideles, v e.ſ. tale quid

Vide bomo carnalis, ēt dęmones abhominari peccata tua.

Quare nō vexat corporaliter, malos ſiue laicos, ſiue iniquos tū antiquitus vexare ſolebat.

B

pro magno deſiderent, cum videant etiam malos facere huiuſmodi. Tertio ad probandam & exercendam patientiam, & fidem iſtorum.

SCHOLIA.

A Cum homini inſtabili ſuadet ingreſſum religionis] Quid autem nobis tunc ſit faciendum [Ne quis verba auctoris caſui quotidiano huic malè adaptet] exprimit S Thomas in his verbis. Detur ergo, ꝙ diabolus aliquē incitet ad religionem intrandum; hoc opus bonum eſt, & bonis angelis congruum. Vnde non eſt periculum, ſi quis ei in hoc conſentiat. Sed vigilandum erit, vt ei reſiſtatur: cum ad ſuperbiam, vel alia vitia, inceperit ducere. Frequenter.n. contingit, ꝙ Deus vtitur malitia dæmonum in bonum ſanctorū, quibus præparat coronas inuictis. Et ſic eis a ſanctis illuditur. Hæc ille formaliter. Et pa rum infra. Quandoque verò res ipſa in ſe ſecura eſt: habet tamen malum exitum propter hoc, ꝙ homo mutat propoſitum. Et ex iſta cauſa non debet homo retrahi, vel differre, ſub ſpecie maioris deliberationis, religionis ingreſſum: quamuis aliqui mutato propoſito a religione apoſtatantes deteriores fiant. Alioquin etiam ſimilis ratio eſſet de acceſſu ad fidem, & fidei ſacramenta: quia dicitur 2 Petri 2. Melius erat, viam veritatis non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire; & Apoſt. ad Hebr. 10. deteriora meretur ſupplicia, qui ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. Non eſſet etiam paſſim ad iuſtitiæ opera procedendum: quia ſcriptum eſt Eccleſ. 26. qui tranſgreditur a iuſtitia ad peccatū, Deus

Caſus notabilis.

parauit eum ad romphæam [Hæc ibi formaliter. opuſc. 17 cap. 10.] Ex veritate ergo in textu dicta noli tu occaſionaliter decipi.

B Ipſum victorem non poteſt amplius tentare de eodem vitio] videlicet vſque ad aliquod tempus. Hanc opinionem ſic intelligendam perſuadetur ex euangelio ibi, Conſummata omni tentatione diabolus receſſit

Luc. 4. a Chriſto, vſque ad tempus. Nam ꝙ Diabolus ad eum quandoque redeat a quo ſuperatus receſſerat, habetur ex euangelio ibi, re-

Matt 12. uertar in domum meam vnde exiui. [1. q. 114. art. 5.

De Lucifero. Cap. XXVIII.

DE Lucifero ſciendum eſt ꝙ fuit de ſupremo ordine ſuperioris hierarchiæ, ac in illo ordine ſupremum gradum tenuit cui tāquam principij de ſingulis ordinibus magna multitudo adhæſit, quos omnes ſecum traxit. Dictus eſt autem Lucifer quia præ cęteris luxit, ſuæq; pulchritudinis conſideratio eum excæcauit. Primum hominem tentauit, & vicit. Secundum tentauit, & victus eſt. Poteſtatem tunc amiſit, quam vltimis temporibus recuperabit. Nunc religatus eſt, & in fine ſoluetur. Peccatum Luciferi fuit, ꝙ ſe & ſuum priuatum bonum dilexit. Excæcatus de altitudine habita prēſumpſit, ac propriam excellentiam ambiuit, quaſi habiturus fuerit a ſe, non ab alio, & ſine meritis habere voluit. Stare cum poſſet, quouſque gloria apponeretur, noluit. Dei ſimilitudinem concupiuit, non quidem cauſa imitationis, ſed poteſtatis:

ſtatis: ideſt, ſubditos habere voluit, & nulli ſubiectus eſſe concupiuit. A

S C H O L A.

A Nulli ſubiectus eſſe concupiuit.] Nulli inquam abſolutè ita quod nec ipſi Deo Pro huiuſmodi captu, & vt plenius intelligantur hic quaſi per totum dicta de peccato Luciferi, aduerte illa quæ ex approbatis [tum per illuſtriſſ. doctiſſimumq; Cardinalem de Turre cremata ordinis prædicatorum, tum per Pontifices maximos Gregorium Vrbanum Sextũ in multis examinibus. Bonifacium Nonum in Bulla canonizationis. Martinum Quintũ in confirmatione eiuſdem bullæ, vt patet in prologo eiuſdem Cardinalis præpoſito volumini reuelationum] ſanctæ Brigidæ reuelationibus, breuiter adducam. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, primo libro reuelationũ, 134 Diabolo dicit, Dic mihi iſta [Hæc erat S. Brigida, ſacras has viſiones cernens] audiente, qualis fuit cogitatio tua, tunc cum cecidiſti? Reſpondit Diabolus; Ego vidi in te tria. Primo vidi gloriam tuam, & honorem ſuper omnia, & cogitabam gloriam meam, ideo ſuperbiens propoſui non tantum tibi, eſſe par, ſed etiam ſuper te. Secundo vidi te eſſe potentiorem omnibus, ideo cupiebam te adhuc eſſe potentior. Tertio vidi quæ futura erant, & quod gloria tua, & honor eſt ſine principio & ſine fine: ideo inuidebam tibi, & cogitabam quod libenter cruciarer ſemper omni pœna amariſſima ad hoc vt tu morereris. Et in tali cogitatione cecidi. Item libro ſeptimo, cap 27. Loquitur creator omnium ſanctę dicens. Diabolus tantum ſuperbiuit, quod voluit eſſe ſuper me dominus, &

vt ego eſſem ſubditus ſibi. Inuidebat quoque mihi intantum quod ſi poſſibile foret, libenter occidiſſet me, vt ipſe eſſet dominus, & ſederet in Trono meo. Tantum etiam chara fuit ei ſua voluntas propria, quod nihil curabat de voluntate mea, dum tamen ipſe poſſet perficere voluntatem ſuam. Propter quod ipſe cecidit de cœlo, & de Angelo factus eſt Diabolus in profundum inferni. Item lib.1. cap.41. creator omnium dicit de Lucifero. Ipſe habebat ad me inuidiam, & concupiuit occidere me, vt pro me dominaretur. De obſtinatione ſua in peccatis. lib.4.c.95. dicit filius Dei. Diaboli intentio talis eſt, quod priuſquam ſe humiliaret, prius vellet eſſe tot inferna, quot ſunt athomi in Sole, & vnum cum alio ſine fine ſuſtinere. Item de eadem obſtinatione lib.6. cap.31. Diabolus Deum alloquens dicit. Ex inuidia quam habeo ad te, libenter me amariſſima morte ſemper occidi permitterem, & ſemper ad idem renouari ſupplicium, ad hoc vt tu occideris, ſi poſſibile eſſet te occidi. Item infra, Dæmon ait ad Deum, Mallem quippe in perpetuum cruciari quàm venire in gloriam tuam, ad hoc, vt tu non haberes inde conſolationem. Item in extrauagantibus cap.62. Diabolus bonis Angelis loquens inquit: In veritate ſi poſſem ſumere corpus mortale, magis in eo vellem pati omnem pœnam, & inſuper pœnas inferni, quàm charitatem vertere ad Deum. Quia ſic firmaueram mentem & voluntatem meam, quam immutare nolo; ſic mihi odioſus eſt.

Nota tu voluntatis propriæ nimis amator.

Quid

Quid ſit anima ſecundum diffinitionem. Cap. XXIX.

POST naturam corpoream & incorpoream dicendum eſt de natura ex vtriſq; compoſita. Sed primo ex parte mentis Secūdo ex parte corporis, tertio ex parte totius hominis. De anima igitur videndum eſt quid ſit ſecundum diffinitionem. Porrò a quibuſdam diffinitur vt ſpiritus, a quibuſdā vt anima, a quibuſdam verò vt ſpiritus & anima. In quantum igitur anima naturam habet ſpiritus, diffinitur ab Alexandro ſic in libro de motu cordis Anima eſt ſubſtantia incorporea, intellectualis illuminationis capax, vltima reuelatione perceptiua. Vltima dicitur, quia mediantibus angelis percipit. Ex hac diffinitione cognoſcimus ꝙ ſpiritus humanus (qui eſt anima) inter omnes creaturas immediatè poſt angelos illuminationis diuinæ ſit perceptiuus. Anima verò inquantum anima, ſic diffinitur a Remigio. Anima eſt ſubſtantia incorporea regens corpus. Ex hac diffinitione habemus, ꝙ anima eſt quaſi corporis rector & motor. Item anima inquantum anima diffinitur a philoſopho in libro de anima, ſic. Anima eſt endelechia corporis phyſici organici potentia vitam habentis. Endelechia hic dicitur actus primus ſiue perfectio. Ex hac diffinitione habemus, quòd anima vnibilis eſt corpori, non omni, ſed ſolo organico & phyſico, ideſt, naturali ad ſuſceptionem animæ rationalis diſpoſito. Item anima inquantum eſt ſpiri-

tus & anima, ſic diffinitur ab Aug. Anima eſt omnium ſimilitudo. Hæc diffinitio data eſt per comparationem animæ ad creaturas. Anima n. ex ſui natura ad ſuſcipiendas omnium rerum tam corporaliũ quàm ſpiritualium ſimilitudines apta eſt. Sed ſciendum eſt, ꝙ quædam intelligi habent per oppoſita, vt tenebræ per præſentiam lucis, incorporalia per incorporalia: & ſic dicitur anima ſuſcipere ſpiritualium rerum ſimilitudines. Item animæ deſcriptio talis eſt. Anima eſt A deiforme ſpiraculum vitæ. Hæc deſcriptio ſumitur a Gene. 2. & datur ſecundum quòd anima comparatur ad Deum, prout non ex traduce vel ſeminali ratione propagatur, ſed a Deo corpori creando infunditur, & infundendo creatur. Item Seneca ſic diffinit animã Animá eſt ſpiritus intellectualis ad beatitudinem in ſe & in corpore ordinatus Hęc diffinitio datur in relatione animæ ad finẽ, ſecundum quod non ſolum ſepa[illegible] beatificatur in ſe, ſicut angelus, imo & in corpore glorificato ipſius beatitudo ampliatur.

S C H O L I A.

A Spiraculum &c.] Hoc ſpirare non accipitur hic corporaliter, quaſi ex aliquo facta ſit anima, ſicut ex aliquo ſpiro ego: ſed idem eſt Deum inſpirare, quod ſpiritum facere. [1. q. 90. art. 1.

Quid ſit anima ſecundum rem. Cap. XXX.

QVID ſit anima ſecundum rem, diuerſas videntur ſententias philoſophi protuliſſe.

tuliſſe. Plato enim dicit animam numerum ſeipſum mouentem Ariſtoteles endelechiã, Pythagoras harmoniam, Hippocrates ſpiritũ tenuem, Heraclitus lucem, Democritus ſpiritum ex atomis compoſitum, Aconomius Hyppereus igneum vigorem, Parmenides dicit eam eſſe de terra & igne, Epicurus autem ex aere & igne. Inter has diuerſitates nos ſequimur dicta ſanctorum & catholicorum magiſtrorum, dicentium ꝙ anima eſt ſubſtantia ſpiritualis & rationalis, ad viuificandum corpus humanum de nihilo creata. Creata eſt inquã anima perfectibilis, & imperfecta quantum ad ſcientiam & virtutes, perfectiſſima tamen eſt quantum ad potentias naturales. Et quia incorporea eſt, ſenſui non eſt ſubiecta, neque ſecundum dimenſionem extenſiua. Quantitatem.n.habet anima, vt dicit Auguſtinus, non dimenſiuam, ſed poteſtatiuam & virtualem. Et quia ſimplex eſt anima, ideo nec augmenti nec detrimenti eſt ſuſceptiua: quia nec in corpore maiori maior, nec in minori minor reperitur, vt dicit Aug. Multitudo quoque potentiarum in anima non ponit maioritatem in animæ natura, ſed multiplicitatem effectuũ. Anima etiam eſt vita perpetua, ſ. per memoriam, intelligentiam, & voluntatem, ad imaginem Dei facta, capax virtutis & vitij, ſuſceptibilis pœnæ, vel præmij, arbitrio libera, potentijs & habitibus ac affectionibus decorata. Caret pondere, figura, & colore. Paſſibilis & mutabilis eſt: eo magna, quo capax eſt æternitatis: eo recta, quo naturaliter appetẽs eſt bonitatis: eo bona, quo particeps eſt diuinitatis.

A

A

B

S C H O L I A.

A Perfectibilis & imperfecta &c.] ita quod eſt ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt depictũ actu, ſed tamen omnia ibi poſſunt depingi. Eſt ergo ſicut materia pura in genere intelligibilium [1.q.84.art.3.

3 de anima.

B Mutabilis] dum eſt mortali corpori vnita. Nam poſt mutari nequit de bono in malum: vel è contra. ſed remanet ſemper ſecundum affectionem in qua erat tunc quando è corpore mortali diſceſſit. Hoc.n. hominibus eſt mors, quod Angelis caſus. ſecundum Damaſc addit. q.98. art.1 & q.99. art.3. 1.q.64. art 2.

Quid ſit anima ſecundum nomen. Cap. XXXI.

ANIMA dicitur, inquantum corpus animat & viuificat. Mens inquantum recolit Animus, dum vult Ratio, dum rectè iudicat. Spiritus, dum ſpirat, vel quia ſpiritualẽ naturam habet. Sẽſus, dum ſentit, Memoria, dum recordatur, Voluntas, dum conſentit. Hæc nomina diuerſa ſunt animæ, non propter eſſentiæ pluralitatem, ſed propter effectuum multiplicitatem & operationem. Dicitur anima ab a, quod eſt ſine; & nema, quod eſt ſanguis, eò quod ſit ſine ſanguine. Vel dicitur ab a, quod eſt vita: & nemein, quod eſt tribuere, eò quod anima vitam tribuit. Vel dicitur anima quaſi ἄνεμο. i. ventus quòd ſpiritus ſit.

A

S C H O L I A.

A Spiritus dum ſpirat & ſpiritualem natu-

ram

ram habet]& ſecundum eſſentiam, & opera tionem intellectualem. Nam communicat cum Angelis quoad intelligere ſecundum Greg.[1 q.51.art 1. Hom. aſcenſionis.

De triplici anima. Cap. XXXII.

ACTVS animæ triplex eſt.ſ.vegetare, ſentire,& ratiocinari:& ſecundum hoc diſtinguitur animæ potentia triplex ſ. vegetabilis, ſenſibilis,& rationalis. De quibus dicit Ambr.ꝙ anima vegetabilis appetit eſſe, ſenſibilis bene eſſe, rationalis autem optimè eſſe:& ideo nunquam quieſcit donec optimo coniungatur: & propter hoc vi amoris in Deum mouetur tanquam ad centrum, vt in ipſo ſummè delectetur. Hæ autem tres potentiæ in diuerſis ſubſtantijs tres animæ dici poſſunt. Nam vegetabilis eſt anima in plãtis, ſenſibilis in brutis, rationalis in hominibus. In homine autem tres prædictæ animæ vna ſunt eſſentia, ſed differunt in potentijs: nec obſtat ꝙ in homine ſucceſſiuè ac diuerſis temporibus manifeſtantur. hoc.n. eſt a virtute formatiua, quæ rationabiliter prius diſponit ad vitam, q̃ ad ſenſum, & prius ad ſenſum, q̃ ad rationem: præſertim cum natura non inſtanti & ſubito, ſed paulatim & ſucceſſiuè operetur. Cum autem anima rationalis infunditur corpori, tunc prædictæ potentiæ non habent actiones ſuas deinceps a virtute formatiuá, ſed ab ipſa anima. Anima quoque duas primas potentias, ſcilicet vegetabilem & ſenſibilem exercet tantum corpore, tertiam verò hẽt ẽt exuta a corpore. A

re.

re. Animæ vegetabilis & ſenſibilis non debent dici in homine nec diuidi, vt animæ, ſed vt potẽtiæ: nec anima vegetabilis in ſenſibili dicenda eſt anima, ſed potentia. Anima autem vegetabilis in vegetabilis in vegetabili dicenda eſt anima non potentia.

S C H O L I A.

A Tres prædictæ animæ ſunt vna eſſentia] Non per coaceruationem, ſed per eminentiam inquantum.ſ.anima rationalis, eminenter continet, & vegetari, & ſentire. vt patet a ſimili de aureo reſpectu tot denariorum. 1.q.76.art.3. & 4.

De potentia animæ vegetatiuæ. Cap. XXXIII.

ANIMA vegetabilis tres vires habet.ſ. generatiuam, augmentatiuam, & nutritiuam. Prima eſt ad ſpeciei conſeruationẽ. Secunda eſt ad conſeruationem indiuidui. Tertia eſt ad perfectionem ſubiecti. Virtuti autem nutritiuæ quatuor deſeruiunt. ſ.virtus attractiua, quæ aſſumit neceſſaria in nutrimento. Item digeſtiua, quæ ſeparat conueniens ab inconuenienti in alimento. Item retentiua, quæ cibum tam diu retinet in vno loco, donec debitam recipiat alteratio nem Item expulſiua, quæ expellit quod ſu- A perfluum eſt in nutrimento: ſed ante omnes has eſt appetitiua.

S C H O L I A.

A Quod ſuperfluum eſt in nutrimento] tum reſpectu indiuidui, tũ reſpectu ſpeciei, Nam ſemen eſt ſuperfluum alimenti, ſecundum

cundum Philoſophum. Et tamen nutritiua cõſeruat illud pro generatiua.[1.q.119.ar.2. Lib. de Gen. animal.

De potentijs apprehenſiuis animæ ſenſibilis. Cap. XXXIIII.

ANIMA ſenſibilis duplicem habet potentiam.ſ.apprehenſiuam, & motiuam. Apprehenſiua diuiditur in apprehenſiuam de foris, & apprehenſiuam de intus. Vires apprehenſiuæ de foris ſunt quinque ſenſus exteriores ſ.viſus, auditus, &c. Vires apprehenſiuæ de intus ſunt quinque potentiæ interiores animæ ſenſibilis, quæ ſunt ſenſus communis, imaginatio, æſtimatio, phantaſia, & memoria. Tradunt Peripatetici omnes vires iſtas organicas eſſe, & ꝙ per inſtrumenta corporalia ſuas operationes perficiunt, eò ꝙ ſint circa particularia tantum. Omnis n. forma particularis in materia aliqua eſt: quoniam forma ſine omni materia accepta, vniuerſalis eſt, circa quam operatur intellectus. Iſta facilè eſt videre in ſenſibus particularibus: quoniam illi non apprehendunt niſi per rei ſenſibilis præſentiam. De virtutibus autem interioribus, quæ ſunt imaginatio, æſtimatio, phantaſia, idem eſt: quoniam in illis omnibus eſt apprehenſio formæ ſingularis ſecundum ſitum partium eius & lineamenta, & quantitatem. Omnes iſtæ potentiæ A paſſiuæ ſunt, & patiuntur a formis & indiuiduis, quæ ſunt principia cognitionis ſenſibilis. Senſibilis dico, quia duplex eſt cognitiò: intellectualis, quæ oritur ex eo quod propriè per intellectum habet dignoſci, vt forma

mæ communes,& huiuſmodi. Senſibilis eſt, quæ prouenit ex indiuiduis & obiectis ſenſuum particulariũ,quę ſunt principia cognitionis ſenſibilis. Sciendum autem, ꝙ nulla potentia apprehenſiua ſenſibilis retinet id quod apprehendit: imò ꝙ vna apprehendit, alia retinet. Notãdum ergo,ꝙ alia virtus eſt quæ bene tenet,alia quæ bene recipit:& iſta quæ bene tenet, perficitur ſicco & frigido: ſed illa quę bene recipit,perficitur humido.

S C H O L I A.

A Patiuntur a formis, & indiuiduis, &c] id eſt ab obiectis in indiuiduis exiſtentibus, & ſpecies ſuas intentionales tranſmittentibus ad ipſas potentias,vt fiat ſenſatio [ſecundum Philoſophũ] 1.q.77.art.3. & q.78.ar.3.

2.de anima.

De ſenſibus particularibus. Cap. XXXV.

SENSVS particularis in quinq; diuiditur.ſ in viſum, auditum, guſtum, odoratum, & tactum: qui in multis conueniunt, & in multis differunt. Conueniunt.n.quinque ſenſus in hoc,ꝙ ſunt vires paſſiuæ Sen-
A timus.n.intra ſuſcipientes,non extra mittentes. Senſibile autem poſitum ſupra ſenſum non ſentitur. Omnes ſenſus ſunt perceptibiles ſingularium,non vniuerſalium. Ad quęlibet ſenſum extenduntur nerui duo: vnus ad ſentiendum,qui agitur contra exteriora: & alius ad motum voluntarium, qui agit vt vis animæ interior, & ad organum dirigit inten-

intentionem. In omni ſenſu oportet eſſe proportionem ſenſibilis ad ſenſum, quia in medijs delectantur, & in extremis corrumpuntur. Ad ſentiendum autem aliquid oportet eſſe obiectum præſens, & medium deferens, & organum ſanum atque conueniens, & animæ intentionem actualem. Omnes ſenſus vnam habent originem.ſ. ſenſum cõmunem, a quo velut a centro quaſi lineæ quędam exeunt. Differunt etiam ſenſus particulares in multis: nam quilibet habet ſpeciale inſtrumentum. Differunt etiam in obiectis, differunt in medio deferente, quia tactus & guſtus habent medium intrinſecus, & alij extrinſecus. Differunt in apprehendendi velocitate: quia viſus citiſſimè etiam remota apprehendit. Differunt ſitu: quia viſus eſt ſupremus, poſt auditus, deinde alij per ordinem. Differunt vtilitate, quia guſtus & tactus maximè ſunt neceſſarij ad conſeruationem indiuidui & ſpeciei. Guſtus.n. diſcernit cibum per quem ſeruatur animal a nociuo: & tactus diſcernit ſua obiecta, ſicut calidum & frigidum, & huiuſmodi, vt animal declinet extrema talium qualitatum, ne corruptionem incurrat. Differunt generalitate: quia tactus eſt generalior, cum non habeat organum determinatum, ſed in omnibus membris ſit. Differunt etiam in impreſſionũ retentione, ſenſus.n. groſſiores fortius retinent ſuas impreſſiones: ſicut patet in tactu. Nota ꝙ videmus viſu & oculo, ſed differenter: nam viſu videmus effectiuè ſiue formaliter, ſed oculo videmus inſtrumentaliter. Eodem modo dicendum eſt de cæteris ſenſibus. Anima aũt alienatur a ſenſibus tri

plicit:er.

pliciter. Primo in ſomno, ſecundò in extaſi magis, tertiò in morte maximè

S C H O L I A.

A Vires paſſiuę,ſentimus n &c]Non tamē ob id crediderit, ſenſus noſtros non prius or dine naturæ ſpeciebus obiectorum informa rij;& mox exercere actū ſuum. [1.q.77.art.3.

De ſenſu communi. *Cap. XXXVI.*

A SENSVS communis eſt potentia quæ omnium ſenſuum particularium obiecta apprehendit Omnes.n.ſenſus exteriores a ſenſu communi velut a centro particulariter exeunt,& ſenſatorum ſuorum ſimilitudines ad ſenſuum communem reducunt, quo mediante de ſingulorum proprietatibus iudicant & diſcernunt.Vnde ſciendum q ſenſus communis eſt fons ex quo omnes ſenſus oriuntur, & ad quem omnis motus ſenſibiliū refertur ſicut ad vltimum finem. Hac potentia quædam habet in quantum eſt ſenſus,& quædam in quantum communis eſt Inquantum.n.ſenſus eſt, habet recipete rerū ſpecies ſine materia,& tamen preſentę materia In quantum communis eſt,habet duo,quorum vnum eſt iudicium ſenſibiliū, per quod nos apprehendimus nos videre quādo videmus, & audire quando audimus.& ſic de alijs. Si enim hoc iudicium nō eſſet in animalibus, non ſatis eſſet videre & audire vtile, & ſecundum alios ſenſus apprehendere . Secundum

B eſt multa ſenſata comparare, dicendo vnum eſſe dulce, & aliud dulcius eſſe : & hoc ideo

ſenſus

ſenſus communis habet, quia ad ipſum refe- runtur omnium propriorum ſenſuum ſenſata. Hæc virtus in anteriori parte cerebri ponitur in loco vbi concurrunt nerui ſenſitiui quinque ſenſuum, qui locus medulloſus eſt & humidus.

S C H O L I A.

A Communis] .ſ. in cauſando, non in prædicando. ſingulare.n.quoddam eſt, radix tamen omnium exteriorum ſenſuum.

B Senſata comparare] .ſ. diuerſorum ſenſuum. Indicat.n ſenſus quilibet exterior de ſuo proprio ſenſibili diſcernendo, puta album a viridi: & conſequenter ea comparat non autem iudicat de ſenſibili aliorum ſenſuum, & conſequenter ea non comparat. [1. q.78 art.4.

De imaginatione. Cap. XXXVII.

VIRTVS imaginatiua eſt potentia apprehenſiua in qua imagines rerum ſenſibilium reſeruantur. Hæc virtus plus abſtrahit quàm ſenſus: quia ſenſus non accipit formam niſi præſente re: iſta autem reſeruat formam etiam re abſente. In hoc etiam imagi- A natio differt a ſenſu communi, quia ſenſus communis præſentia rei exterioris indiget, ſicut ſenſus particularis. Iſta autem virtus.ſ. imaginatio, theſaurus formarum vocatur: quia in ea [ſicut dictum eſt] formę a particularibus ſenſibus recepię retinentur. Hæc potentia in anteriori parte cerebri ſeu interiori, ſicut & ſenſus communis ponitur: ... hic maior eſt durities ex frigiditate cerebri ...

uenient

ueniens, vbi & imaginatiua retinet impreſſiones a ſenſu communi receptas.

S C H O L I A.

A Reſeruat formam, etiam re abſente] vt videlicet inquirere poſſit aliquod abſens. Alioquin cum motus & actio animalis ſequantur apprehenſionem, non moueretur ad aliquod ſibi neceſſarium abſens, & ſic vita animalis perfecti deficeret. vbi ſupra.

De æſtimatiua. Cap. XXXVIII.

AESTIMATIVA virtus eſt, quæ a forma acquiſita intentiones elicit, quæ ſenſu non percipiuntur, ſecundum quam ouis fugit lupum, & lupus miſeretur ſuo nato: hoc autem non poſſet fieri niſi lupus haberet cognitionem eius indiuidui, & ꝙ hoc indiuiduum ſit natus eius, ſicut & ouis apprehendit lupum ſibi nociuum. Iſta verò non poſſunt fieri per ſenſum. Aeſtimatiua differt ab imaginatione: quoniam imaginatio ſolum retinet formas apprehenſas per ſenſum cõem & ad imaginationẽ ſolam non ſequitur affectus miſeriæ, vel triſtitiæ, vel fuga, vel inſecutio: ad æſtimationẽ autem ſtatim ſequitur quodlibet iſtorum. Vnde ſicut intellectus practicus ſe habet ad ſpeculatiuã, ita ſe habet æſtimatiua ad imaginatiuam, & propter hoc æſtimatiua non apprehenſiua eſt, ſed etiam motiua, per hoc ꝙ determinat ad quid moueri debeat animal, & a quo fugere. Cum n animal mouetur ad cibum, oportet imaginem cibi in animali eſſe. Sed æſtimatio non ſolum mouet, imò etiam apprehendit.

prehendit. Oportet igitur animal habere æſtimationem,qua moueatur. Officium igitur æſtimatiuæ eſt apprehendere intentiones, non quidem rationis,ſed naturæ. Vnde non apprehendit quid ſit ſyllogiſmus,aut nomē, aut verbum; ſed amicitiam, vel inimicitiā, commodum vel incommodum, ſicut dictū eſt. Hæc virtus ponitur in prima parte mediæ cellulæ cerebri, quæ calida eſt ex motu multi ſpiritus ad ipſam. A

S C H O L I A.

A Officium igitur æſtimatiue eſt apprehendere intentiones] naturali inſtinctu ab animali iudicatas reſultare ex tali obiecto. Puta ex lupo viſo naturaliter, iudicat ouis inimicitiam ad inuicem, ergo data eſt æſtimatiua animali,vt conſeruetur. vbi ſupra.

De phantaſia. *Cap.* XXXIX

PHANTASIA eſt virtus vel potentia componens imagines cum imaginibus, & intentiones cum intentionibus,& imagines cum intentionibus. Componit inquam phantaſia imagines cum imaginibus, vt eſt cum apprehendit aliquid eſſe album vel nigrum; vel diuerſas formas componit & fingit chimæras.Componit etiam intentiones cum intentionibus, vt patet in oue,quæ apprehendit nato ſuo præbenda eſſe vbera, & alienum eſſe repellendum. Componit imagines cum intentionibus, vt cum apprehendit ouis formam lupinā eſſe fugiendam. Per phātaſiā maior hr̄ cognitio, quæ pōt haberi in aīa ſenſibili quæ eſt in brutis:per hanc n.

non ſolum ſcit præſentia, ſed etiam prouidet ſibi in futurum. Per hanc, n. quædam animalia faciunt ſibi calas, & de cibo prouident in longinquum. per hanc etiam de illo ſcit ꝙ ſit idem, & de alio ꝙ ſit aliud: & ſic de eo omni, de quo ſcientia profertur per modum affirmationis & negationis. Per hanc quoq; videmus aliquid eligere animalia, & aliquid refutare Ad electionem autem & refutationem præexigitur ſc ē. ia & diſcretio: & ideo multi dixerunt, ꝙ phantaſia eſt aliquid rationis. Sed dicimus non eſſe veram electionem animę ſenſibilis, ſed aliquid ſimile Hęc a vulgo in homine vocatur cogitatiua, cum tamen cogitare propriè ſit rationis. Phantaſia operatur in ſomno ſicut in vigilia. Quòd autem in ſomnis res videntur eſſe pręſentes, hoc eſt, quia fit reuerſio ad ſenſum communem. Iſta potentia quando coniuncta eſt rationi, ſicut eſt in homine, tunc accipit agendi & operandi regimen a ratione. Sed quia
A ratio diuerſificatur ſecundum diuerſitatem ęorum de quibus ratiocinatio fit, ideo per operationes phantaſiæ multiplicantur in homine valde. Vbi autem phantaſia non eſt cū ratione, vt eſt in brutis, tunc regitur ſolum ſecundum inſtinctum naturæ. Et quia natura vno modo eſt in habentibus ſpeciem vnā, ideo conceptio phantaſiæ operatur in talibus vno modo. Et inde eſt ꝙ omnis hirundo facit vno modo nidum ſuum. Dixerunt autem quidam philoſophi ꝙ illæ virtutes in brutis potius aguntur quam agant: ſed in homine potius agunt, quàm agantur: quia bruta mouentur ſecundum impetum & impulſum appetitus naturalis, motus autem

humani regulantur ſecundum regimen rationis. Notandum autem ꝙ melancholici, & infirmi, & amentes, multas habent phantaſias, ſed non eſt ex illuſtratione, quę fit per imaginationes rerum ſenſibilium, ſed ex paſſionibus naturæ, & confuſione ſpirituum aſcendentium ad cerebrum, & caput turbantium. Tales.n. ſpiritus diuerſarum imaginationum inuolutiones faciunt, & generant horribiles viſiones, & conceptiones. Præterea ſciendum, quod bruta citius recipiunt influxus primi motoris quàm homines, ſicut patet in formica, quæ quando cibum colligit, intra tres dies non pluit. Et gallus cantum ſuum per tempus variat, quia mutationem auræ ex influxione primi motoris pręſentiunt. Huius dicti hac eſt ratio: quoniam homines multum occupantur circa conceptiones ſuas conferendo, & componendo, & diuidendo: quare & influxiones primi motoris non percipiunt ita citò ſicut bruta, quæ non ſic occupantur in ſuis conceptionibus, nec ſecundum illas operantur, ſed tantum ſecundum inſtinctum naturæ. Iſta vis.ſ. phantaſia, plurimum impedit intellectum, eo ꝙ nimis occupat animam compoſitione, & diuiſione imaginum, non ſolum acceptarum a ſenſibus, ſed etiam fictarum. Maximè autem impedit intellectum, quādo aliquid de cœleſtibus & diuinis imprimitur ei, & hoc ideo, quia cōceptiones tales intellectus non poteſt ferre, nec ſunt ſimiles imaginationibus & fictionibus phantaſiæ. Phantaſia ponitur in medio mediæ cellulæ cerebri tanquam centrum inter memoratiuam & imaginatiuam: quia phantaſia conuertit ſe

Quando nō pluat naturale iudiciū.

B

tam ſuper formas quas accipit imaginatiua per ſenſum, quàm ſuper intentiones quas reſeruat memoria: & tunc iſtas formas ac intentiones diuidit ac componit.

S C H O L I A.

A Tunc accipit agendi, & operandi regimen a ratione.] Ideo huiuſmodi cogitare, eſt cogitare per quandam participationem rationis, non autem cogitare propriè, quoniam id eſt opus rationi proprium. vbi ſup.
B Maxime autem impedit intellectum, quando aliquid de cœleſtibus &c.] Hinc decipiuntur hæretici, phantaſia quæ eſt principium errandi ſecundum philoſ 4. Met. pro intellectu in talibus vtentes. 2 2. q 11. art. 1. ad primum, cum tamen phantaſia vltra hoc dictum impedimentum poſſit immutare Diabolus. 1 q. 110. art. 3. & 4.

De memoria. *Cap. X L.*

MEMORIA eſt repoſitorium prçteritorum. Reſeruat.n. memoria intentiones per æſtimationem a figuris rerum elicitas. Anima per memoriam mediantibus rebus ſenſibilibus reddit in ipſas res ſenſibiles, quæ ſunt extra ipſam: & propter hoc oportet actum memoriæ duas præcedere operationes: quarum vna eſt hoc eſſe receptum: & hæc eſt operatio ſenſus communis, & in hoc memoria incipit. Secunda eſt hoc eſſe conſeruatum apud nos, quod fit per imaginatiuam. Oportet etiam ꝙ ante memoriam quædam virtus operetur, quæ ex figuris rerum diuidat rerum intentiones ſingulares. In hoc autem differunt imaginatio & memoria,

moria, quia iſta conſeruat ſpecies rerũ, hęc conſeruat intentiones ſpecierum. Sciendum quoque ꝙ memoria differt a reminiſcentia: quia memoria diſcretè & diſtinctè reuertitur ad res, componendo intentiones diſtinctas cum imaginibus: reminiſcentia autem ſiue recordatio eſt motus quaſi interceptus & abſciſſus per obliuionem, & eſt cum collatione temporis & loci, & huiuſmodi. Reminiſcentiæ.n.modus nõ eſt vniformis, ſed cauſatur ex pluribus principijs circunſtantibus. illud cuius propriè eſt reminiſcibilitas, cum ſit principium multorum prius memoratorum. Cum.n.per memoriã fiat rerum apprehenſio, ꝙ eædem res prius fuerint in ſe, vel in ſenſibus alijs cognitæ, patet ꝙ ſi quis res totaliter eſt oblitus, non poteſt per memoriã recordari ſe eſſe oblitum. Sed ſi oblitus eſt in parte, tunc per id quod remãſit, põt reminiſci ſe quandoq; ſciuiſſe. vnde per collationem reminiſcentiæ põt ẽt ad id quod oblitus fuerat redire cum illius adiutorio quod remanſit memoriæ. Alia eſt ẽt differentia inter memoriam & reminiſcentiam: quia memoria multa participant animalia, ſed reminiſcẽtia ſolius hominis eſt, quia reminiſcentia eſt quædam inueſtigatio, quę ſine ordine rationis non eſt, ac ſine deliberatione, per quæ antecedens ordinatur ad conſequens. Sanè cum quis reminiſci voluerit ea, quæ non eo modo quo per ſenſum, ſed per intellectum apprehendit: hoc non fit per memoriam, quia memoria talia non reſeruat, ſed intellectus conuertit ſe ſuper ea, quæ habet apud ſe, & ea reducit ad actum, quæ habet in habitu; iſte autem habitus manet A

actualiter apud intellectum poſſibilem, qui eſt locus ſpecierum vniuerſalium: vnde & vniuerſalia prius ſpeculata remanent apud ipſum tanquam in loco ſuæ generationis, etiam actu quando illa non conſiderat. Intellectus autē poſſibilis ad has ſpecies quas ſic habet apud ſe, conuertitur, vel ab eis auertitur, quando voluerit. Vltimo notandum eſt, quod memoria ponitur in poſteriori parte cerebri, qui locus eſt ſiccus propter neruos motiuos, qui oriuntur ex ipſo.

S C H O L I A.

A Hæc conſeruat intentiones ſpecierum] Intentiones.ſ.naturæ, non rationis. Vide ſupra huius cap 38. circa finem.

De vi ſenſibili motiua.
Cap. XLI.

SEQVITVR de vi ſenſibili motiua: hęc mouet quandoque ſpiritualiter, quandoque corporaliter. Primo modo dicitur appetitiua, quæ mouet dupliciter, aut diligendo, aut odiendo: & diuiditur in concupiſcibilē & iraſcibilem, per quas appetit anima bonū, vel inſurgit contra malum. Ab his verò duabus ſ. iraſcibili & concupiſcibili, oriūtur quatuor affectiones.ſ. gaudium, ſpes, dolor, dolor, & timor. Nam ſi præſens eſt quod concupiſcimus, gaudemus; ſi abſens eſt, ſperamus. Similiter ſi præſens eſt de quo iraſcimur, dolemus: ſi abſens eſt, timemus. Senſualitas autem eſt vis animæ ſenſibilis motiuæ, & ad idem mouet ad quod concupiſcibilis & iraſcibilis. Senſualitas.n. appetit, quæ delectabi-

lia ſunt corpori, ac nociua refugit. Differt ta men ſenſualitas a concupiſcibili & iraſcibili: quia ſenſualitas magis coniungitur corpori: & ſicut in brutis, ita in homine nulla lege perſtringitur, quin ſemper in appetitus rerū ad corpus pertinentium moueatur. Sed concupiſcibilis & iraſcibilis coniunguntur rationi, & prout ſunt in homine, frenantur ratione, ac reguntur virtutibus quę fundantur in ipſis. Eſt. n. temperantia in concupiſcibili, & fortitudo in iraſcibili, & ſic de alijs. Secundum quod vis motiua ſenſibilis mouet corporaliter, ſic diuiditur in virtutem naturalē, vitalem & animalem: quarum prima ſitum ſuum habet in hepate, ſecunda in corde, tertia in capite vt in proximo principio, tamen primum principium eſt cor. Virtus. n. naturalis eſt motiua humorum, vitalis motiua pulſuum, animalis motiua membrorum. Dicimus ergo, ꝙ virtus naturalis eſt motiua humorum mediantibus arterijs & venis, quæ radicantur in hepate ſecundum Galenum, ſed ſecundum Ariſtotelem radicantur in corde, & hoc per ſpiritum naturalem. Eſt autem ſpiritus naturalis ſubſtantia ſubtilis, & aerea, vi caloris in corde generata. hic ſanguinem ad ſingula membra impellit, ex quo corpus vegetatur. Virtus vitalis eſt motiua pulſuum mediantibus arterijs, quæ radicantur in corde. Spiritus autem vitalis eſt idem qui & naturalis. Idem dico in ſubſtantia, ſed differens in virtute, quæ & naturalis eſt. hic per arterias ad membra corporis ſe diffundens, viuificat ipſum corpus tanquam inſtrumentum. Virtus animalis eſt motiua membrorum mediantibus neruis, qui radicantur in capite: &

Animalis ergo, ſeu brutalis dicitur, qui viuit ſecundum ſenſualitatem.

A

hoc per ſpiritum animalem. Eſt autem ſpiritus animalis idem qui & naturalis, & vitalis: ſed animalis dicitur cum ad cerebrum deuenerit: hic cæteris ſubtilior per neruos ad organa ſentiendi dirigitur, vt ſenſus & motus ſecundum locum exinde generetur in corpore animalis. Circa vires iſtas deniq; ſciendum eſt, ꝙ cum virtutes animales intenduntur, tunc naturales remittuntur, propter hoc in homine dedito ſtudio, vel meditationibus, minus operatur virtus nutritiua, & generatiua, & augmentatiua. Ex quo patet ꝙ concupiſcentia carnis domatur in viro ſtudioſo. Vnde ait Hieronymus, Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. Præterea quando virtutes animales remittuntur, naturales intendantur: ſicut patet in ſomno, qui deſcribitur eſſe quies virtutum animaliũ cum intenſione naturaliũ.

Remedium cõtra luxuriam, & conſeruatiuũ honeſtatis, eſt ſtudium aſſiduum.

S C H O L I A.

A Frenantur ratione] ciuili, ſeu politico principatu non autem deſpotico. Poſſunt.n. contrauenire motui rationis. licet quandoque motui rationis obediant. 1. Politic. Item 1.q.74 art.3.

De potentijs animæ rationalis. *Cap. XLII.*

TRIA ſunt in anima, vt ait Philoſophus ſcilicet potentiæ, habitus, & paſſiones. Et potentiæ quidem ſunt innatæ, habitus autẽ ſunt acquiſiti vel infuſi, paſſiones verò ſunt illatæ, vel innatæ. Habitus n. ſunt acquiſiti, vt patet in ſcientia, & virtute politica. Nam ex frequenti ſtudio homo acquirit ſcientiã,

&

& ex frequenti bene agere fit homo bonus bonitate virtutis politicæ. Sunt & habitus quandoque non per acquiſitionem, ſed per infuſionem: ſicut ſapientia fuit infuſa Salomoni: & virtutes theologicæ conferuntur quotidie paruulis in baptiſmo, & etiam pœnitentibus in iuſtificatione: & ex actibus non generantur tales habitus, ſed potius econuerſo ex talibus habitibus eliciuntur boni actus ex potentijs: vnde in habitibus acquiſitis ſequitur, quales ſunt actus, tales ſunt & habitus, ſed in habitibus infuſis eſt contrarium. ſ. quales ſunt habitus, tales ſunt & actus. Eſt tamen verum, quod ſicut habitus acquiſiti generantur per actus, ita & generant actiones, ſed non meritorias inquantum tales paſſiones ſunt illatæ ab extrinſeco. Vocat A autem paſſiones Philoſophus ipſas receptiones obiectorum. Sumuntur & aliter paſſiones vt dicantur affectiones, ſicut dolor, timor. ſpes, & gaudium.

S C H O L I A.

A Non meritorias inquantum &c.] Non dicit abſolute tales actiones eſſe non meritorias, quoniam tales actiones inquantum charitate formantur ſunt meritoriæ. Vt exercet quis qui didicit logicam &c. actum ſtudij propter Deum exiſtens in charitate, hic proculdubio meretur per actum illum, licet actus ille ſit ex habitu acquiſito. 2. 2 q. 2. 1. 9.

De diuiſione potentiarum animæ. Cap. XLIII.

NVNC ad diuiſionem potentiarum animæ accedamus. Philoſophus ergo principaliter

cipaliter diuidit animæ potentias in cogitatiuam, & motiuam, quas theologus appellat intellectum, & affectum: ipſum autem affectum intelligit voluntatem. Potentia autem animæ tunc dicitur intellectus, dum eſt apprehenſiua: & dicitur voluntas, dum eſt motiua. Item quædam ſunt vires animæ ſeparatæ a corpore, vt velle, & intelligere: ſecundũ
A quas anima non vnitur corpori, ſed vnitur vtenti corpore. ſ. phantaſia, quæ ſic ſe habet ad intellectum, ſicut color ad viſum, vt ait Philoſophus, Quædam verò ſunt vires inſeparabiles a corpore, vt vegetabiles, & ſenſibiles, & quantum ad eſſentiam, & quantum
B ad operationem, vt in brutis. Sed in homine ſeparantur virts iſtę a corpore quantum ad eſſentiam, licet anima operationes earum exercere uon poſſit extra corpus. In brutis verò ſimpliciter pereunt quantum ad vtrunque. Item anima potentias quaſdam habet communes cum brutis, vt eſt ſenſualitas, ſenſus particularis, ſenſus communis, imaginatio, memoria, ęſtimatio Quaſdam habet non communes cum illis, vt eſt ratio & intellectus, & huiuſmodi. Item anima habet vires quaſdam quo ad ſe, vt eſt ratio, voluntas, liberum arbitrium: quaſdam habet quibus corpus corpori permiſcetur, vt eſt vis naturalis, vitalis, & animalis, de quibus dictum eſt ſupra. Ex iam dictis patet ꝙ potentiæ quędam ſunt organicæ, quædam non. Item ex prædictis collige, ꝙ anima rationalis omnes potentias habet animæ vegetabilis & ſenſibilis, ſed non in quantum rationalis eſt: verum inquantum rationalis eſt, addit intellectum & liberum arbitium, & huiuſmodi.

Et hoc

Et hoc eſt quod dicit Grego. Omnis, inquit, creaturæ aliquid habet homo. Habet nanq; homo commune eſſe cum lapidibus, viuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Quicquid.n. virtutis habent naturæ inferiores, habent & ſuperiores, ſed perfectiori modo & quod poſſunt inferiores, poſſunt & ſuperiores, ſed nobiliori & perfectiori modo. Propter hoc manifeſtum eſt, quod omnes vires quibus communicamus cum brutis, differunt ſpecie prout ſunt in nobis & in brutis.

SCHOLIA.

A Secundum quas non vnitur corpori. ſed vtenti] ideſt quantum ad operationem iſtarum potentiarum, non vtitur corpore, vt organo, ſed vtitur ipſo tantum vt obiecto, licet ſecundum eſſentiam ſit forma corporis organici: 1.q.76.art.1. Poſtquam autem anima humana fuerit ſeparata, non vtetur corpore nec etiam vt obiecto, quoniam per ſpecies infuſas tunc intelliget, vel etiam per ſpecies acquiſitas, ſed non conuertendo ſe ad phantaſmata. 1.q.99. artic.1. & 6. Clementina de ſum. Trinit. & fi. cath. hæreſim declarans eſſe contrarium. A

B Separatur vires iſtæ a corpore quantum ad eſſentiam.] Inquantum ſ. eſſentia animæ ſeparatur a corpore in morte, quæ eſſentia eminenter continebat iſtas vires; non quod iſtæ vires, vt ſic, ſint incorruptibiles. [1 q.76. art.3. & q.77. art.8.

De

De potentijs cognitiuis.
Cap. XLIIII.

QVATVOR aſſignantur differentiæ virtutis intellectiuæ. Prima aſſignatur ſecundum differentiam naturæ, & ſic intellectus diuiditur in agentem & poſſibilem. Secunda datur ſecundum differētiam obiecti, & ſic diuiditur intellectus in ſpeculatiuum & practicum. Tertia aſſignatur ſecundum differentiam dignitatis,& ſic diuiditur ratio in partem ſuperiorem & inferiorem. Quarta datur ſecundum comparationem ad actum, & ſic diuiditur intellectus in habitum, & in actum. In habitum quidem, vt poſſit intelligere quando vult. In actum verò, cum actualiter ad intelligere ſe conuertit & ad intelligibile. Differētia verò intellectus in effectu, & eius qui dicitur adeptus,ſumitur ſecundũ maiorem, & minorem perfectionem ipſius intellectus poſſibilis. Nam cum intellectus poſſibilis recipit ſpecies cum lumine intellectus agentis; tunc dicitur intellectus in effectu,& etiam in habitu. Intellectus verò cum

A recipit perfectè lumen ſecundum formalem coniunctionem, tũc vocatur intellectus adeptus. Diligenter autem notandum eſt, quod omnes differentiæ intellectuum iam prædictæ ſumuntur vel ſecundum actum, vel ſecundum habitum, vel ſecundum modum intelligendi:& nulla ſumitur ſecundum diuiſionem potentiæ cognitiuæ, niſi prima tantum,ſecundum quam diuiditur in agentem, & poſſibilem.

SCHO-

SCHOLIA.

A Intellectus cum recipit perfectè &c.] Hoc eſt intellectus adeptus ſecundum philoſophos eſt qui pulſa omni nute ignorantiæ, adeptus eſt ſcientiam omnium intelligibilium, vſque ad intellectionem omnium ſubſtantiarum ſeparatarum incluſiuè. Intellectus adeptus ſecundum Theologos eſt qui excedens omnia naturalia peruenit vſq; ad ea, quæ ſunt ſupra facultatem naturæ, & ſui. Hinc dicitur intellectus heroicus, & deſuper illuſtratus. D. Iacobus de Valentia ſuper Magnificat.

Ariſt. Coment. Auic. philoſophi, ferè omnes.

De modo cognoſcendi. Cap. LXV.

RES aliter cognoſcit; Deus, aliter angelus, aliter homo. Ipſe quoque homo aliter per intellectum Deum cognoſcit, & aliter creaturas. Intellectus.n. diuinus cognoſcit res a ſeipſo, intellectus autem angeli cognoſcit res per ſpecies ſibi concreatas, quæ ſunt ſimilitudines rerum. Sed intellectus humanus cognoſcit res per ſpecies abſtractas a rebus particularibus per ſenſum prius cognitis. Vnde ſciendum, ꝙ ſicut ſenſus cognoſcit res præſente obiecto, & ſicut imaginatio cognoſcit abſente obiecto, & tamen cum appēdicijs materiæ: ita intellectus cognoſcit ſine appendicijs materiæ ſub intentione vniuerſali. Anima igitur per intellectum aliqualiter cognoſcit omnia, & attingit. Cognoſcit enim Deum ſupra ſe, & ſeipſa in ſe, & angelos iuxta ſe, & quicquid cœli ambitu continetur, infra ſe. Quis ſit autem

modus

modus cognoſcendi Deum, nota ꝙ intellectus humanus non cognoſcit Deum per abſtractionem, ſicut alias res: & hoc ideo, quia ſimilitudo abſtracta ſimplicior eſt illo a quo fit abſtractio; Deo autem nihil ſimplicius eſt. Alia ratio eſt, quia in abſtractione oportet eſſe vniuerſale & particulare. Particulare quidem a quo fit abſtratio: vniuerſale autē, ſcilicet ipſum abſtractum, ſed nihil horum cadit in Deum. Cognoſcitur igitur Deus naturali cognitione, quia intellectus poſſibilis ita formatus lumine intellectus agentis, qđ

A eſt ſimilitudo primæ lucis, in hac ſimilitudine cognoſcit lumen ꝙ eſt Deus. Sciendum præterea ꝙ per ſenſum cognoſcimus particularia, ſed per intellectum vniuerſalia: & quādo ſe intellectus conuertit ad particulare, vt ipſum apprehendat, tūc ſimilitudo abſtracta a particulari erit vniuerſalis, & non particularis. Item nihil venit in intellectum niſi per ſenſum, & hoc fit duobus modis. ſ. vel ſimpliciter, vel per accidens. Simpliciter quidem, vt quando intelligimus ſenſibilia prius per ſenſum apprehenſa. Per accidens autem, quando intelligimus inſenſibilia per effectum. Notandum eſt etiam, ꝙ aliud eſt rem per cognitionem in intellectum venire, & aliud eſt in re iā intellecta verſari: quia tunc cognitio rerum per ſenſum venit in intellectum, ſicut dictum eſt: ſed cum intellectus rem iam apprehendit, tunc delectatur & negotiatur in illa etiam ſiue ſenſus adminiculo. Ad cognoſcendum autem iſta plenius, nota vtrunque verum eſſe. ſ. ꝙ per particularia cognoſcuntur vniuerſalia, & econtra per vniuerſalia cognoſcuntur particularia,

Hoc modo inuiſibilia Dei per ea, q̄ facta sūt intellecta conſpiciuntur. Rom. 1.

Illud

Iſtud ſic patet: quia duplex eſt vniuerſale, vnum.ſ. prout eſt abſtractum, & aliud confuſum, videlicet ſecundum ꝙ eſt in particulari. Dicimus ergo, ꝙ ad cognitionem vniuerſalis abſtracti venimus per particularia; ſicut patet in pueris, in quibus prius operatur ſenſitiua quàm intellectiua: quia prius cognoſcunt particularia per ſenſum, & poſtea vniuerſalia per intellectum. Sic & philoſophi inuenerunt modum argumentandi per inductionem: quia ex multis propoſitionibus particularibus vnam concluſerunt vniuerſalem, hoc modo; Socrates eſt animal, Plato eſt animal, Cicero eſt animal, ergo omnis homo eſt animal. Econtrario eſt in vniuerſali confuſo: quoniam per talem vniuerſalẽ venimus in cognitionem particularium: ſicut patet quando videmus hominem a remotis, tunc non cognoſcimus, niſi eius ſubſtantiam corpoream: ſed poſtea per motum cernitur eſſe animal: dum verò magis appropinquat, cernitur eſſe homo: tandem cognoſcitur eſſe Petrus. Nota ꝙ ſecundum philoſophum plura ſcire poſſumus, ſed vnum ſolũ intelligere: quoniam ſcire dicit habitum per quem plura ſcimus: intelligere autem dicit actum, qui non poteſt eſſe duplicatus. Intellectus.n. ad vnum ſolum ſe poteſt actualiter conuertere: & hoc patet, ꝙ quando quis agit duos actus rationis ſimul vno tempore, vnus eſt intellectus, & alius memoriæ, ſiue conſuetudinis: verbi gratia aliquis dicit horas, & cum hoc in libro quærit concordantias, vel numerat denarios: vnum illorum.ſ. quærere concordantias, eſt actus intellectus: ſed aliud.ſ. dicere horas, eſt actus memoriæ:

Talis igitur nõ ſatiſfacit offìcio, ſtudioſe dicendo. extra de celebr. miſ. c. dolentes.

liceat

ſicut etiã animal brutum ſine regimine intellectus vadit ad domũ ad quam ſæpe iuit. Item nota ꝙ ad intelligentiam rei non requiritur præſentia rei intelligibilis, ſed præſentia ſimilitudinis eius tantùm: quia res non cognoſcitur per eſſentiam, ſed per ſimilitudinem tantum: & econuerſo: & inde eſt quod intellectus apprehendit remota ſicut propinqua.

S C H O L I A.

A Poſſibilis formatus lumine intellectus agentis &c.] In hac primę lucis ſimilitudine ſicut qua cognoſcitur, cognoſcit lumẽ, quod eſt Deus. i. cognoſcit aliquem effectum viſibilem Dei. ex quo effectu cognito, ſurgit in cognitionem Dei. Non. n. lumen intellectus agentis eſt quod intelligitur, & conſequenter multo minus per illud, tamquam cognitum Deus intelligitur. 1. q. 88. art. 3.

De intellectu agente & poſſibili. Cap. XLVI.

NVNC de intellectu agente & poſſibili ſpecialiter eſt dicẽdum. Intellectus igitur agens eſt qui abſtrahit ſpecies ab imagi-
A ne ſiue phãtaſia, & ſua irradiatione facit vniuerſales, ac ponit in intellectu poſſibili. Nã ſicut ad viſum corporalem exigitur lux abſtrahens intentiones colorum. i. ſimilitudines a colorato, & ponit eas in aere, non quidem ſecundum ſpeciem, ſed ſecundum intentionem. i. ſimilitudinem: ſic intellectus agens, qui eſt lux animę, ponit ſpecies abſtractas a phantaſia in intellectu poſſibili, non

quidem actualiter, ſed ſecundum intentionem, id eſt, ſimilitudinem. Quare imaginatio, & intellectus poſſibilis non ſunt potentię eiuſdem ſpeciei? quoniam altera eſt potentia animæ ſenſibilis, altera animę rationalis. Intellectus autem poſſibilis dicitur, quia poteſt recipere tales ſpecies, ſed nondum recepit eas: cuius exemplum eſt tabula nuda nullam habens picturam, poteſt tamen habere quancunque. Sanè cùm intellectus poſſibilis tales ſpecies receperit, tunc (ſicut habes ſuprà,) vocatur intellectus in effectu, vel in habitu. cùm verò illuſtratur multitudine ſpecierum ſenſibilium, tunc eſt intellectus adeptus. Qualiter autem iſtę ſpecies remaneant cum intellectu poſſibili, vel qualiter ad eas fias per reminiſcentiam conuerſio & reuerſio, habes ſuprà in cap. de memoria. Porrò intellectus agens & poſſibilis differunt, ſicut lux & illuminatum, & ſicut perficiens & perfectibile: quia vt ait Philoſophus, intellectus agentis eſt omnia facere, ſed intellectus poſſibilis eſt omnia fieri. † Et vt plenius innoteſcat, notādum quòd ſicut ad hoc, quòd per ſpeculum aliquid videatur, tria ſunt neceſſaria, ſcilicet ſpeculum quod aptum natum eſt recipere impreſſionem corporum obiectorum, color autem in corporib. obiectis: & lux qua moueatur color corporum obiectorum, quę ſine luminis influxu quantunque obijciantur, non ſunt receptibiles a ſpeculo, ſic ſimiliter ad hoc, vt aliquid in intellectu videamus, oportet quòd ſit intellectus poſſibilis, qui aptus natus eſt recipere ſpecies, quemadmodum dictum eſt de ſpeculo,

† Ab hīc vſque ad finem capitis, additio eſt, nec habetur in vetuſtis codicibus.

culo, oportet etiam quòd ſint ſpecies ſpeculatæ apud intellectum poſſibilem, qui habet ipſas in habitu, cum ſit locus ſpecierum vniuerſalium. Sed ſicut color in corpore nō mouetur, nec ſpecies, niſi mediante lumine imprimãtur in ſpeculo, ſic nec phantaſmata erunt actu intelligibilia, niſi intellectus agens irradiet, & diffundat ſuper eum lumē ſuum, ſicut lux ſuper colores, vt ſic ſecundum actum intelligibilia efficiantur.

SCHOLIA.

3. de anima. A Intellectus igitur agens eſt quòd abſtrahit &c.] Ideſt ex ſplendore agentis ſuper phantaſmata eliquatur quædam ſimilitudo è phantaſmatibus ipſis, veniensque ad poſſibile informat ipſum; & conſequenter facit eum actu intelligentem. Exemp. Ex ſplendore luminis extrinſeci ſuper colores eliquatur quædam ſimilitudo è coloribus ipſis, veniensque ad oculum informat ipſum; & conſequenter facit eum actu videre. [1.q.79.ar.3.

Abſtractio quomodo fiat.

De intellectu ſpeculatiuo & practico. Cap. XLVII.

A SEQVITVR de intellectu ſpeculatiuo, & practico, qui ambo in cognitione cōſiſtunt, ſed in hoc differunt, ꝙ intellectus ſpeculatiuus cognoſcit verum in ratione veri, practicus autem cognoſcit verum in ratione boni. Item intellectus ſpeculatiuus vocatur cognitio ſpeculatiua, ſed practicus dicitur cognitio actiua. Item finis ſpeculatiui eſt verum, finis autem practici eſt opus.

Item

Item per ſpeculatiuum intelligimus rectè, ſed per practicum rectè viuimus. Intellectus practicus vocatur operatiuus, quia dicitur a praxis, quod eſt operatio. Item intellectus practicus diuiditur in rationem, & ſynderesim. Ratio autem diuiditur in partem ſuperiorem & inferiorem: de quibus per ordinem eſt dicendum.

SCHOLIA.

A Speculatiuo, & practico qui ambo.] Videlicet ſecundum rationem non ſecundum rem. Non enim hi ſunt diuerſæ potentiæ [1. quæſt.79.art.11.] licet intellectus agens, & poſſibilis ſint potentiæ diuerſæ realiter. Vbi ſuper art.11.

De potentiarum diuerſitate.

De ratione, & partibus eius. Cap. XLVIII.

RATIO eſt vis animæ nō ſolùm cognitiua, ſed etiā motiua. Ratio autē cùm iudicat aliquid eſſe bonum vel malum, & ibi ſiſtit, tūc dicitur cognitiua. Si autē procedit amplius, & iudicat eſſe bonum vt fiat, ſic diciť motiua. Si verò adhuc vlterius procedit, vt non ſolum iudicet eſſe bonum vt fiat, ſed etiam id appetit, ſic dicitur liberū arbitrium: quoniā liberum arbitrium compræhendit rationem, & voluntatē. Ratio autem prout ſe habet ad bonum particulare, diuiditur in partem ſuperiorem, & inferiorem: Superior pars diuinis ac æternis intendit, inferior autē de tranſitorijs iudicat & diſponit. Itē ſuperior pars accipit rationes per leges diuinas: vt, hoc eſt faciendū. quia Deus præcepit. Pars autem inferior acci-

pit rationes per leges humanas: vt, hoc eſt faciendum, quia honeſtum eſt, vel quia expedit republicæ. Item ſuperior pars rationis dicitur virtus, quæ licet vſque ad contemplationem æternorum ſe extendat, differt tamen ab intelligentia, quia intelligentia negotiatur in æternis per modum intentionis. ratio autem non ſic, ſed conferendo & ratiocinãdo. Differt autem ratio etiam alio modo ab intellectu, quoniam intellectus apprendit eſſe rei abſolutè, ratio autem cũ collatione vnius ad alterum. Inferior verò pars rationis dicitur multipliciter: quæ quia circa res corporales verſatur, coniuncta eſt ſenſualitati, & ſæpe allicitur ab ea. videt enim ſemper ſibi porrigi pomum, id eſt illecebram vicinam. Ratio tamen inferior & ſuperior idem ſunt in eſſentia, ſed differunt in officio. Exemplum in oculo ſurſum & deorſum aſpiciente.

Exemplum.

SCHOLIA.

A Differunt in officio.] Idem dic de ratione ſuperiore, & intelligentia, de intellectu, & ratione [primę quæſtio. 79. articulo octauo nono & decimo,] ergo intellectus, intelligentia, ratio ſuperior, ratio inferior, ſunt vna potentia ſecundum rem.

De eodem.

De potentijs animæ motiuis. Cap. XLIX.

A VIRIVM motiuarum animæ rationalis eſt diuiſio. Diuiditur enim vis motiua in imperatiuam, & conſiliatricem, & affectiuam, & conſiliatricem & affectiuam ſimul.

ſimul. Vis imperatiua eſt liberum arbitriũ, & ſynderesis. Conſiliatrix eſt ipſa ratio, quę diuiditur in partem ſuperiorem & inferiorem. vis autem affectiua eſt voluntas, quę diuiditur in theliſin, & buliſin. Vis, quæ ſimul & conſiliatrix eſt & affectiua, eſt ipſe intellectus practicus.

SCHOLIA.

A Virium motiuarum &c.] Nota terminos. Liberum arbitrium eſt potentia appetitiua. 1. q. 83. ar. 3. eadem eſſentialiter; quæ voluntas. ubi ſup. ar. 4. ſindereſis non eſt potentia; ſed habitus naturalis. 1. q. 79. art. 12. voluntas eſt potentia appetitiua reſpectu finis. (Hæc dicitur græcè Teliſis): buliſis eſt voluntas reſpectu eorum quæ ſunt ad finẽ. (Hæc dicitur ſupra liberum arbitrium) ergo teliſis, buliſis, voluntas, liberum arbitrium, ſunt ſecundũ rem eadẽ potentia 1. q. 83. ar. 4. De eodem.

De voluntate. Cap. I.

INTER dictas potentias primo dicendum eſt de voluntate, quæ inter cæteras motiuas eſt præcipua, cum ſit generalis motor omnium virium. Cum. n. intellectus voluntati repræſentat aliquid, vt bonum; voluntas imperat viribus affixis ipſis organis, ſicut viſui ad videndum, auditui ad audiẽdum, & ſic de alijs ſenſibus. Similiter in motu locali voluntas imperat virtuti animali, quæ eſt in neruis & in muſculis, & ita mouet ad ambulandum, vel currendum, & ad huiuſmodi ſimilia. Sed fallit iſtud in potentijs animæ vegetabilis, in quibus voluntas ſuum imperiũ non exercet. Nutritiua enim A

& generatiua & augmentatiua non ſecundum noſtrum arbitrium, ſed naturaliter operantur. voluntas autem in duas diuiditur partes, ſ. in theleſin, & buleſin, id eſt voluntatem naturalem & deliberatiuam: quarũ prima, ſ. volũtas naturalis dirigitur per ſyndereſim: ſecunda verò, ſcilicet deliberatiua, per rationem. Nota quòd voluntas propriè & ſtrictè tantummodo rationabilium eſt, ſed largè dicitur etiam brutorum eſſe. Impropriè verò & quaſi metaphoricè dicitur etiam eſſe vegetabilium. Vnde, voluntas prîmo modo ſumpta, ſ. prout eſt rationabilium, propriè voluntas dicitur. Secundo autem modo, prout eſt brutorum, vocatur propriè deſiderium. Tertio modo prout eſt vegetabilium, vocatur appetitus. Inter potentias autem nulla eſt liberior quàm volũtas: quia nec obligatur organo, ſicut imaginatio, æſtimatio, & huiuſmodi: nec cogitur a bono, ſicut intellectus cogitur a vero. Vires etiam affixæ organis immutantur neceſſario immutato organo, quibus omnibus voluntas caret, vnde ait Auguſtinus. Nihil adeò in noſtra poteſtate eſt, ſicut voluntas. Si autem ſcire volueris quare voluntas nõ cogitur a bono, ſicut intellectus a verò: hæc eſt ratio, quia citra primum bonum nihil eſt ita bonum, quòd non aliquid imperfectionis habeat, nec aliquid ita verum eſt, ꝙ nihil falſitatis habeat: vt patet in hac propoſitione, Quodlibet totum maius eſt ſua parte: vnde tali vero cogitur intellectus aſſentire, ſed voluntas nulli bono creato cogitur adhęrere. Item voluntas videtur interdum cogi per inordinatum appetitũ, prout

volun-

volũtas quandoq; trahit hominẽ & allicit, vt bonũ ſpernat incõmutabile, & rebus mutabilibus adhæreat, ſed in huiuſmodi coactione libertas quædã eſt. vnde Auguſtinus. Omne peccatum adeo eſt voluntarium, ꝙ ſi non eſt voluntarium, non eſt peccatum.

SCHOLIA.

A Potentias motiuas] Scilicet per modũ agentis: non autem per modum finis. [1. q. 82. art. 4.] Nam ſic intellectus mouet voluntatem, & ſecundum philoſophum eſt altiſſima omnium potentiarum animæ. [vbi ſup. arti. 3.] 10. Ethi.

De ſyndereſi. Cap. LI.

SYNDERESIS vis eſt motiua, quæ ſemper nata eſt figi in ſuperioribus, naturaliter mouens & ſtimulans ad bonum, & abhorrens malum: & in iſtis nunquam errat, neque ſecundum ſyndereſim eſt peccare. A Sciendum etiam, ꝙ ſyndereſis nunquã extinguitur totaliter, etiam in Diabolo, & in damnatis. remanet enim in illis aliquis eius actus. Synderesis enim quantum ad inſtinctum boni, & quantum ad diſplicentiam mali culpæ abſolutè conſideratæ extincta eſt in Diabolo & damnatis: ſecundum verò quòd culpa comparatur ad pęnã, ſic non eſt extincta in illis ſynderesis: & in hunc modum remanet in eis ad pęnam. Iſa. vermis eorum non morietur. Habent igitur diſplicentiam mali in comparatione & collatione ad pœnam. Iſa. 66.

SCHOLIA.

A Neque ſecundum ſynderesim eſt pec-

care.] Sicut enim circa principia prima ſpeculabilium non eſt errare ſecundum Philoſophum, ita in primis principijs operabilium; & ſicut illa ſunt naturaliter nota, ita hæc, ergo ſicut naturalis habitus, ideſt cognitio illorum, dicitur intellectus principiorum, ſecundum Philoſophum: ita naturalis habitus, id eſt cognitio horum dicitur ſynderefis.[1.q.79.art.12.

1. Metaphy. pluries. 6.Ethic.

De conſcientia. Cap. LII.

HOC nomen conſcientia componitur ab hac præpoſitione, con, & hoc nomine ſcientia, vnde conſcientia dicit duo, ſ. ſcientiam, & ſecundum hoc conſcientia eſt habitus naturalis, non ſolùm cognitiuus, ſed etiam motiuus; inclinat enim animam ad proſecucionem boni, & fugam mali. Aliud conſcientia dicit. ſ. acceptionem ex parte rationis, quod notatur ex hac prępoſitione, con. Primo igitur modo, prout conſcientia includit ſcientiam in ſe, habet ſe ſicut ſuperius: & coniungitur ſynderesi, & ſemper eſt recta. Secundo modo coniungitur magis rationi: & ſic ſe habet ſicut inferius. hoc modo recipit errorem, & conturbationem. In conſcientia enim ex parte inferiori bene poteſt accidere error. Nam cõſcientia cum parti inferiori iungitur, habet verſari circa particularia, in quibus ſæpe contingit errare, ſicut patet in ſyllogiſmo conſcientiæ, in quo ſynderesis proponit maiorē ſic: nullum malum eſt faciendum. ratio ſubſumit minorem, ſic, ſ. hoc eſt malum, conſcientia concludit, ergo non eſt faciendum. Cir-

Diſcurſus conſcientiæ.

ca primam non eſt error: circa ſecundam quandoque eſt error: & ex hoc falſitas in concluſione quandoque oritur. Cauēda eſt conſcientia nimis larga, & nimis ſtricta. Nam prima generat præſumptionem, ſecunda deſperationem. Item prima dicit ſæpe malum bonum, ſecunda econtra bonū malum. Item prima ſępe ſaluat damnandum. ſecunda econtra damnat ſaluandum. Nota quòd aliud eſt conſcientia, aliud eſt timor conſcientiæ. Tunc.n.eſt conſcientia, quando quis finaliter iudicat aliquid eſſe faciēdum vel vitandum: & contra talem conſcientiam facere, & etiam ſi ſit erronea, peccatum eſt. Sed contra timorem conſcientiæ facere, nòn ſemper eſt peccatum: quia talis timor non eſt ſemper ex diffinitiua ſententia rationis, per quam iudicet ſe teneri ad aliquid: ſed ex eo quòd vacillat inter dubia, neſciens quid ſit melius: vel ad quid teneatur potius, cum tamen non omitteret quicquid ſciret eſſe placitum diuinæ volūtati. De conſcientia quoq; ſciendum quòd quandoque reſpicit præteritum, quandoq; pręſens, quandoque futurum. Nam conſciētia accuſat de præterito, remurmurat de præſenti, & præcauet de futuro. Præterita namq; reſpicit, vt quando conſcientia mentem de hoc, quod ſibi conſcientia eſt reprehendit, ſicut de malo commiſſo, vel de bono omiſſo. Præſentia etiam reſpicit contradicendo eis, quorum per conſcientiam habuimus oppoſitum. Futura quoque reſpicit, vt quando inſtruit & ſtimulat mentem ad ea facienda vel vitanda, ad quæ ipſa cōſcientia iudicat nos teneri. Quòd autē conſcien-

Hinc dicitur, quòd nimis ſcrupuloſi ſunt de ſalute periculoſi. A

ſcientia ſe extendat (vt dictum eſt) tam ad facta quàm ad faciēda, poteſt colligi ex diſfinitionibus conſcientię, quę tales ſunt. Dicit.n. Io.Dam.ꝙ conſcientia eſt lex intellectus noſtri. Baſilius autem dicit eam eſſe naturale iudicatorium. Diffinitiones iſtæ magiſtrales ſunt. Conſcientia eſt cognitio ſui ipſius. Itē, Conſcientia eſt animi habitus agendorum & non agendorū. Item, conſcientia eſt habitus mentis boni & mali diſcretiuus. Item conſcientia eſt credulitas intentionis ad aliquid faciendum vel non faciēdū animi deliberatione firmata. Error conſcientiæ octo modis cauſatur. Primò ex ignorantia, quando ſ. neſcit quis quid eligendum ſit vel declinandum. De tali errore dicitur Paralipom. 20. Cū ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum reſidui habemus, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Secundò ex negligentia, vt cùm quis negligit conſcientiam diſcutere, vel ſi neſcit ſe expedire, negligit tamen ab alijs quærere. Tertiò ex ſuperbia, vt quando quis non humiliat intellectum ſuum, vt melioribus & ſapientioribus ſe velit credere. Cōtra quos Apoſtol. 2. Corinth. 10. Captiuantes omnem intellectum veſtrum in obſequium Chriſti. hoc eſt dicere, quòd quilibet in credendis plus debet fidei credere, quàm ſibi: & in agendis plus debet alijs credere, quàm ſibi. Quartò ex ſingularitate, qua homo ſequēs ſenſum proprium, non conformat ſe aliis, nec ſequitur vias communes bonorum. De his in Numeris: Extrema caſtrorum cōſumpſit ignis. Quintò ex affectu inordinato, qui ſæpe inclinat conſcientiam ad id, quod

Ergo via ad cognoſcendum ſeipsū eſt ſæpius examinare conſcentiam ſuam.

Ergo ſæpius examinare conſcientiam eſt via ad acquirendam veram humilitatē: ꝙ eſt cognitio vera ſuiipſius ſibi ipſi vileſcens.

Non procuitādis conſcientiis erroneis.

Num. 15.

tunc homo appetit, & ſic facit eam a ſua re- ctitudine deuiare. Seneca. Perit omne iudicium, cũ res tranſit in affectum. Sextò ex puſillanimitate, qua quis timet non timenda ſecundum rectum iudicium rationis. Iſa. Dicite puſillanimes, confortamini, nolite timere. Septimò ex perplexitate, qua homo ſe credit eſſe poſitũ inter duo peccata, quorum alterum ſit impoſſibile declinare. Sed ſciendum ꝙ perplexitas nihil eſt ſimpliciter: poteſt tamen quis eſſe perplexus ſecundum quid, id eſt ſecundum erroneam conſcientiam, qua depoſita erit liberatus. Octauò ex humilitate, & cordis puritate. Gre. Bonarum mentium eſt ibi culpas agnoſcere, vbi culpa non eſt. Error primis ſeptem modis acceptus reprehenſibilis eſt: octauo verò modo laudabilis eſt, imò nec error dici debet. ſed humilis ſuorum defectuum recognitio: dummodò non ſit nimia. Iſa. 65.

SCHOLIA.

A Conſcientia eſt lex intellectus noſtri, &c. eſt naturale iudicatorium.] Quia habitus eſt principium actus; ideo conſcientia, quæ eſt actus, hic diffinitionem habet ſinderesis, quæ eſt habitus. Hac ratione, etiam B. Hieronymus, ſinderesim conſcientiã vocat. Nam conſuetum eſt quod cauſæ & effectus per ſe inuicem nominentur. 1.q.79. artic.13. Glo. Eze. ch. 1.

B Etiam ſi ſit erronea.] Quoniam conſcientia errans accipit aliquid vt Dei præceptum; licèt reuera non ſit. Vnde quando quis facit contra conſcientiam ſuam erroneam; facit, ſecundum ſuam acceptionem, contra Dei prçceptũ: & per conſequens peccat mor- Quid liget conſcientia erronea.

cat mortaliter. Remedium in his conſcientijs deponendis eſt conſulere patres ſuos ſpirituales, ſapientes, & timoratos viros, vt infra hic patet, & illis acquieſcere. 12.q.19. art.5.6. & 2.diſtinct.39.art.fin. D.Cardin.in ſummula.verſic.Scrupulus. Sancta Brigida reuelationum lib.4.cap.79.lib.5. Interrogatione 4.reſp.5. O quàm bene.

Remediũ vtiliſſimum.

De operationibus animæ.
Cap. LIII.

ANima ſecũdum diuerſas potentias, multas & diuerſas habet operationes. Ipſa enim cognoſcit uerum per intellectum ſpeculatiuum, affectat bonum per intellectum practicum: Diſcernit conferendo inter bonum & malum, uerum & falſum per rationem. Diſcernit ſimul, & eligit per liberum arbitrium. Conſentit per uoluntatem.

A

Inuenit medium per ingenium: ſtimulat ad bonum per ſyndereſim. Anima autem in actibus ſuis ordinem habet. nam, quod ſenſus percipit, imaginatio repræſentat, cognitio format, ingenium inueſtigat, ratio iudicat, memoria ſeruat, intelligentia apprehendit, & ad contemplationem adducit. Anima preterea cognoſcit res præſentes per ſenſum, abſentes uerò per imaginationem, res autem immateriales per præſentiam ſui, ſemetipſam ac ſeipſam per reflexionem ſupra ſe. Habet etiam alios actus anima pertinentes ad corpus, ſicut eſt uegetare per uirtutem animalem, & uiuificare per uirtutem vitalem, de quibus omnibus dictũ eſt ſup.

SCHO-

SCHOLIA.

A Diſcernit ſimul, & eligit per liberum arbitrium] Sic tamen quod liberi arbitrij eſt formaliter eligere; præſuppoſitiuè autē per collationem, ſ. præcedentem diſcernere. Nam electio, ſecundū Philoſophum, eſt appetitiuus intellectus: ſeu intellectiuus appetitus. De electione. 12. q. 13. art. 1. 6. Ethic.

De quantitate animæ. Cap. LIIII.

ANima, cùm ſit ſimplex, non habet quantitatem dimenſiuam, ſed virtualem: vnde patet, quod anima, ſecundum eſſentiā non eſt in toto corpore, ſed in parte corporis determinata, & inde virtutem influit toti corpori; & ad hoc ponit Calcidius exemplum de aranea, quæ in medio telæ ſuæ reſidens ſentit quemlibet motum ſiue interius ſiue exterius in tela factum. Eodem modo anima in centro cordis poſita, ſine ſui diſtēſione totum corpus ſibi vnitum mouet. Nec contra ſimplicitatem animæ eſt, quòd res dicuntur eſſe animæ, ſ. vegetabilis, ſenſibilis, & rationalis: cuius intelligentia ſuperius eſt expreſſa. Anima quoque, licet ſit ſimplex, tamen ſecundum Boetium differt in eo, quod eſt, & quo eſt: ſicut & Angelus, & omne quod eſt creatum, quæ omnia differunt ſecundum rationem particularis, & vniuerſalis. A

SCHOLIA.

A Anima, cùm ſit ſimplex &c.] Ne putaueris (abſit) authorem eſſe hic cōtra Clemen-

mentinam, dum animam non eſſe in toto corpore, ſecundum eſſentiam dicit; ſed tantum eſſe in corde. Nam hic loquitur de anima, quatenus eſt motor corporis (inſtar Philoſophi libro de motu animalium) non quatenus forma. Vt forma enim confiteretur cum Clementina: quòd, cum ſit pro ſe actus corporis organici, eſt ſecundum eſſentiam (concorde Auguſtino) in toto, & ſecundum eſſentiam in qualibet parte. 1. q. 76. artic. 8.

Quomodo anima in corpore.

De ſumma Trin. & fi. cat.

De immortalitate animæ. Cap. LV.

Animam eſſe immortalem auctoritate oſtenditur & ratione. Dicitur enim in libro Sapientiæ. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum. & infra: Et ſpes illorum immortalitate plena eſt. Item in Apocal. Quærent homines mortem, & non inuenient. Item Greg. loquitur de malis inferni: Ibi mors ſemper viuit, finis ſemper incipit, & defectus deficere neſcit. Item Iohan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Item per rationes. Prima talis eſt: Omnis corruptio ex contrarietate cauſatur: nihil autem eſt quod ſubſtantiæ aĩæ contrarietur. Pręterea anima capax eſt beatitudinis, Deus autem (vt ait Auguſt.) ingenti liberalitate replet omnes creaturas pro captu earum: ergo confert animæ beatitudinem: ad beatitudinem autem ſpectat vita ęterna, & gloria perpetua. Pręterea ſi anima

moreretur cum corpore, homo non timeretur mortuus, ſicut nec lupus, nec canis mortuus: ergo relinquitur aliquid viuens poſt mortem hominis, qnod timetur: & hoc eſt anima. Præterea, cùm Deus ſit iuſtus, habebunt iuſti præmium, & mali pęnam: ſed hoc non fit in hoc mundo, cum mali videantur florere, deducentes in bonis dies ſuos, (vt dicit Iob) boni verò tribulentur: ergo fiet alibi: ſed hoc non poteſt eſſe, niſi anima ſit immortalis. Auguſt. Tranſeunt in præſenti tribulationes, & proſpera cum tempore: ſed cancellatis manibus more Iacob, eadem redeunt ſine fine manſura: vt hic tribulati & afflicti, ſine fine gaudeant: iucundi verò & ditati pęnas æternas ſuſtineant. Iac. Oē gaudium exiſtimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis. Beda ſuper iſto uerbo: Ne indignemini fratres mei, ſi mali in mundo florent, & uos patimini: quia nō eſt Chriſtianæ dignitatis in tpalib. exaltari, ſed potius deprimi. Mali nihil habēt in cęlo, vos nihil in mundo: ſed ſpe illius boni ad quod tēdit, quicquid in via contigat, gaudere debetis. Hieron. Difficile, imò impoſſibile eſt, vt præſentibus bonis quis fruatur, & futuris: vt hic ventrem, illic mentem reficiat: vt de deliciis ad delicias tranſeat: vt in cęlo & in terra glorioſus appareat. Præterea Deus fecit animam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſed Deus eſt immortalis, ergo & aīa.

Iacob. 1.

A

SCHOLIA.

A Bonis quis fruatur] Ideſt in illis ponat finem ſuum vltimū. Hoc tunc eſt; quando quis potius vult peccare, quàm carere aliquo bono cōcupito. Sic enim differt frui

Frui,

vti. & vti. De ratione ſi quidem fructus eſt, & ꝙ ſit vltimum (vt patet de fructu arboris), & quòd quadam dulcedine ſeu delectatione, appetitum quietet. Vti verò, cum importet ſemper applicationem alicuius ad aliquid dicitur eorum quæ ſunt ad finem. Vnde ea, quæ ſunt accommoda ad aliquem finem, dicuntur vtilia; & horum dicitur eſſe vſus, non fruitio. 12. q. 11. art. 3. & q. 16. art. 3.

De libero arbitrio.
Cap. LVI.

Liberum arbitrium (vt ait Auguſtinus) eſt facultas rationis & voluntatis, qua eligitur bonum gratia aſſiſtente, malum gratia deſiſtente. In hac diffinitione ſimul ponitur ratio & voluntas. Ratio quidem vt conſiliarius, voluntas autem vt imperator. Nam ratio dicit aliquid eſſe bonum vel malum, voluntas dicit: fiat. Nota ꝙ libertas liberi arbitrij eſt libera a coactione ſufficienti, ſed non libera a coactione efficienti. Nulla enim coactio exterior eſt cauſa ſufficiēs vt aliquid fiat, licet quandoque ſit efficiēs: vt patet in multis, qui coacti ſunt negare Chriſtum per tormenta. quoniam in huiuſmodi coacta voluntas, voluntas eſt, vt ait Aug. Quando e peccato verò peccator retrahitur gratia, tunc non deſtruitur libertas arbitrij, quia cęcus, vel claudus in foueam cadens quando extrahitur, non fit hoc illo inuito. Libertas arbitrij triplex eſt. ſ. a neceſſitate, a peccato, a miſeria. Prima libertas eſt naturæ, ſecunda gratiæ, tertia gloriæ. Itē

prima

prima eſt bonorum & malorum, ſecūda eſt tantummodo bonorum, tertia eſt in cœlo regnantium. Ex his patet, ꝙ libertas malorum eſt velle peccare, & etiam poſſe peccare. Libertas bonorum eſt poſſe peccare & nolle: ſed &c. ſed libertas in paradiſo fuit poſſe non peccare, & etiam poſſe non turbari: libertas verò patriæ eſt nolle & nō poſſe peccare, nec poſſe turbari. Patet ergo ꝙ liberum arbitriū liberius eſt in bonis, quã in malis, quia in bonis eſt tantummodo ſeruitus miſeriæ, in malis autem eſt ſeruitus miſeriȩ, & peccati: ſed in patria etiã liberrimū, quoniã omnis talis ſeruitus deſtruetur. Nota ꝙ licet Deus non poſſit mala facere, & ſimiliter Angelus, & animæ beatæ, tamen eſt in eis liberum arbitrium: quia bonum eligunt, & malum declinant, nō ex infirma neceſſitate, ſed libera voluntate. Eodem modo dicendum eſt de diabolo, ꝙ habet liberum arbitrium, bonum tamen ſemper reſpuit, & malum eligit: ſed hoc non facit in eo uiolēta coactio, ſed voluntaria obſtinatio. Liberū arbitrium habet ſe in quibuſdam indifferenter ad bonum & ad malum, vt in primis parentibus ante lapſum: in quibuſdam plus ſe habet ad malum, quã ad bonum, vt in regeneratis poſt baptiſmū: in quibuſdam plus ſe habet ad bonum, quã ad malum, vt in ſanctificatis in vtero: in quibuſdam neceſſario ſe habet ad malum, vt in infidelibus nō regeneratis: in qbuſdã neceſſario ſe habet ad bonum, vt in confirmatis, ſicut beata Virgo poſt conceptionem filij.

SCHOLIA.

A Neceſſario ad malum, vt infra.] Non neceſſitate abſoluta, tunc enim peccatum, non poſſet eſſe peccatum: ſed conditionata. Quia enim nolunt baptizari, ideo manent ſemper in peccatis ſuis; non quia in oĩ actione ſua peccent. Hoc in ſenſu dicebat Apoſtolus, Rom. 14. omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Et gloſa ibi. omnis infidelium vita peccatum eſt. Vita nanque infidelium non poteſt eſſe ſine peccato; cum peccata ſine fide non tollantur. Taceo, ꝙ illæ auctoritates intelliguntur etiam ſic, ꝙ ſcilicet quicquid agunt ex infidelitate, (vt quando dant eleemoſinam propter amorẽ Maumeti, vel nõ comedunt carnes ſuillas, vt ſeruent cerimonialia hæc legis veteris, vel huiuſmodi) peccatum eſt. Sic ergo intelligitur in textu adducta neceſſitas, ſicut illa; Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala [22.q.10.art. 4.] ſnppoſita enim hominum mala voluntate, neceſſe eſt, non aliter. & ideo non excuſantur à ſcandalis.

Infideles ſemꝑ in peccato: & quomodo.

B Neceſſario ad bonum.] Non neceſſitate coactionis, (ſic enim bonum non eſſet meritorium;) ſed neceſſitate finis, quia ſcilicet in Deo per gratiam ita delectantur liberè, ut alio diuertere ex decreto libertatis ſuę non poſſint. Licet enim voluntas ſe habeat ad oppoſita in his, quæ ſunt ad finẽ; tamen ad vltimum finem naturali neceſſitate ordinatur, quod patet ex eo, quòd non poteſt homo velle non eſſe beatus. [12.q.5. artic.4.

Neceſſitas cũ uoluntate, quomodo.

De

De natura corporis humani.
Cap. LVII.

HOMO Græcè antropos dicitur. i. arbor euerſa: habet.n. caput cum capillis ad modum radicis, brachia vero cũ cruribus ſunt quaſi rami. Solus etiã homo eſt longi, & lati corporis. Solus quoque homo eſt erecti corporis: & huius ratio duplex eſt, ſcilicet naturalis, & moralis. Naturalis ratio eſt, quia in alijs animalibus abundat in capite materia terrea deprimens, & deficit calor erigens: ꝙ non eſt in homine. Eſt & rõ moralis, vt. ſ. rectitudo ſtaturæ corporis, atteſtetur rectitudini mentis ſurſum ad cęleſtia tendentis. Accidentia animæ tranſmutant corpus, quia forma delectabilis imaginata mouet corpus, ſicut triſtabilis: & ideo dicit Auicenna multum triſtis, ac lepram timens erit aliquando leproſus: ſicut econuerſo quod corporis paſſiones redundant in animæ turbationem, ſicut patet in ſomno. Item partes corporis humani habent ſimilitudinem totius mundi, quia tanta eſt diſtantia inter extremitates duorum longorum digitorum vtriuſq; manus quanta eſt a vertice capitis vſque ad plantam pedis, ſicut tanta eſt diſtãntia à Zenith capitis ad oppoſitum Tropicum in cœlo, quanta eſt ab Oriente in Occidentem. Corpus humanum ex quatuor componitur elementis: ſed apparet terra in oſſibus & carne. aqua verò in humoribus, ſ. ſanguine, phlegmate, cholera, melancholia. Aer continetur in pulmone, & hoc patet, quia ſemper in motu eſt: nã pulmo vẽtilabrũ cordis

Imaginatio facit cauſam.

eſt, ne nimio calore diſſoluatur. Ignis cōtinetur in corde, & ideo inferius eſt latum, & ſuperius acutum, quam formam ignis tenet. Membra corporis triplicia ſunt. Sūt.n. quędam radicalia, hepar, cor, cerebrum, genitalia: inter quę tria prima ſunt eſſe indiuidui: in quibus, (vt ſupra dictum eſt) ſedē habet ſpiritus naturalis, vitalis, & animalis: ſed membra genitalia ſunt ad conſeruationem ſpeciei. Alia ſunt membra deſeruientia, vt venæ, arteriæ, & nerui, per quę vehitur ille triplex ſpiritus, vt habetur ſupra. Alia ſunt membra, & officialia, vt manus, pedes, & huiuſmodi. Sunt etiam membra tā artificialiter ordinata, vt mutuo ſibi deſeruiant, nam ſuperiora inferioribus adminiſtrant gubernationem, vt patet in oculis.
A Item inferiora prębent ſuperioribus ſupportationem, ut patet in pedibus, & cruribus, quæ totum pondus aliorum membrorū ſuſtinent. Item media impartiuntur vtriſque defenſionem, & neceſſariorum conquiſitionem, ut patet in manibus & brachijs. Item ſic ſunt ordinata, ut mutuò ſibi condoleāt. Nam ſi vnum membrum dolet, condolēt ei omnia membra, & hoc propter cōnexionē, & colligantiam. Item ſic ordinata ſunt, vt quando vnum membrum deficit, alia eius defectum ſuppleant: vnde videmus aliquos carentes manibus comedere cum pedibus, & alios carentes pedibus cum manibus ambulare. Itē ſic ordinata ſunt, vt vnū mēbrū periculis ſe exponat pro alio, vt patet in capite, ꝓ cuius defenſione alia mēbra periculis ſe exponūt. Itē magnus dolor in vno mēbro, facit minorē in alio nō ſentiri. Itē mē-
B
bra

bra quorum motus ſubeſt libero arbitrio, tam promptã obediẽtiã ſeruãt,ut inter imperium voluntatis, & executionem operis quaſi nulla mora uideatur: & hanc obediẽtiam videmus ſeruare oculum in uidendo, linguam in loquendo, os in comedẽdo, manus in operando, & huiuſmodi.

SCHOLIA.

A Mutuo ſibi deſeruiant.] Ideo Apoſtolus vocat eccleſiã corpus myſticũ, ut à corpore naturali diſcamus charitatem exercere. Quaſi dicat, charitatis liber ſit nobis fidelibus ſeruitus mutua membrorũ corporalium, qui & à ſapientibus, & inſipientib. legi facillimè poſſit. Vidiſtin' vnũ membrũ, puta pedem, dolere? Accurrunt mox alia: vnumquodq; pro officio ſuo ſolicitum. Manus blandiendo eum attrectat, remedia ei admouet, ab offendiculis eum faſcijs ligando protegit &c. Oculus tuus pedẽ illũ miſericordia quadã motus reſpicit, compatitur, collachrimatur &c. Lingua ꝓ pede clamat, medicũ accerſiri iubet, ſingula pedis ſui incõmoda pro apponenda medela narrat &c. Quid? Oculus, cùm ſe non videat, toti corpori videt; Auris, cum ſe non audiat, toti corpori audit; Manus, cum nuda remaneat, toti corpori veſtiendo attendit &c. vt tu vel hinc expergefactus addiſcas, ꝙ charitas nõ quærit, quę ſua ſunt, ſed ea quæ aliorũm. Nunquid non manus manũ lauat, amhæque vultum? Nonne pedes corporis reliquum portant, & à corpore vice verſa portantur? &c. Quis non charitatem (ſi loqui ſic liceat) membrorum admirãdo ſuſpiciat; ſi eorum, & ſingula ſingulis viciſſim, &

Rom. 12. 1.Cor. 12. Liber charitatis. 1.Cor. 13. Philip. 2.

omnia ſimul bono communi tam promptè, tam indefeſſe inſudare diligentius contempletur? Anima igitur mea in manibus meis ſemper. i. quomodo charitatis vera, atque ideo ſalutis animæ meæ, via arripienda mihi ſit, hoc in manibus meis (ideſt ante conſpectum meum in membris corporeis) depictum circumfero.

Pſal. 118.

Liber obediētiæ.

B Tam promptam obedientiam ſeruāt.] Prius librum charitatis modo ſuo vidiſti in naturali corpore tuo; nunc vide in eodem librum obedientiæ. Quod facit natura, vt naturaliter viuat; faciat corpus myſticum in gratia, vt ſupernaturaliter viuat. Ex his duobus libris ſic tibi ab auctore naturæ inſculptis contemplari licet duo. Primum, quàm intenſiſſimo deſiderio vellit Deus ſaluare omnes, qui vniuerſis tam manifeſtos pro edocendo ſalutis itinere libros inſeruit. Secundum, quàm inexcuſabilis eſt homo omnis, qui a ſalute exciderit. Huiuſmodi Chriſtus inexcuſationem inſinuauit huiuſmodi tali dū ait. Ex ore tuo te iudico ſerue nequā. Applica bene ex ſupra dictis.

Notatio ex illis.

De phyſonomia hominis. Cap. LVIII.

Notandū pro ſemper.

DIVERSÆ membrorū diſpoſitiones ſecundum artem phyſonomiæ diuerſos effectus ac mores indicant in hoīe, non qđ iſta ſigna neceſſitatē imponant moribus hominum, ſed oſtendant inclinationē naturę, quæ tamen retineri pōt freno rōnis. Sequamur igiť in hoc tractatu magnos huius artis magiſtros authores, ſ. Ariſtotelem, Auicennam,

cennam, Conſtantium, Phylemonem, Loxum, Palemotium, incipientes a cõplexionibus, Melancholicos triſtes, & graues eſſe dicimus, Sanguineos verò horum oppoſita habere videmus. Cholerici faciles ſunt ad iram, & phlegmatici pigri ſunt, & ſomnolenti. Phyſionomia ſexus eſt, quòd maſculus animus vehemẽs eſt ad impetus, ſtudioſus, & animoſus: fęminę autem miſericordes ſunt & timidæ. Capilli moles, & rari hebes ingenium proloquuntur. Item capilli criſpi hominem timidum, & lucri cupidũ. Capilli nimium depreſſi, & fronti imminentes ferum declarant animum: & his cõcordat capitis vrſi capillatura. Item capilli flaui craſſi, & albi indicant indociles. Capilli verò ſubnigri, ſi ſint moderatè tenues, mores indicant bonos, & bonam hominis complexionem. Caput nimis magnum, ſtolidũ indicat. Caput autem globoſum, & breue, eſt ſine ſapiẽtia & memoria. Caput humile ſuperius, & quaſi planũ inſolentiæ, & diſſolutionis dat indicium. Caput oblongũ aliquantulum, & malleo ſimile, hominem circunſpectum ac prouidũ indicat. Frons anguſta nimis indocilem, & voracem declarat: lata verò paruitatem ſignificat diſcretionis: ſed rotunda deſignat iracundiã. Itẽ humilis, & demiſſa ſignificat verecũdiam, & non admittentem turpia. Item quadrata & moderatæ magnitudinis, magnæ ſapientię, & magnanimitatis eſt indiciũ. Supercilia arcuata, quę cooiunguntur vſq; ad cornu naſi, ſignificãt ſubtilem & ſtudioſum in oĩbus operibus ſuis. Si autem ibidẽ coeunt, triſtem hominem, & parum ſapientem de-

demonſtrant. Si autem arcuoſitas declinat ad tempora, & ad gibboſitatē genarum, ſignificant negligentem. Itē ſupercilia ſi ſint longorum & multorum pilorum, ſignificāt ferum, & magna meditantē. Oculi, qui tanquam guttulæ viroris nitidi relucent, mores compoſitos indicant. Quando variè mouentur, vt modo currant, modo quieſcant, ſignificant mala volui iam in animo, ſed nondum eſſe perpetrata. Oculi glauci, ſplēdorem tamen micantes, ſignificant audacē & peruigilem ad malitiam. Oculi magni trementes & obſcuri, ſignificant potationē vini, & intemperantiam veneris. Oculi purè nigri ſignificant imbecillem, & ſine virtute animum, & lucri auidum. Quando autem guttulæ rubentes aliquātulū ibi ſunt, & tamen nigræ apparent, animum iuſtum, probum, & ingenioſum oſtendunt. Vbi autem in nigris oculis guttulæ vehementer rubent, & aliquæ tendunt ad quadraturā, & quædam ſunt pallidæ, quædam glaucæ, & circuli qui forinſecus ambiunt pupillas, ſunt ſanguinolenti, & ſunt magni oculi, & nitor pupillæ moueatur, vt mouetur palpebra, tales inquam oculi ſignificāt animum, qui omnium excedit morem ferarū, quicquid.n. nefandorum cogitari poteſt, talibus oculis perpetrabile eſt, nec etiam à domeſtico ceſſabunt ſanguine. Oculi nimiū prominentes rubicundi, & parui, linguā declarant effrenatā, & corpus inſtabile. Oculi acriter intuentes, ſi ſunt humidi, indicāt hominem veridicū, ac in agendis velocē ac ꝓuidum. Oculi qui frequenter claudūtur, & frequēter reſerātur, timidū ac imbecillem decla-

Oculus animi nūcios.

declarant. Oculi multæ apertionis ſignificant ſtultum & inuerecundum. Si aũt multæ clauſuræ ſunt, ſignificant mobilẽ, & incõſtantẽ in omnibus factis ſuis. Aures prominentes & valde magnę ſignificant ſtoliditatem, & garrulitatem, & imprudẽtiam: ſed valde paruæ, malignitatis ſunt indicia. Aures nimium rotundę, indocilem ſignificant. Aures oblongæ, & anguſtę, inuidiæ ſigna ſunt. Aures iacẽtes, & ſupra caput applicatæ pigritiã deſignant. Genæ craſſę ſignant ignauiam, & ſomnolentiam, nimiũ autem tenues malignitatem. Genæ rotundæ inuidiam arguunt. Nares patulæ, alacritatis, & fortitudinis dant indiciũ. longæ verò tenuens, mobilitatis, & leuitatis ſignum habent. Narium autẽ pars, quę iuxta frontem eſt, ſi nec alta, nec humili, ſed æquali linea deſcendat, virile ſignum eſt: & prudẽtiam & conſtantiam demonſtrat. Nares minores debito, furibus aſſignantur. Omnis vultus cum plenus eſt, & craſſus: ignauum & voluptatibus deditum ſignificat: vultus dependens cogitatorem ſubdolum indicat. Labia tenuia in ore maiori, ſi ſuperius labium aliquantulum exuperet, magnanimã indicat, & fortẽ. Tenui verò & parui oris imbecillem animum & verſutum indicant. Labia verò ſoluta aliquantulum ab ore dependentia, inertem demonſtrant. Nam in aſinis & equis antiquis ita inuenitur. Os paruum conuenit tam vultibus muliebribus, quàm hominibus effœminatis: ſed quod vltra modum dilatatur, voracem indicat, & immitem, & impium. Talis enim

Mentem prolixum aliquantulum demonſtrat minus iracundum, & minus perturbatum. Qui os paruum & breue mentum habent, immites ſunt & inuidi. Hoc.n.Plato ad ſerpentes referebat. Vtilius eſt mentum commenſuratum, ſecundũ aliquid ad quadraturam accedens. Mentũ ſi longè in prolixum diſtendatur, dolis aſſuetum oſtendit. Vox ſimilis exiſtens voci ouium, aut caprarum, ſtultitię habet indicium. Qui autẽ in modum auium vocem intendunt, de facili ſunt leues. Vox tenuis, & quaſi lugubris, triſtem indicat & ſuſpicioſum. Quorũ vox in nares incurrit, ita vt nares conſonẽt mẽdaces ſunt & maleuoli, ac malis alienis gaudentes. Ceruix longa & tenuis eum ſignificat qui maligna meditatur. Ceruix rotunda probat virtutem animi, & corporis humilitatem. Ceruix breuis indicium eſt eius qui cum temeritate audax eſt. Ceruix nimis erecta inſolentem & contumacem dicit. Pectus quod multis carnibus eſt congeſtum, indociles & ignaros indicat. Pectus quod longius eſt, quàm venter, prudentem indicat. Pectus ſi cum ventre nimietate pilorum tegàtur, ſignificat hominem inſtabilem, & animum ſine religione ac pietate. Cùm autem ſolum pectus capillos prafert, animoſum deſignat. Humeri tenues, & qui in acumine erecti ſunt, inſidioſum indicãt hominem. Brachia quando in tanta prolixitate extenduntur, vt erecto corpore extremitas medij digiti appropinquet ad genu, licet forte à menſura quatuor digitorũ deficiat, huiuſmodi habiles homines & fortes. cum autem prolixitas hæc ad femur deſi-

nit,

nit, vel parum vltra, declarat homines maleuolos, & malis alienis gaudentes. Manus nimium breues & exiguę, fortes deſignant, & ſagaces. Craſſæ manus ſi digitos breues vltra modum habeant, tegiuerſorem declarant, inſidioſum, & furem. Manus intortæ & tenues, loquacem ſignificant, & voracē. Vngues albi plani & molles ac tenues, ac rubentes, & bene perlucidi, optimum ingenium indicant. Vngues inflexi, & curui impudentes indicant, & rapaces. Vngues breues nimium, declarant malignum. Digiti collecti & globatim auarum dicunt & malignum. Digiti parui & tenues ſtultum demonſtrant. Digiti verò parui, & groſſi inuidum indicant & audacem. Latera tenuia, & anguſta, timiditatem indicant. Latera referta carnibus, & dura, oſtendunt hominē indocilem, hæc enim ad ranas ſecundū Platonem referuntur. Pars cruris, quæ ſub genu eſt, quæ vocatur ſura, quando plena eſt, & quaſi grauida, intemperatum hominem ſignicat & imprudentem: molles ſuræ effęminatis aſſignantur. Pedes craſſi & breues valde, infirmum hominem indicant. Pedes nimium prolixi ad hominem doloſum referuntur. Pedes pertenues, & breues produnt hominem malignum. Qui longis paſſibus incedunt, magnanimi eſſe ſolent, & efficaces. Qui celeriter incedendo ſe comprimit, & vultum deducit, atque totum corpus implicat, ſignificat timidum, parcum, & verſutum. Qui breues paſſus habet, eundoq; accelerat, malignus eſſe dicitur atque imbecillis. Color cutis niger verſutū indicat. Color albus, rubeusq; fortes aīoſosq; oſtēdit.

Color vehementer albus cum pallore defectum virtutis ſignificat ex nimia victoria phlegmatis. Color ignitus lucentibus oculis ad inſaniam vergit. Color medius inter nigrum & album qui declinat in brunum, ſi clarus eſt, oſtendit virum boni ingenij, & bonorum morum.

De Regula generalis phyſonomiæ. Cap. LIX.

GENERALITER ergo tenendũ eſt, ꝙ membra, quæ in proportione ſunt naturali quo ad figuram, colorem, quantitatem, ſitum, & motum, indicant mẽtis bonã habitudinẽ naturalem. Membra verò, quæ non habent proportionẽ debitã in figura, quantitate, ſitu, & motu, peruerſam mentẽ indicant. Propterea dicebat Plato, ꝙ quæcunque ſimilitudo animalium aliquorum in hominibus eſt, tales homines etiam in talium mores. Nota inſuper habent, quòd licet per ſigna membrorum naturalium mores hominũ cognoſcantur, non tamen impo nunt neceſſitatem, ſed oſtendunt inclinationem naturæ: nec ſemper denuntiant affectus hominum, ſed frequenter, & probabiliter. Itẽ propter ſigna exteriora, de quib. dictum eſt, non ſtatim proferendum eſt iudicium, quia fortè ſignũ eſt per accidens, & non per naturam: & fortè victũ eſt per cõtrariã conſuetudinẽ, & freno rationis tenetur: vnde narrat Ariſt. quòd diſcipuli Hipocratis detulerunt Philemoni excellẽti phyſonomo pictam imaginem Hippocratis,

qui pronunciauit de ipſo, quòd eſſet vir luxurioſus. Illis autem indignantibus, & culpantibus Philemonem, quod de optimo viro taliter iudicaſſet, retulerunt hoc Hippocrati: qui confeſſus eſt Philemonem hoc rectè iudicaſſe, ſed ex amore philoſophiæ, & honeſtatis dixit ſe concupiſcentias cordis ſui viciſſe: & accepiſſe per ſtudium, qđ naturæ fuerat denegatum. Denique ſciendū eſt, ꝙ ſigna exteriora non referuntur niſi ad eas paſſiones, quæ naturaliter inſunt homini, ſicut eſt ira, concupiſcentia, & huiuſmodi: non autem ad eas, quæ ſunt animæ ſolius, ſicut eſt Muſica, Geometria, & ſimilia. Sciendū quoque qđ in oculis principaliter cōſiſtit omnis perfectio phyſionomię: & ſi oculorum indicium confirmat cæterorum membrorum indiciū, tunc ratum dicit Loxus Ariſto. eſſe indicium, vt in leproſis. Si autē cōtrariātur, tunc prævalent indicia oculorum: ꝓꝓ ꝙ oēs phyſonomi affirmauerunt oculum eſſe verum cordis nuncium.

Ars vicit naturæ ꝓnitatē.

De ſtudij vtilitate.

Nota, de oculis.

De toto homine. Cap. LX.

POST QVAM expeditum eſt de homine ex parte mentis & ex parte corporis, nunc dicendum eſt de ipſo prout eſt cōpoſitus ex vtroque: vbi ſpecialiter oſtenditur dei potētia: quia naturas tā diſtantes coniūxit in vnā naturam perfectam, ſ. corporeā, & incorpoream, quæ maximè diſtant in ꝓdicamento ſubſtantiæ. Præterea cum eſſet vna ſola creatura, quæ habebat intus cognitionē ꝑ intellectū, vt Angelus: & alia, q̄ habebat foris ꝑ ſenſum, vt quodlibet aīal bru-

tum,fieri debuit creatura propter perfectio
nē vniuerſitatis, quæ hac duplici cognitio-
ne eſſet prędita,vt poſſet legere in libro ſcri
pto intus & foris, hoc eſt,in Creatore, & in
opere ſuo. Vnita eſt anima corpori. multi-
plici rōne, licet ſeparata dignior videatur.
Prima ratio eſt, vt ꝑ coniunctionē diſpariū
naturarum erigeretur mens ad ſperandam
illam vnionem,quæ erit inter animā & ſpi-
ritum creatum. Alia ratio eſt, vt anima ſer-
uiendo Deo in corpore, habeat maius me-
ritum,quia vbi maior pugna, ibi maior vi-
ctoria,& per conſequens maior corona.Dif
ficultas.n.operis multum valet ad efficaciā
merendi. Tertia ratio eſt propter comple-
mentum vniuerſi.Cum.n.(ſicut dictum eſt)
quædā eſſet creatura purè ſpiritualis, quæ-
dam purè corporalis, conueniens fuit fieri
creaturam mixtam, ſ. partim ſpiritualem,
& partim corporalem. Quarta ratio eſt,
quia ſicut corpus viuum valet ad fructum
pęnitentiæ: ſic poſt mortem reſuſcitatum
valebit ad conſecutionem ſtolæ duplicatæ:
quia non ſolum anima, ſed etiā corpus prę-
miabitur dote ſua. Quinta rō eſt, quia ho-
mo ex defectibus corporis multā hēt mate
Mich. 1. riam humiliationis, iuxta id, Humiliatio
tua in medio tui. Sicut.n. anima ex coniun
ctione ad corpus, plura conſequitur bona:
ſic & multa cōtrahit incōmoda.Primò,pec-
cati originalis inquinationē. Iob 13. Quis
pōt facere mundū de immundo cōceptū ſe-
mines? Secundò peccati pronitatē: Gen. 8.
Proni ſunt ſenſus hominis ad malū ab ado-
leſcentia ſua. Tertio bene operandi diffi-
cultatem. Prouerbiorum 24. Per agrum ho-
minis

minis pigri tranſiui, & ecce totum repleuerant vrticæ. Quartò, intellectus hebetudinem: Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Quintò, continuam impugnationem. ad Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c. Sextò, curarum ſolicitudinem. Matt. 6 Dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quod noſtra, &c. Septimò, paſſionum multiplicitatem: Iob 3. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, replетur multis miſeriis. Octauò, gloriæ retardationem, gloriam enim percipere non poſſumus quandiu in corpore detinemur: propter hoc Apoſtolus cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Philipp. 3

SCHOLIA.

A Difficultas operis &c.] Ex parte. ſ. operis: alioquin difficultas operis ex parte operantis diminuit meritum, quoniam infert charitatem in operante eſſe paruam. Actio enim charitatis eſt diminutio laboris. Sicut enim vnicuique difficile eſt, & laborioſum id, quod nō prompta voluntate facit, ita eſt facile, imo iucundum, quod ex amore facit. Exemplum de Iacob. Gen. 29. [12. q. 114. ar. 4. Difficultas dupl.

De proprietatibus hominis. Cap. LXI.

PRoprietates hominis ſunt iſtæ, diſcernere inter honeſtum, & turpe: vnde ſolius hominis eſt honeſtum proſequi. cum omnia bruta non niſi vtilia, & delectabilia ꝓſequantur. Item paſſiones ordinare ad limitem rationis. Sopra mundum per intelle- A

ctum

ctum eleuari, & ideo quando quis per adhæſionem in terrenis, ſe mundo inferiorē facit, iā quaſi honore humanitatis exutus, proprietatem accipit beſtiæ, ita vt dicatur fieri per immunditiam porcus, per iram canis, per rapinam leo, & ſic de alijs, quod Plato vocauit fędam animarum incorporationem (quod quidam malè intelligentes, crediderunt Platonem dixiſſe, ꝙ animæ exeuntes de corpore, intrabant beſtias, quod falſum eſt.) Amicitiam habet ſecundum omne genus amicitiæ: & in hoc differt à brutis, quæ non habent amicitiæ ſpeciem, niſi quæ delectationis eſt, vel connutritorum, & huiuſmodi. Intellectualibus theorematibus ſpeculari, & delectari talibus. Verecundari in turpi perpetrato. Propter quod inemendabiles dicuntur inuerecūdi, quia in aliquo mutati ſunt à rationis honore, pecorinam naturā aſſumentes. Perfectè eſſe cōiugale animal, eò quòd legibus ordinatis faciat honeſtas nuptias. Ciuile animal eſſe, quia diſtributiones, & cohabitationes, & fœdera, & pugnas perfectas habet ex vrbanitatibus ordinatas. Diſciplinæ eſſe perceptibile propter rationis vſum. Eſſe animal manſuetum natura propter ciuilitatem. Eſſe animal riſibile gloriabile, propter perfectas gaudendi rationes, quæ ſoli contingūt homini. Eſſe microcoſmum, id eſt minorem mundum, eo quòd de omnibus creaturis aliquid habeat homo, videlicet eſſe cū lapidibus, vegetari cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Ex duplici natura eſſe compoſitum, ſ. corporali, & ſpirituali. Creaturarum eſſe digniſſimam

Beſtialitas hominis vnde cauſatur.

Verecundia proprius honor hominis.

Antidotum tuū contra ſuperbiam nota, o homo.

mam. Eſſe animal rationale & mortale. Humana fragilitas in hoc conſiſtit, quòd in homine eſt aſſiduitas deficiendi, impoſſibilitas ſtandi, facilitas cadendi, difficultas reſurgendi, vilitas naſcendi, incertitudo moriendi. Defectus humanus eſt, quia quicqd habemus, aliunde habemus, & imperfectè, inſuper & amittere poſſumus. In homine quoque eſt moriendi neceſſitas, & hæc eſt, vel illata neceſſitas, ſicut fuit in Adam: vel innata, ſicut eſt in nobis: vel aſſumpta, ſicut fuit in Chriſto.

SCHOLIA.

A Solius hominis eſt honeſtum proſequi.] Sub ratione.ſ.honeſtatis. Alioquin animalia quædam honeſta faciunt; vt proprium cooperire ſtercus, vni tantum per coitum in vita coniũgi &c. ſed in omnibus his vtilitatem, vel delectationem inſtinctu naturali quærunt, non honeſtatem, vt homo.

De primis parentibus.
Cap. LXII.

SVMMA bonitas volens communicare bonum ſuum alijs, fecit creaturam rationalem, quæ ſummum bonum intelligeret, intelligẽdo amaret, amando poſſideret, poſſidendo beata eſſet. Fecit autem Deus primum hominẽ formando corpus eius ꝑ miniſterium Angelorũ de limo terræ in agro Damaſceno, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: hoc eſt, animam creauit, quã corpori facto vniuit. Factus eſt autem homo ad imaginem Dei in naturalibus, & ad ſimilitudinem in gratuitis. Dicitur autẽ ho- A

mo factus ad imaginem Dei potius, quàm Angelus, quia conuenientiam habet homo cũ Deo intus & extra, qđ nõ hẽt Angelus. Intus.n.habet conuenientiam cum Deo, ſecundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem, ſicut Angelus: ſed extra conuenientiam habet quã nõ habet Angelus. Nã ſicut a patre eſt filius, ſic ab homine homo eiuſdem naturæ. Præterea ſicut Deus prælatus eſt omni creaturæ ſimpliciter, ſic homo oĩbus in ſuo vniuerſo. Pſal. 8. Omnia ſubiecisti ſub ped. &c. Item ſicut Deus vbiq; eſt, ſic anima vbique eſt in ſuo habitu, id eſt in corpore, & per eſſentiam, & per potentiam.

B Dignitas humana eſt in hoc, ꝙ Deus fecit hominem ratione ſapientem, vita innocentem, dñio potentem. Primũ notatur in hoc quòd homo factus eſt ad imaginem Dei: ſecundum quòd ad Dei ſimilitudinem: tertiũ quia præpoſitus eſt homo cunctis animantibus, & alijs creaturis, quæ omnia ſibi ſeruiunt. Ex his nota, quòd voluntati bonorũ hominum non ſolum creatura, ſed etiã ipſe Deus omnipotens. Pſal. 144. Voluntatem timentium ſe faciet, &c. Item Angeli, qui deputantur ad cuſtodiam. Item dæmones, qui dantur ad exercitium bonorum. Item homines boni, qui ſunt ſocij tribulationũ, & erunt ſocij cõſolationum. Item homines mali, qui bonos magis promouent perſequendo, quàm poſſent facere ſeruiendo.

Seruitus propria, qñ dñs iuuat ſeruus, ſecũdũ quod ſeruus utiliter cupit.

Corpus tale dedit Deus primo homini, qđ animę ſubiectum eſſet, vt eſſet obtemperãs ſine rebellione, eſſet ẽt propagabile ſine libidine, eſſet vegetabile ſine mortalitate, eſſet proportionabile quantũ ad cõplexionem

nem æqualem, eſſet quoque conforme animæ, vt ſicut aīa erat innocens, & tamen poterat peccare, ſic corpus eſſet impaſſibile, vt tñ poſſet mortalitatem incurrere: & ideo poterat mori, & non mori: poterat habere ſufficientiam, & indigentiā, poterat obtemperare, & rebellare, & hoc fuit rōne naturę defectiuæ ex nihilo creatæ, nec per gloriā confirmatæ. Fuit tamen corpus ita conditum, vt in eo nulla eſſet pugna rebellionis, nulla pronitas libidinis, nulla imminutio vigoris, nulla corruptio mortis. Hæc autem immortalitas corporis, Adæ principaliter fuit ab anima, ſicut ab influente, à corporis æquali compoſitione, ſicut à diſponente: à ligno vitæ, ſicut à vegetante: à regimine vero prouidentiæ diuinæ, ſicut ab interius cōſeruante, & exterius protegente. Factus eſt itaque homo abſq; omni culpa, & miſeria, nec ad culpam habuit fomitis incitamentum. Inſuper datum eſt ei quadruplex adiutorium. Primū ad rectè volendum quod eſt conſcientia. Secundum ad murmurandum cōtra malum, & ad ſtimulandum ad bonū, quod eſt ſynderesis. Tertiū fuit ſcientia illuminans intellectū ad cognoſcēdum Deum ſuum, ſeipſum, & mūdum iſtum, qui factus fuerat propter ipſum. Quartū fuit charitas accendens affectum ad diligendum Deum ſuper omnia, & proximum ſuum ſicut ſeipſum. Prima duo pertinent ad perfectionē naturalium, alia duo ad perfectionem pertinent gratuitorum, quorū vnum fuit gratię gratis datæ, ſ. ſcientia: aliud gratię gratū facientis, ſcilicet charitas. Accepit homo triplicem oculum, primum carnis, quo

videret mundum: ſecundum rationis, quo videret animũ: tertium contemplationis, quo videret Deũ. Et ſic oculo carnis videt homo quæ extra ſe ſunt, oculo rõnis, quæ intra ſe ſunt, oculo contemplationis, quæ ſunt ſupra ſe. Notitiam.n.Dei habuit, cuius præſentiam quodã interiori aſpectu rõnis contemplabatur, non tamen ita excellen-

C ter vt in patria, nec ita in ænigmate, vt mo-

Cognitio Adę, quo dãmodo media inter patri-et, annos.

do in via. Res etiam factas nouit, quia animantibus omnibus nomina impoſuit. Notitiam quoque ſui habuit: quia qualis factus erat, ſciuit, & quod agere, & quod cauere deberet, intellexit. Fuit quoq; ſine pęnalitatibus, quia nec eſuriuit, nec ſitiuit. Item frigus, vel æſtus, labor, aut infirmitas eum non lęſit. Nec mortem expectauit, q a viuus erat ad gloriam transferendus. Veſtibus non eguiſſet, & nudus verecundiam nõ ſenſiſſet. Natura in eo quo ad deformitatẽ membrorum non erraſſet. Conceptus fuiſſet ſine pudore, partus ſine dolore. Motus membrorum ſubiecti fuiſſent voluntati.

SCHOLIA.

A Per miniſterium Angelorum.] Non quòd corpus primi hominis non ſit immediate à Deo productũ: ſed quia Angeli aliquod miniſterium in formatione illius corporis exhibuerunt, puta colligendo terram. tom.91.artic.2.

B Et per eſſentiam & per potentiã.] ſed per eſſentiã, vt forma ſubſtantialis: per potentiam tantum, vt motor tantum. vide ſupra huius cap.54.

C Nec ita in ęnigmate.] Nota ly ita non enim & Adam videmus in ęnigmate, cũ & ipſe

ipſe per fidem cognouerit Deum: nō p eſſentiam, niſi forte in raptu, qñ immiſit Dominus ſoporē in Adā. Gen. 2. Sed tamen nos obſcurius, ille minus obſcure, hoc eſt ipſum vidiſſe Deū ſine medio, vt dicit magiſter ſententiarū, in 4. diſt. 1. Primo quia non oportebat Adamum in Dei cognitionē venire per demonſtrationē ſumptam ab effectu, ſicut eſt nobis neceſſarium, ſed ſimul in effectibus, maximè intelligibilibus Deum cognoſcebat. Secundo quia eius cognitio erat quodāmodo media, inter cognitionem præſentis ſtatus, & cognitionem patriæ. Licet. n. cognoſceret Deum in ænigmate. i. per effectum. [Hic ſemper eſt obſcurum quid reſpectu diuinæ claritatis.] non tñ cum illa obſcuritate, quæ conſecuta eſt ex peccato. Cognoſcimus ergo nos in ænigmate dupliciter. Adam vero ſimpliciter, & per conſequens, etiam ex hac parte cognoſcebat Deū altiori cognitione. 1. q. 94. ar. 1.

De cognitione primi hominis.

A.

Ænigma ſimplex in Adā, in nobis duplex.

De præceptis Adæ datis. Cap. LXIII.

ADAM factum Deus in paradiſum trāſtulit, & ibi de coſta dormientis Euam ſibi ſociam formauit. Hanc non fecit de capite, ne viro dominaretur, nec de pedibus, ne contemneretur, ſed de latere, vt amoris vinculum probaretur. Duplex bonum illis Deus præparauit, vnum temporale, aliud æternum. Primum dedit, ſecundū promiſit. Ideo duplex præceptum primus homo habuit, vnum naturæ, ad cuſtodiendū bonum datum. Aliud diſciplinæ, ad promerendum

bonum promiſſum: & hoc non pôterat promereri melius, quàm per puram obediētiā, quæ tunc mera eſt, quando præceptum ex ſe ſolo obligat, & non ex alia cauſa, & tale dicitur præceptum diſciplinę, quia p ipſum diſcitur quanta ſit virtus obedientiæ. Vnde & diſciplinæ præceptum dicitur: quia vitare lignum ſcientiæ nō ſuadebat natura, ſed diſciplina. Præceptum verò naturę duplex fuit: vnum de conſeruatione indiuidui: vt
A ibi (Gen. 3.) De omni ligno paradiſi comedetis. Inter quæ ligna fuit in medio paradiſi ſpecialiter nominatū lignū vitæ, ſic dictū ab effectu, quia corpora primorum parentū debebat continuè vegetare. Aliud fuit præceptum naturæ pro conſeruatione ſpeciei, vt illud, Creſcite & multiplicamini. Circa pręceptum diſciplinæ nota quòd aliqd prohibetur, quia malum. Exod. 20. Non furtū facies. Aliquid quia occaſio mali. Matth. 5. Non iurare omnino: ſicut prælatus multa prohibere poteſt, quæ tamē nō ſunt expreſſa in ſua regula. Aliquid ad probationē obedientiæ, & tale fuit præceptū de ligno vitę.

Prohibitio triplex.

SCHOLIA.

A Lignum vitæ &c. continue vegetare.] Continue. ſ. ſi reaſſumeret. Non. n. dabat im mortalitatē ſimpliciter ſemel ſumptū, tęſte Auguſt. Sed neque ad determinatū tempus; cum eſſet corpus finitum, & conſequenter finitæ virtutis. in quęſt. 37. artic. 4.

In Quęſ. & ver. teſta.

De Paradiſo. Cap. LXIIII.

HOMO prædictis fultus auxiliis accepit locū paradiſi terreſtris in habitatio nem

nem tranquillam. Fuit autem locus ille (vt ait Damaſcen⁹) exultationis vniuerſę promptuarium, qui terra excelſior eſt poſitus, & temperato ac puriſſimo aere circunfulget, plantis ſemper & floribus ornatus eſt, bono odore plenus, nullumq; irrationabiliū animalium ibi habitat. Præterea habetur in Geneſi, ꝙ à domino paradiſus plantatur, fontē qui diuiditur in quatuor capita, irrigatur, ligno vitæ ac ſcientiæ boni & mali decoratur, per Cherubin & flammeum gladiū cuſtoditur. Notandum inſuper quòd ibi nullæ ſunt tempeſtates. Duæ quoq; ibi ſunt hyemes & duæ ęſtates, & bis fructificant ibi arbores. In vtroque ſolſtitio habent hyemē, & in vtroque æquinoctio æſtatē. Huius autem rō eſt, quia paradiſus ſub circulo æquinoctiali ſitus eſt. Itē ſemꝑ hēt ęquinoctiū. A Gene. 2.

SCHOLIA.

A Terra excelſior poſitus.] Nō quòd nō ſit in terra, cū ſit locus corporeus, teſte Aug. & Iſidoro libro ethymologiarum; ſed quia eſt locus nobiliſſimus omniū, puta in oriente poſitus. Hinc dicitur in Geneſi, ꝙ Deus paradiſum plātauerat à principio, ſ. loci, & hoc eſt oriens, qui dicitur dextra pars mundi ſecundum philoſophum. Hinc dicit littera Hebraica. In delitijs orietis. 1. q. 102. ar. 1. 8. Serm. Gene. ad litteram.

De caſu primis hominis.
Cap. LXV.

INVIDENS ergo diabolus fęlicitati hominis, in ſpecie ſerpentis ipſam mulierē tanquā fragiliorem aggreditur tentandam: q̄ O homo, nè poſthac in re-

bus fidei cum reſponſione dubitāté cerneret, fortius inſtitit: & vincens eam, virum illa mediante deuicit. Proceſſit ergo ſic: Primò ſcilicet quærendo, Cur præcepit vobis Deus; & cætera. Secundo aſſerendo, Nequaquam moriemini. Tertio promittēdo, Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum. Proceſſus iſte fuit maximę verſutię, quia ꝓceſſit experiendo, impellendo, & alliciendo. Experientiā.n. accepit interrogatione, impulit in aſſertione, allexit in ꝓmiſſione. Allexit autem Diabolus mulierem ꝑ triplex appetibile, ſ. per ſcientiam, quæ eſt appetibilis rationali: per excellentiam ad modum Dei, quę eſt appetibilis iraſcibili: ꝑ ſuauitatē ligni, quæ eſt appetibilis concupiſcibili. Igitur vir peccauit, quia lignum vetitum guſtauit: vnde & pœnā accepit, vt in ſudore vultus ſui pane ſuo naſceretur. Mulier autem in duobus peccauit. Nam ſuperbiuit, & vetitū comedit: vnde & duplicē maledictionē habuit, ſ. Sub viri poteſtate eris, & hoc propter primum. Item in dolore paries, & hoc propter ſecundum. Diabolus verò in ſerpente inuidit, mentitus eſt, decepit: vnde ꝓpter primum dictum eſt ei. Supra pectus tuum, gradieris. Propter ſecūdum. Terram comedes. Propter tertiū. Ipſa conteret caput tuū. Si autem ſcire volueris quis eorū plus peccauit, ſcilicet vir, an mulier: notandum eſt quòd quantum ad aliqua plus peccauit mulier, & quantum ad aliqua plus vir. Nā mulier plus peccauit quo ad peioris finis intētionem. Voluit.n. fieri ſicut Deus: ſed vir intendebat nō contriſtare delicias ſuas. Itē mulier peccauit in plures, quia in ſe, in

Marginalia: maximè, reſpondeas ſtulto. i. Diabolo. Gene. 3. A Cor. 6. 4.

Deum,

Deum, & in proximum. Item dãnoſius peccauit mulier, quia plures maledictiones recepit. Vir autem peccauit plus quantum ad originem, quia ex certa ſcientia. Item uir peccauit maiori ingratitudine. Quærũt multi cur Deus hominem fecerit, qui peccare poſſet, & ad hoc aſſignantur plurimæ rationes. Prima eſt, vt oſtẽdatur diuina potentia, qui ſolus inuertibilis eſt, omnis autẽ creatura vertibilis eſt. Secunda, vt declaretur Dei ſapientia, quæ de malo ſcit eligere bonum: quod non potuit fieri, niſi Deus creaturam feciſſet vertibilem in malum. Tertia vt manifeſtetur Dei clementia, qua Chriſtus per mortem ſuam hominem perditum liberauit. Quarta, vt oſtẽdatur Dei iuſtitia, qua non ſolum reddit bonis præmia, ſed ẽt malis ſupplicia. Quinta, vt homo non ſit peioris conditionis quã aliæ creaturę, quas omnes Deus ſic adminiſtrat, vt eas proprijs motibus agere ſinat: vnde & hominem in proprio arbitrio relinquere debuit. Sexta eſt, laus humana. Laus.n. eſt viri iuſti, qui potuit tranſgredi, & nõ eſt tranſgreſſus. Septima eſt, decor vniuerſi, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ita mali bonos cõmẽdant adinuicem comparati. Octaua ratio eſt, q̃a boni exercitantur & probantur per malos. Adam aũt, & Eua poſt peccatum de paradiſo expulſi ſunt, ſicut Lucifer de cœlo: & in hac valle miſerię habitantes facti ſunt mortales. Nã ſicut in cęlo eſt non poſſe mori, ſic in Inferno eſt ſemper mori. In mundo medio poſſe viuere, & poſſe mori. Ex his patet, ꝙ primus ſtatus hoĩs fuit innocentiæ: ſecundus gratiæ; tertius culpę:

Ideo boni non cõtemnant malos; ſi amẽt: q̃a ſunt ſibi multũ vtiles.

quartus

Initium totius ruinæ, etiam nunc, eſt ſuperbia, & inobedientia.

quartus pęnitentiæ: quintus gloriæ. Dum enim inordinate erexit ſe ſupra ſe, cecidit miſerabiliter infra ſe, ſ. à ſtatu innocentiæ, & gratię, in ſtatum culpæ, & miſeriæ. Item quia factus eſt inobediens ſuo ſuperiori, iuſto Dei iudicio factum eſt, vt ſibi fieret inobediēs ſuū inferius, ſ. caro, & maximè circa membra virtuti generatiuę deſeruientia.

SCHOGLIA.

A Nam ſuperbiuit.] Ambiēdo. ſ. ꝙ promiſerat ſerpens. Ex hoc non intelligas, quòd vir nullo modo ſuperbierit; cum initiū omnis peccati ſit ſuperbia: Sed, ꝙ non ſuperbiuit taliter. Vir, n. nō eſt ſeductus; mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Mulier namq; ſeducta eſt in vniuerſali, vt intendit Apoſtolus; ideſt ſic quòd credidit id quod ſerpens dixit; Sed vir non credidit hoc, licet deceptus fuerit ī particulari iſto, ꝙ ſcilicet gerendus eſſet mos vxori, & cum ea comedere deberet; & inexpertus diuinæ ſeueritatis credidit, ꝙ facile remitteretur. S. Thomas ſupra Apoſtolum. ibi. 1. Tim. 2.

Eccle. 10.

1 Tim. 2.

Deceptio primarū, quomodo.

De ordine tentationis in nobis. Cap. LXVI.

ORDO tentationis qui fuit in primis parentibus, etiam in nobis completur. Nam ſicut ſerpens ibi ſuggeſſit, mulier delectata eſt, vir cōmedit: ſic in nobis ſecundum Gregorium, diabolus gerit ſerpentis officium: ſenſualitas verò quę in carne eſt, officium mulieris, & ratio tenet locum viri per conſenſum. Vel dicas ſecundum Auguſtinum,

ſtinum, quòd ſuggeſtio ſerpentis eſt primus motus ex fomite: comeſtio verò mulieris, delectatio cogitationis, ſ. per inferiorē partem rationis, ſed comeſtio viri eſt conſenſus ſuperioris partis rationis. Per hæc enim tria, ſ. ſuggeſtionem, delectationem, & conſenſum, homo in tentationem ducitur, q̄a tentatio per ſuggeſtionem inchoatur, ſed p̄ delectationem progreditur, per conſenſum autem conſummatur. Sunt autem alia tria, per quę quis in tētatione detinetur, ſcilicet opus prauū, cōſuetudo, & deſperatio. Sciendum item eſt, quòd tentatio eſt triplex. Prima eſt à diabolo, vel per modum ſuggeſtionis, vel per modum afflictionis. Secunda eſt a mundo, qui voluptate, vel amęnitate allicit, vel perſecutione frangit. Tertia eſt carnis, quę per ſenſualitatem ac fomitē ad peccatum impellit: quibus ratio conſentiēs peccatum perficit. Duæ ſunt tētationis ſpecies: Prima, ſ. diaboli, ſecūda mundi, & ſunt extra nos, & non habent peccatum. Vnde Auguſtinus, Tentatio, cui non conſentitur, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis. Tertius modus tentandi eſt intra nos, & eſt peccatum veniale, cū primus motus eſt tantum: ſed mortale, ſi cōſenſus aduenerit. Contra prædictos tentatores dedit nobis Deus tria remedia: quia contra diabolū habemus ſpiritus & Angelos bonos, qui ad bonum nos ſtimulant, & contra inſultus diaboli defendunt. Item contra mundum habemus exempla ſanctorū, quos nec alliciebant mundi blandimenta, nec terrebant ſupplicia. Item contra carnē habemus bona naturalia, ſ. ſynderesim, & vim iraſcibilem,

Ne nos inducas in tentationem, quomodo intelligatur.

Catena delictorū eſt cōſuetudo, & deſperatio. Ad hāc enim cōſuetudo concſtringens te, niſi cōſuetudini obuies tandem cōducit.

A

Arma militiæ noſtræ.

Initium totius ruinæ, etiam nunc, eſt ſuperbia, & inobedientia.

quartus pęnitentiæ: quintus gloriæ. Dum enim inordinate erexit ſe ſupra ſe, cecidit miſerabiliter infra ſe, ſ. à ſtatu innocentiæ, & gratię, in ſtatum culpæ, & miſeriæ. Item quia factus eſt inobediens ſuo ſuperiori, iuſto Dei iudicio factum eſt, vt ſibi fieret inobediēs ſuū inferius, ſ. caro, & maximè circa membra virtuti generatiuę deſeruientia.

SCHOGLIA.

A Nam ſuperbiuit.] Ambiēdo. ſ. ꝙ promiſerat ſerpens. Ex hoc non intelligas, quòd vir nullo modo ſuperbierit; cum initiū omnis peccati ſit ſuperbia: Sed, ꝙ non ſuperbiuit taliter. Vir. n. nō eſt ſeductus; mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Mulier namq; ſeducta eſt in vniuerſali, vt intendit Apoſtolus; ideſt ſic quòd credidit id quod ſerpens dixit; Sed vir non credidit hoc, licet deceptus fuerit ī particulari iſto, ꝙ ſcilicet gerendus eſſet mos vxori, & cum ea comedere deberet; & inexpertus diuinæ ſeueritatis credidit, ꝙ facile remitteretur. S. Thomas ſupra Apoſtolum. ibi. 1. Tim. 2.

Eccle. 10.

1 Tim. 2.

Deceptio primarū, quomodo.

De ordine tentationis in nobis. Cap. LXVI.

ORDO tentationis qui fuit in primis parentibus, etiam in nobis completur. Nam ſicut ſerpens ibi ſuggeſſit, mulier delectata eſt, vir cōmedit: ſic in nobis ſecundum Gregorium, diabolus gerit ſerpentis officium: ſenſualitas verò quę in carne eſt, officium mulieris, & ratio tenet locum viri per conſenſum. Vel dicas ſecundum Augu-

ſtinum,

ſtinum, quòd ſuggeſtio ſerpentis eſt primus motus ex fomite: comeſtio verò mulieris, delectatio cogitationis, ſ. per inferiorẽ partem rationis, ſed comeſtio viri eſt conſenſus ſuperioris partis rationis. Per hæc enim tria, ſ. ſuggeſtionem, delectationem, & conſenſum, homo in tentationem ducitur, qa tentatio per ſuggeſtionem inchoatur, ſed ꝑ delectationem progreditur, per conſenſum autem conſummatur. Sunt autem alia tria, per quę quis in tẽtatione detinetur, ſcilicet opus prauũ, cõſuetudo, & deſperatio. Sciendum item eſt, quòd tentatio eſt triplex. Prima eſt à diabolo, vel per modum ſuggeſtionis, vel per modum afflictionis. Secunda eſt a mundo; qui voluptate, vel amęnitate allicit, vel perſecútione frangit. Tertia eſt carnis, quę per ſenſualitatem ac fomitẽ ad peccatum impellit: quibus ratio conſentiẽs peccatum perficit. Duæ ſunt tẽtationis ſpecies: Prima, ſ. diaboli, ſecũda mundi, & ſunt extra nos, & non habent peccatum. Vnde Auguſtinus, Tentatio, cui non conſentitur, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis. Tertius modus tentandi eſt intra nos; & eſt peccatum veniale, cũ primus motus eſt tantum: ſed mortale, ſi cõſenſus aduenerit. Contra prædictos tentatores dedit nobis Deus tria remedia: quia contra diabolũ habemus ſpiritus & Angelos bonos, qui ad bonum nos ſtimulant, & contra inſultus diaboli defendunt. Item contra mundum habemus exempla ſanctorũ, quos nec alliciebant mundi blandimenta, nec terrebant ſupplicia. Item contra carnẽ habemus bona naturalia, ſ. ſynderesim, & vim iraſcibilem,

Ne nos inducas in tentationem, quomodo intelligatur.

Catena delictorũ eſt cõſuetudo, & deſperatio. Ad hãc enim cõſuetudo conſtringens te, niſi cõſuetudini obuies tandem cõducit. A

Arma militiæ noſtræ.

bilem, quæ naturaliter nos docent non acquieſcere carni, ſed ſpiritui: Habemus etiã gratuita, ſcilicet charitatem, temperantiã, & huiuſmodi, quibus carnis vitia mortificamus. Eſt autem differentia inter tentationes quæ ſunt à diabolo, & quæ ſunt à carne. Tentationes enim quæ a diabolo ſunt, ſæpe oriuntur præter rationem, vt cum nuper ſatiatus famem patitur, & poſt longam dormitionem ſomno grauatur. Tentationes verò quæ ſunt à carne, frequenter ſurgunt propter neceſſitatem, ſed interdum excreſcũt in ſuperfluitatem, vt ſi cibus poſt ieiunium immoderatè appetitur, vel in comedendo menſura & modus non tenetur. Tentatio autem multiplex eſt: quædam eſt probationis, & hæc eſt à Deo, ſecundum ꝙ dominus tentauit Abraham. Quædam examinationis, & hæc eſt ab homine. Quædam præcipitationis, & hæc eſt à diabolo, qui ſic primos parentes tentauit. Quædam delectationis, & hæc eſt à carne: Quædam conſenſus, & hæc eſt rationis. Tentationum quatuor ſunt ſpecies. Prima eſt aſpera, hæc autem fit de laboribus inconſuetis in principio conuerſionis. Secunda eſt vana, & oritur de ſpiritualibus proſperitatibus, vt cùm quis de virtutum ſucceſſibus gloriatur. Tertia eſt dubia, vt quando quis ambigit quid certum de aliqua re tenere debeat: vnde accidit quòd lentior quiſque ad bonum redditur, quando id quod agit, bonũ eſſe dubitatur: & pronior fit ad malum, quando malum eſſe neſcitur. Quarta fraudulenta: vt quando diabolus in Angelum lucis ſe transfigurat, ſub ſpecie ſcilicet

Diaboli aſtus.

virtutum

virtutum inducens vitium. hęc fit quando ſuadendo honeſtatem, inducit ſuperbiam; vel ſuadendo diſcretum obſequium, inducit nimium carnis commodum, vel ſuadendo iuſtum iudicium, inducit crudelitatem: vel ſuadēdo miſericordiam, inducit remiſſionem & negligentiam: vel ſuadendo largitatem, inducit prodigalitatem, & ſic de alijs. In talibus autem periculoſiſſimum eſt periculum non videre. Primam appellat Pſalmiſta timorem nocturnum: per noctē enim aduerſitas deſignatur. Secundam appellat ſagittam volantem in die: quia per diem proſperitas deſignatur. Tertiam appellat negotium perambulans in tenebris, & hæc propter dubium perplexitatis. Quartam vocat dæmonium meridianum: vnde dicit, Non timebis à timore nocturno, à ſagitta, & cætera. De his quatuor generibus tentationum idem ait. Super aſpidē, quo ad primum: & baſiliſcum, quo ad ſecundum: & conculcabis leonem, quo ad tertium: & draconem, quo ad quartum. Propter prædictas tentationes, vel deceptiones diaboli non ſunt etiam licita faciēda: & hoc in quinque caſibus. Primus eſt, ſi diabolus ſuadet homini aliquod eſſe bonum faciendum, quod videatur ſuis conſilijs conſentire: unde Chriſtus ipſo ſuadente noluit facere panem de lapidibus, quod tamen opus bonum fuiſſet. Secūdus, ſi proponatur aliquod opus contra legem Dei, non eſt faciendum. Vnde Machabęi nolebant comedere carnes, quas tempore neceſſitatis comedere licuiſſet. Tertius, quando bonum ſit cum ſcandalo aliorum.

Pſal. 90.

B

ad

ad Corinth.8. Peccantes in fratres, &c. & loquitur de idolothytis. Quartus eſt, quando bonum ſit per oſtentationē. Iob cap.36. Si oſculatus ſum manum meam, quæ eſt iniquitas maxima: ſuper quod dicit Gregorius, Manum ſuam oſculatur, qui laudat quod facit: & hęc eſt iniquitas maxima. Quintus cum impedit obedientiam ſuperioris: quia licet propter mandatum prælati nunquam malum debeat fieri, poteſt tamen bonū aliquando propter obedientiam prætermitti;

Remedia Remedia autem contra tentationes ſunt, memoria Dominicæ paſſionis, mortificatio carnis, vtile exercitium, declinatio occaſionem, conculcatio principij tentationū. Vnde monet ille prudenter, cum inquit: Principijs obſta, ſero medicina paratur, Cum mala per longas inualuere moras.

SCHOLIA.

A Cùm primus motus eſt tantum.] Etiā ſi rationem pręueniat. Nā ratio debuit eſſe vigilans: cùm poſſit reprimere ſingulos

Primus motus. huiuſmodi ſenſualitatis motus. Vnde ſi nō reprimat, hoc ſufficit ad rationem peccati venialis. [1.2. q.74. art.3.] Vide de primis motibus infra libro 3. capitulo 10.

B Non ſunt etiam licita facienda.] Si, ſcilicet ſciamus hæc nobis ſuaderi à Diabolo; Nam ſemper tunc ſuſpicandum eſt, quòd lateat anguis in herba. Alioquin ſi ſunt licita;

Caſus notabilis. & à Diabolo dictata nobis, ſed neſcim', an ſit hęc ſuaſio à Diabolo; tunc ſunt fienda. [vide ſupra huius cap.27.] ad honorem domini noſtri Ieſu Chriſti: qui eſt bonorū remunerator in ſecula. Amen.

DEO GRATIAS.

COM-

COMPENDII THEOLOGICAE VERITATIS,

LIBER TERTIVS.

De Corruptela peccati.

De malo genere. Cap. I.

MALVM triplex eſt, videlicet culpæ, pœnæ, & damni: quod opponitur triplici bono, ſcilicet honeſto, delectabili, & vtili. Nam culpæ opponitur honeſtum, pœnæ opponitur delectabile, dãno opponitur vtile. Malum eſt vtile multis modis. Primo per ſuam ordinationem, quia per vilificationem ponitur in loco inferiori in vniuerſitate rerum, vnde bene ordinatur. ſicut ordinatè ponitur Diabolus in inferno, & fur in patibulo. Secũdo modo vtile eſt per ſuam coactionem. Amaritudo enim conſcientiæ cogit hominem à peccato recedere. Ierem. 2. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Item in eodem. Vide quàm malum & amarum eſt te dereliquiſſe dominum Deum tuum.

A Tertiò eſt vtile per ipſius mali cōſideratio-nem. Ex eo. n. quòd homo malum videt, naturaliter proficit: quia, ſicut homo naturaliter bonum appetit, ita naturaliter horret malum & fugit.

SCHOLIA.

A Malum videt.] Sub ratione mali proprij. Et hoc eſt, quando peccator conſiderat peccatum ſub iſta ratione formali, quatenus ſcilicet eſt cōtra ſemetipſum, puta quādo recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorū ſuorum grauitatem, multitudinem, fœditatē, amiſſionem æternæ beatitudinis, acquiſitionē æternę damnationis. Talibus. n. mediantibus cogitationibus; homo à timore diuinæ iuſtitiæ vtiliter concutitur ad concipiendū ſpiritum ſalutis. Hæc enim negare eſſe vtilia, eſſet negare Concil. Trident. & Luthero ſubſcribere. [Seſſ. 6. Can. 8. Artic. 6. Luthori apud Roſtenſem.

Peccatū meum cō tra me eſt ſemper. Pſal. 50.

De peccati diffinitione.
Cap. II.

POST malum in genere ſequitur de malo culpæ in ſpecie. Diffinitur autē peccatum multis modis. Primo ſic ab Auguſt. Peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi quod iuſtitia vetat. Secundo ſic ab eodem. Peccatum eſt dictum, vel factum vel cōcupitum contra legem Dei. Tertio ſic ab Amb. Peccatum eſt præuaricatio legis diuinę, & cœleſtium inobedientia præceptorum. Quarto ſic ab Aug. Peccatū eſt ſpreto incommutabili bono, rebus mutabilibus adhærere.

adhærere. Prima diffinitio datur ſecundum cauſam efficientem, ſecunda ſecundum cauſam materialem, tertia ſecundum cauſam formalem, quarta ſecundum cauſam finalem. In quarta diffinitione nota, quòd in peccato duo ſunt, ſcilicet auerſio a creatore, & conuerſio ad creaturam: quorum primum eſt quaſi formale, ſecundum quaſi materiale. Et in actione non eſt peccatum ratione conuerſionis, ſi non ſiſtatur in creatura: ſed ratione auerſionis, in qua eſt deformitas & contemptus. Quòd autem ratione conuerſionis non ſit peccatum principaliter, patet: quia poteſt fieri venialiter quandoque, vt quando quis delectatur in creatura plus debito, ſed tamen citra Deum. Quandoque etiam quis poteſt delectari in creatura ſine omni peccato, vt cum delectatio naturalis eſt tantum, ſecundum quod viſus delectatur in viridi, & guſtus in dulci, & ſic de aliis. Interdum poteſt etiam quis delectari meritoriè, quando. ſ. ad Deum refertur, vnde Pſal. 91. Delectaſti me domine in factura tua, &c. Sed tunc ſumitur delectatio pro motu, non pro paſſione. A

SCHOLIA.

A Plus debito, ſed tamē citra Deum.] Puta quando per delectationem talem non tranſgreditur, neq; tranſgredi intendit aliquod præceptum Dei, licet illam delectationem non referat in Deum.

Quid ſit peccatum ſecundum rem. Cap. III.

Tenendum eſt de peccato quòd non eſt ſubſtātia vel res aliqua, ſed defectus & cor-

corruptela. Et dicitur peccatum nihil propter tria. Primò, propter defectum, quia peccatum non eſt aliqua res naturalis, ſed corruptio boni. Secūdò, propter effectum, quia peccatum annihilat hominem, & deficere
A facit a vero eſſe. Tertiò, propter deſpectum,
B quia vilem facit hominem, & indignū pręmio. Circa prædicta tamen ſciendum eſt, ꝙ aliud eſt peccati actus, aliud reatus. Actus peccati eſt aliquid: ſed quando amplius nō fit, eſſe deſinit etiam ſine gratia: ſed peccati habitus, qui relinquitur malis ex actibus, etiam aliquid eſt, & remanet interdum etiā ceſſantibus actibus, & poſt infuſam gratiā, ac peccati remiſſionē. Peccati verò reatus,
A ſiue macula ſecundum rem, nihil eſt, & tamen deformat animam non per modū poſitionis, ſed priuationis, ſicut truncatio membri deformat corpus & maculat. Dicit etiā Aug. ꝙ etiam ſicut abſtinentia nulla eſt res, & tamen ex ea corpus languet, ita peccatū non eſt res aliqua vel ſubſtantia aliqua, & ex eo tamen natura corrumpitur, ſed deletur per gratiam. Notandū prǽterea ꝙ peccatum qn̄q; tranſit actu, & remanet reatu: ſicut peccatū actuale. Qn̄q; eſt econuerſo, cū peccatum tranſit reatu, & remanet actu, ſicut patet in peccato originali poſt baptiſmum. Quandoque tranſit actu ſimul & reatu, ſicut peccatū actuale poſt pœnitentiam perfectam. Qn̄que remanet actu & reatu, ſicut peccatum originale ante baptiſmum.

SCHOLIA.

A Indignum præmio.] Ideſt quocunq; bono. Hæc eſt figura; quæ minus dicit, & plus ſignificat. Hunc habet Auguſtin⁹, ꝙ pec-

Vtilitas.

catot

catori indignus eſt pane; quo veſcitur.

B Vilem facit.] Anthonomatice ſcilicet. Hinc Philoſophus habet; quòd homo viuens ſecundum rationem, eſt nobiliſſimū animalium: viuens autem contra rationem eſt peſſimum animalium: & ſi declinat propter crudelitatem, nulla beſtia eſt ita crudelis, & decies millies eſt peior malus homo, quàm mala beſtia. Philoſophus in politicis. Nota malitiam.

Quid ſit peccatum ſecundum nomen. Cap. IIII.

PECCATVM habet multa nomina. Vocatur enim macula, & hoc quia imaginem animæ deformat. Itē reatus, quoniā ad pœnam æternam obligat. Item pollutio, & hoc quantum ad contagionem contractam ex terrena delectatione. Item vocatur pœna, inquātum reſpicit peccatū primi hominis, in quo natura noſtra corrupta fuit. Item delictum; ſecundum quod eſt receſſus a dignitate gratiæ habitæ. Item vocatur culpa, prout reſpicit pœnam. Item offenſa, & hoc quia contra Deum eſt. Item præuaricatio, & hoc inquantum mandatum Dei reſpicit. Item vitium, id eſt, defectus bonorum naturalium. Item peccatum, prout eſt conuerſio ad bonum commutabile. Item vocatur ſcelus propter iniuriam Dei magnam. Item nefas, prout eſt illicitum perſonę perpetranti. Item vocatur crimen, prout eſt dignum accuſatione & pœna. A

SCHOLIA.

A Inquantum eſt defectus bonorum naturaliū...

quod omne vitium, eo ipſo ꝙ vitium eſt, cõtra naturam eſt. Hoc autem eſt, inquantum vitium omne, vt ſic, eſt contra ordinem rationis. Nam hominis natura, inquantum homo eſt, eſt viuere ſecundum rationem; cũ ſit homo per hanc formam, ſcilicet animam rationalem. [Vnde Dionyſ. habes 4. cap. de Diuin. nom.] quòd bonum hominis eſt ſecundum rationem eſſe; & malum hominis eſt præter rationem eſſe. [12. q. 71. ar. 2.]

3. de libe. arb.

Bonum hominis, & malũ.

De origine peccati. Cap. V.

QVAMVIS peccatum ſit contrarium ipſi bono, non tamen habet eſſe niſi in bono, nec ortũ trahit niſi a bono, quod quidem bonum eſt liberum arbitrium, ac voluntas, a qua peccatum eſt ſicut a prima origine, & in qua eſt ſicut in proprio ſubiecto. Voluntas igitur eſt cauſa peccati: cauſa dico, non efficiens, ſed deficiens. Voluntas enim ſecundum quòd habet reſpectum ad ſuum principium a quo eſt, ſcilicet ad Deũ, non eſt nata elicere ex ſe niſi bonum: ſed ſecundum quod habet reſpectum ad principium ex quo eſt, quod eſt nihil, cum ipſa voluntas ſit ex nihilo, tendit ad defectum. Si ergo volumus ſcire vnde ſit malum culpæ materialiter, dicemus quod ex abſentia debiti boni, ſcilicet ſpeciei, modi, & ordinis. Sed ſi velimus ſcire vnde ſit originaliter, dicimus quòd a voluntate ſiue a libero arbitrio. De progreſſu autem peccati, nota ꝙ peccatum initiatur in cogitatione, procedit & creſcit delectatione, perficitur in cõſenſu. Circa progreſſum peccati ſciendum

quòd quędam antecedunt ipſum peccatū; quædam ſequuntur, quædam circunſtant. Peccatum antecedunt aliqua ex parte auerſionis, aliqua ex parte cōnuerſionis. Ex parte auerſionis antecedunt ipſum peccatum iſta, contēptus, omiſſio, ingratitudo, inobedientia, preuaricatio. Illa verò quæ peccatū antecedunt ex parte conuerſionis ſunt hęc, cogitatio, libido, cōcupiſcentia, delectatio, peruerſa intentio, conſenſus. Alia ſunt quæ ſequuntur peccatum, ſicut eſt macula, id eſt deformatio imaginis Dei: & reatus, id eſt obligatio ad pœnam ęternam: Sunt adhuc alia quæ peccatum comitantur, vt ſunt peccatorum circunſtantiæ, quæ peccatum aggrauant aut diminuunt, quæ continentur in hoc verſu: Quis, quid, vbi, per quos, quotiens, cur, quomodo, quando. Actio in etiam illa deprauatur quæ eſt de genere bonorū; quandoque in principio, quandoque in medio, qnandoque in fine: & hoc per malam intentionem, vel per negligentiā, vel per vanam gloriam. Vnum peccatum dicitur maius altero multis modis, ſcilicet cauſalitate, vt peccatum Luciferi: vel generalitate, vt peccatum Adę: vel deformitate, vt peccatum Iudæ: vel difficultate remittendi, vt peccatum in ſpiritum ſanctum: vel periculoſitate, vt peccatum ignorantiæ: vel inſeparabilitate, vt peccatum cupiditatis: vel pronitate, vt peccatum carnis: vel offenſione, vt peccatum idolatrię: vel expurgandi difficultate, vt ſuperbia: vel mentis cæcitate, vt peccatum iræ. Circa peccati grauitatem nota quòd nihil eſt peccatum in viro perfecto, quod non ſit peccatum in imperfecto,

Caue occaſiones peccatorum, & facile vitabis peccata ipſa.

Ergo qui ſunt cauſa, quaſi exhortatione q̄dam inducēs, alterius: vt peccet: luciferiani, vt ſic, ſunt. Tales ſunt exemplo ſuo ſcandalizantes alios: id eſt (vt dicitur) malum exemplū dantes.

Cauſa peccati.

ſto, niſi in his quæ vouit. Nam perfectio non mutat genus peccati, ſed eius quantitatem auget.

SCHOLIA.

A Cauſa dico non efficiens, ſed deficiēs,] Hoc eſt. Voluntas, vt carens directione rationis & legis diuinæ, intendens aliquid bonum commutabile, eſt cauſa peccati. Verùm huiuſmodi voluntas cauſat per ſe actum peccati; & inordinationem actus cauſat per accidens. [1.2.q.75.art.1.]

De diuiſione peccati. Cap. VI.

DIVISIO peccatorum multiplex eſt. Alia enim eſt ſecundum cauſam efficientem ſecundum ſe, vt hęc. Peccatorum aliud eſt ex impotentia, aliud ex ignorantia, aliud ex malitia. Alia ſumitur ſecundū cauſam efficientem ratione annexi, ſecundum quam ſumitur hęc diuiſio. Peccatorū aliud eſt ex amore malè accidente: aliud ex timore malè humiliante: hoc eſt dicere ꝙ homo potius vult peccatum committere, quàm amato carere, aut malum pęnę quod timet incurrere. Sumuntur etiam peccatorum diuiſiones ſecundum cauſam materialem, circa quam primò ſumitur hęc diuiſio: Peccatorum aliud eſt cordis, aliud oris, aliud operis. Item hæc: Peccatorum, aliud cogitationis, aliud locutionis, aliud operationis. Secundo modo ſumitur ſic. Peccatorum aliud eſt in Deum, aliud in ſeipſum, aliud in proximum. In Deum, diuiditur ſic: Aliud in patrem, aliud in filium, aliud in ſpiritum ſanctum. tribus modis peccatur in Deum, ſcilicet

ſcilicet malè per infidelitatem de Deo ſentiendo, item blaſphemando, item ſacra Dei indignè tractando. Alio modo peccat quis in Deum, ſcilicet ipſum tentando: & hoc fit tripliciter. Nam quandoq; tentat quis Dei potentiam, vt cum ſigna petit. Quandoque Dei iuſtitiam, vt cum per candens ferrum, vel per duellum, vel ſimilia quis iudicium petit. Quandoque Dei miſericordiam, vt cũ quis Dei bonitatem examinans committit ſe ſtultis periculis. In ſeipſum peccat quis tripliciter, ſcilicet neceſſaria ſibi ſubtrahendo, item ſuperflua ſumendo, item vltra vires quippiam aggrediendo. Item in proximum peccat quis tripliciter, ſcilicet proximo ſua auferendo. Item ſua ſibi in neceſſitate non communicando. Item malo exemplo illum ad peccatum trahendo. Sumuntur prætereà diuiſiones peccatorum ſecundum cauſam formalem: & hoc tribus modis: quandoque naturaliter ſecundum qualitatem, vel ſecundum quantitatem, vel ſecundum relationem. Secundum qualitatem ſumitur hæc diuiſio. Peccatorum aliud eſt commiſſi, áliud delicti, quorum primum eſt præuaricatio præceptorum negatiuorum: ſecundum verò eſt præuaricatio præceptorum affirmatiuorum. Item prædictum duplex peccatum eſt cõtra duas partes iuſtitiæ, quæ ſunt declinare a malo, & facere bonum. Item alia diuiſio ſumitur ſecundum qualitatem, ſic. Peccatorum quædam ſunt carnalia, quædam ſpiritualia: ſed carnalia maioris ſunt infamiæ, ſpiritualia maioris ſunt culpæ. Secundum quantitatem ſumitur hæc diuiſio. Peccatorum

A.

Delicta ergo propriè dicũtur peccata omiſſiõis: quaſi derelicta.

rũ aliud eſt mortale, aliud eſt veniale: quorum primum dicitur peruerſio, ſecundum verò inordinatio: quoniam peccatum mortale eſt auerſio totalis a bono incommutabili, & conuerſio totalis ad bonum commutabile. Sed peccatum veniale eſt amor voluptatum in creatura, citra Deum tamen. Secundum relationem ſumitur hæc diuiſio:
A Peccatorum aliud eſt originale, aliud actuale. Vltima diuiſio eſt ſecundùm cauſam finalem, & hoc dupliciter: quia vel ſecundum ipſum appetibile, vel ſecundum actum hominis appetentis. Secundum ipſum appetibile ſumitur hæc diuiſio: Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ: quorum primum eſt appetitus voluptatum, ſecundum appetitus diuitiarum, tertium appetitus honorum. Secundum actum hominis appetentis diuiditur peccatum in ſeptem vitia capitalia, ſcilicet ſuperbiam, inuidiam, iram, accidiam, auaritiam, gulã, luxuriam. Nota quòd quinque ſunt genera operum. Nam quædam ſunt mala in ſe, vt illa quę ſecundum ſuam naturam mala ſunt, poſſunt tamen per aliquam circunſtantiam fieri bona, vt homicidium. Quædã ſunt mala ſecundum ſe, vt illa quæ per nullam circunſtantiam poſſunt fieri bona, ſicut & odire Deum, fornicari, & huiuſmodi. Quædam ſunt bona in ſe, vt quę ſunt bona ex genere, & tamen poſſunt fieri mala ex circunſtantia, ſicut dare eleemoſynam. Quædam ſunt bona ſecundum ſe, vt quæ per nullam circunſtantiam poſſunt fieri mala, ſicut diligere Deum ex charitate. Quædam ſunt indif-

ferentia, vt quæ nec bona; nec mala ſunt, poſſunt tamen vel bona vel mala fieri, ſicut eſt mouere pedem ſine deliberatione, vel quandoque comedere.

S C H O L I A.

A Amor voluptatum in creatura, citra Deum tamen.] Caue diligenter, ne pro hoc intelligas; quòd cogitatio ſeu delectatio moroſa, etiam intendens non peruenire (ſi daretur occaſio) ad actum malum exteriorem, non ſit peccatum mortale. Hoc enim eſſet & contra intentum authoris, & contra omnes Caſuiſtas. Caietana titulo delectatio moroſa. Nam delectatio, quæ habet exteriorem actum pro obiecto, non poteſt eſſe abſque complacentia actus exterioris ſecundum ſe; etiam quod non ſtatuatur implendum. Verbi gratia. Conſenſus in delectationem, quæ procedit ex complacentia actus homicidij cogitati, eſt peccatũ mortale; ſimile eſt, immo præcipicio vicinius, de delectatione in cogitatione fornicationis, oculorum impudicorum, tactuum, colloquiorum, inſpectionum, & huiuſmodi. [12. q. 74. art. 8. — Caſus cõſcientiæ notãdus.

De effectu peccati. Cap. VII.

MVLTA mala facit homini peccatũ, ante mortem, in morte, & poſt mortẽ. Ante mortem hæc mala operatur. Naturalia vulnerat, vt ſignificatur in illo qui incidit in latrones. Item intellectus obſcuratur in cognitione veri, & affectus tepeſcit in operatione boni. Gratuitis ſpoliat. Thre. 4. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij, &c. Sed ne — Ante mortem. Luc. 10.

ali-

Bonum opus nũquam perditur, in hoc ſenſu etiã quãtum ad vitam æternam.

aliquod bonum pereat, illa bona opera quę quis peccãdo mortificat, aliis ſaluandis dabuntur, ſicut quando corporali morte quis moritur, fratres & propinqui in bonis eius ſuccedunt. Animam maculat. Thre. 4. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. Ad pœnam æternam obligat. Gen. 2. Quacunq; die comederis ex eo morte morieris. Conſcientiam amaricat. Ierem. 3. Vide quàm malum & amarum eſt te dereliquiſſe Deum tuum. Cor indurat. Prouerb. 18. Peccator cũ in profundum peccatorum venerit, contemnit. Inſenſibilem reddit. Gen. 18. Viſus eſt ei quaſi ludens loqui. Simile habes in cane ſubmergendo, qui non ſentit lapidem in collo, donec in aquam extra nauem proiiciatur. Animam occidit: quia vera vita, id eſt Deo, priuat. 1. Regum 31. Saul irruit in gladium ſuum. Sed nota quòd peccatum veniale diſponit ad mortem, mortale verò infert mortem: ſed obſtinatio detinet in morte. Ad alia peccata trahit. Exemplum habemus de Cain, qui egreſſus in agrum occidit fratrem ſuum Abel. De hoc dicit Greg. Peccatum quod per pęnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Exemplum habes etiam in figura. Coruus egreſſus de arca interceptus eſt aquis. Et Dina egreſſa vt videret, &c. virginitatem amiſit. Et Iudas egreſſus Chriſtum tradidit. Et poſt adulterium Dauid ſecutum eſt homicidiũ. Et ſic patet quòd peccatum eſt pœna peccati. Peccatum enim ſecundum quod in ſe eſt culpa, præcedentis peccati dicitur pœna: & ita dicitur aliquid ſimul culpa & pœna: ſed ratione actionis dicitur culpa, pœna verò

A

ratione paſſionis, quia culpa eſt quod facimus, pœna verò quod patimur. Licet igitur omnis culpa ſit a nobis, non tamen omnis pœna eſt a nobis. imò quædam eſt a nobis acta, quædam a Deo inflicta, quædam a primis parentibus contracta. Et quia eũ, qui facit quod non debet, iuſtum eſt pati quod debet: ideo omnis pœna eſt iuſta, & a diuina prouidentia ordinata. Quòd autem vnum peccatum naſcatur ex alio, ſic apparet. Superbia enim quia vult omnes excellere, dolet ſi aliquis ei æquetur, & ſic ex ea naſcitur inuidia. Inuidia verò quia de facili iraſcitur ei, cui inuidet, ideo ex ea naſcitur ira. Sed ira cùm non poteſt ſe vindicare, triſtatur: & ideo ex ea naſcitur acedia. Acedia verò conſolationem quærẽs, facit auarum: Auaritia autem, quia in temporalibus abundat, poteſt magis exercere gulam. Gula verò propter ventris repletionem de facili ſpumat in libidinem, & ita generat luxuriam. Item bona quæ fiunt, infructuoſa reddit & quantum ad meritum, & quantum ad præmium: ſicut ramus præciſus ab arbore, non profert fructum, ſed areſcit, & habilitatur ad incendiũ. De talibus dicitur Deuterono. 28. Maledictus eris ingrediens & egrediens, ſcilicet eccleſiam materialem ad orandum: quia talium oratio non eſt meritoria, imò dicit Auguſt. quòd ſi tales cruce ſe ſignent, includunt potius in ſe Diabolũ, quàm excludant, quia iam in eis per effectum habitat. Ex homine infernum facit: quia in peccatore eſt ignis auaritiæ, fœtor luxuriæ, tenebræ ignorãriæ, vermis cõſciæ, ſitis concupiſcentiæ, dæmones per effectũ, &

Catena peccatorum ambitio.

Peccatores deſcẽdunt in infernũ viuentes i. ipſi adhuc viui ſunt ſibimet infernus.

huiuſmodi. Vacuum tandem hominem relinquit. Geneſ. 3. Terra erat inanis & vacua; & meritò: quia mundo adhærentes, ſugunt vbera arida, eo quod relinquunt fontem vitæ, & venam aquarum viuentium, & paludibus turbidis ſe ſatiant. Item fallendo decipit, ſicut lignum putridũ de nocte lucens; & ſicut eſca in hamo latens piſcem decipit. Stultum hominem demonſtrat, quia peccãdo quis ſibi onus ad ſe deprimendum imponit, & ligna ſuper dorſum ſuum cremanda colligit, & illi ſeruit, qui eum pro ſeruitio torquebit. Auguſtinus, Stultum eſt in tali ſtatu viuere, in quo quis non audet mori. Item, Peccatum in morte grauat hominem;

In morte

quia in morte priuatur homo ſolatio viſibilium quę dilexit, ſcilicet cibo, potu, amicis, rebus, lumine, requie, & proprio corpore, quòd nũquam in tali forma ſuſcipiet, imò vellet non habere, ſicut quando pro dimidia parte corroſum eſt a vermibus, quia ſtupebit anima peccatoris quando corpus reſumendum videbit. Turbabitur peccator in morte, quando videbit concurſum dæmonum ad animam, parentum ad res. Thre. 1. ideſt, Omnes inimici eius apprehenderunt eam inter anguſtias. Poſtremò videndum eſt qualiter peccatum premat hominem poſt mortem. Confuſionem habebit ex malorum operum denudatione. Propheta, Reuelabo pudenda tua in facie tua. Exprobrationem Chriſti audiet in iudicio. Matth. 25. Eſuriui & non dediſtis mihi manducare. &c. Requie, & luce priuabitur. Matth. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Vnde non valebit ei ille can-

Intellectum horum vide libro 7. infra ca. 16.

Poſt mortem.

le cantus, Requiem æternam, &c. Suffragiis eccleſiæ non gaudebit. Iſa. 66. vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur. In infernum præcipitabitur. Exemplũ de lapide molari, quem Angelus in Apoca. proiecit in mare: dicens, Hoc impetu mittetur Babylon in Infernum. A Deo & electis & omnibus bonis ſeparabitur. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. A ſtatu pœnitendi cadet. Ierem. 8. Tranſiit æſtas, finita eſt meſſis. Omnis ſpes miſericordiæ præcidetur. Iſa. 30. Non remanebit teſta vt portetur igniculus, ſcilicet charitatis de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea, ſcilicet diuinæ miſericordiæ. Sicut itaque peccatum nocet in peccato exiſtenti, ac in peccato morienti, ſic quoq; multipliciter etiã nocet peccatum ipſum deſerenti, & de illo pœnitenti, quia gloriam primæ innocentiæ nunquam recuperabit. Sicut enim corrupta de cætero virgo non erit, ita ſemel peccans nunquam ſe non peccaſſe gaudebit. Iſtud multis oſtenditur exemplis. Nam poſt ſanationem vulneris ſemper manet cicatrix. Itẽ qui ſemel furatur, ſemper fur dicitur. Item domus eius domus diſcalceati de cætero dici poteſt. Item Simon quem dominus a lepra mundauit, poſt mundationem ſemper vocabatur Simon leproſus. Item templum quod reædificatum fuit poſt deſtructionem primi, nullo modo fuit ſimile in pulchritudine templo priori. Ad temporalem pęnam obligat. Vnde non exibit inde donec reddat nouiſſimum quadrantem. Item regnum cęlorum non intrabit, donec lignum, fęnum, ſtipula, id eſt, pœna peccatorum tam morta

Nota & bene, nẽ pecces.

Non per hoc negatur: quin poſſit qs reſurgere poſt peccatum in maiori charitate.

lium,

lium, quàm venialium, quæ in præſenti ſoluta non eſt, ſuper ipſum cremetur. A gloria retardat: quòd figuratum eſt in Abſalon, qui poſtquam patri ſuo reconciliatus fuit, tamen manſit [illegible]bus annis, quòd faciem eius non vidit, q[illegible] tandiu differtur quis a gloria, quouſque fiat ſine omni macula, ſicut erat in baptiſmo. Tempus amiſſum & meritum, quod ſibi conquirere potuit, cum præmio nunquam recuperabit. Ierem. Qui vendit, ad id quod vēdidit, non reuertetur. Obſcurat oculum cognitionis, & hoc propter trabem, quæ intus erat: & propter ſtercora hirundinum, quæ ipſum excęcauerāt, vt patet in Thobia. Vnde Auguſt. Oculis ægris odioſa eſt lux, ſicut noctuis, & veſpertilionibus. Ad hoc nota de quodam cæco, quem licet dominus illuminauerit, non tamē ſtatim perfectè vidit, ſed vidit homines primo quaſi arbores ambulantes. Affectum reddit tepidum, ſicut in pede vulneratus, etiam ſanatus claudicat, & arbor de loco ſuo mota, aliquid virtutis amittit. Vnde dictum eſt huiuſmodi poſt peccatum: Spinas & tribulos germinabit tibi. & dictum eſt ſerpenti: Supra pectus tuum gradieris. Faſtidium homini generat. Exod. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Auguſ. Palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis. Idem de ſe dixit, poſtquam conuerſus fuit: Plus valebat malum inolitum, quàm bonum inſolitum. Ad bene operandum impedit. Gen. 19. Vxor Loth reſpiciens retro, verſa eſt in ſtatuam ſalis, q.ſ. ſterilem facit terram. Item in dolore paries filios. ſ. bonorum operum. Ad reſiſtendum tentationibus de-

Num. 21.

In ſenſu hoc intelligēdo peccato præmiſſo nunc eſt dicenda.

debilitat. Iudic. 16. Sanſon poſt crinium abſciſſionem amiſit vires, & arbor leſa per ſecurim cito a vento deiicitur. Feruorem minuit charitatis, ſicut eclipſis ſolis diu poſtmodum nocet terræ, eo quod modico tempore ſibi virtus radiorum Solis ſubtrahitur. 3. Regū 1. Rex Dauid ſenuerat, & cum operiretur veſtimentis, non calefiebat. Et aqua calorem ignis minuit, vel extinguit. Dolorem, & timorem de cętero ſemper infligit. Dolorem quidem, quia certus eſt de perpetrata culpa. Timorem autem, quia incertus eſt de venia. Aug. Pœnitens ſemper doleat, & de dolore gaudeat, & non ſemper doluiſſe ſe, doleat. Per peccatum corrumpitur puritas liberi arbitrij dupliciter. ſ. in agendo, & ſuſcipiendo. In agendo quidē, quia non poteſt ſemper facere quod debet, vel vitare quod nocet. In ſuſcipiendo autem, quia gratiam ſtabilē nō poteſt ſuſcipere in hac vita. Itē corrūpitur ratio in hac vita dupliciter, ſ. quantum ad diſcretionem iudicij inter bonū & malū, & quantum ad deliberationem conſilij inter expediens & inexpediens. Itē corrumpitur affectus dupliciter, ſ. in ordine & in modo: quia nec ſemper eſt ordinatus, nec ſemper moderatus. Peccatū multis nocet, ſ. ipſi facienti. Pſalm. Peccatum meum contra me eſt ſemper. His qui ſunt in purgatorio, quos non poſſunt peccatores tā efficaciter iuuare, ſicut ſi eſſent in gratia. Ipſis dānatis. & hoc per modū coniunctionis. quanto. n. plures ſunt in inferno, tanto maior eſt horror & pœna. Fallit. n. in inferno regula illa, Solatiū eſt miſeris ſocios habere pœnarū. Saluatis, & hoc ꝑ modū ſubtractionis. Nā ex con-

Nota.

Non poteſt, qui licet abſolute poſſit, nō tamē ſic vt ſolebat faciliter.

Cui non nocet. Pſal. 50.

conſortio, & ſocietate glorificatorum augetur donum accidentale. Deniq; ipſis viatoribus nocet, tum pro eo quòd acies eorũ contra dæmones minuitur in illo, qui peccatum perpetratum pro eo, quòd alios malo exemplo corrumpit & ſcandalizat. Multa mala ſimiliter eueniunt homini ex eo, quòd in peccatum, a quo per pœnitentiam ſurrexerat, recidiuat. Primum eſt, quia homo fit impotentior ad reſurgendum. Heb. 6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, & guſtauerũt, &c. & prolapſi ſunt, iterum renouari. Secundum eſt, quòd vitium fortificatur ad impugnandum. Auguſtinus de ſe loquens, Plus, inquit, valet malum inſolitum, quam bonum inſolitum. Tertium eſt, quòd culpa fit difficilior ad remittendũ. Ierem. O quàm vilis facta es nimia iterans vias tuas. Vnde etiam dicitur quòd vulnus iteratum tardius ſanatur. Quartũ eſt, quòd Deus fit difficilior ad placãdum. 3. Regum 2. de Semei, qui ad primam petitionem inuenit miſericordiam, eo tamen pacto, quòd ſtaret in Hieruſalem: ſed quando ſecundario peccauit, ſine vlla miſericordia occiſus eſt. Quintum eſt, quòd diabolus difficilior eſt ad expellendum. Lucæ. 11. Tunc aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſus habitat ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sequitur de corruptione ſpeciei, modi, & ordinis. Vnde nota quòd bonitas naturaliũ comparata ad animam, quã ſpecioſam facit, dicitur ſpecies: ſed comparata ad opus, quod modificat, dicitur modus: comparata verò ad finem, ſcilicet Deum, ad quem ordinat, dicitur ordo.

Recidiuum, quàm malum.

Ierem. 2.

Species, modus, ordo.

Alio

Alio modo. Corruptio ſpeciei eſt diſſimilitudo animę ad Deū: Nam ſpecies animæ, ſimilitudo Dei eſt. Corruptio verò modi eſt diminutio intentionis virtualis, ſiue infirmatio potētiæ, quæ ex hoc eſt, quòd animæ nō ſuſtentantur cibo ſpirituali, guſtādo quàm ſuauis eſt Dominus. Corruptio autem ordinis eſt in anima, cùm aſpectus & affectus deorſum eſt ad creaturas extra naturalem ſitum. Cùm.n. hęc duo quæ ſunt quaſi caput animæ, ſursū ſunt ad Deū, in naturali ſitu & ordine ſunt: alioquin homo erit quaſi euerſus. Aliter priuatio ſpeciei eſt deformitas ſiue carentia debitę rectitudinis voluntatis. Rectitudo autem voluntatis eſt, vt nō declinet a ſuis extremis, ſ. a Deo principio, & a Deo fine, vt videlicet omnia quæ habet a Deo principio, referat etiam ad Deum finē. Cum.n. quis quod habet ſibi attribuit, aut ponit aliū finem quàm Deū, curuus eſt. Item priuatio modi, eſt exceſſus propriæ voluntatis, ſ. cùm vult aliquid diuinæ voluntati cōtrarium. Item priuatio ordinis eſt auerſio voluntatis a Deo, & conuerſio ipſius ad creaturam. Item aliter. Creatura rationalis a ſummo bono eſt ſecundum triplicē habitudinem, ſ. efficientis, formalis, ac finalis: & ideo nata eſt agere opera ſua a Deo, & ſecundū Deum, & propter Deum: & hoc ſecundum modum, ſpeciem, & ordinem ſibi inſitum. Sed quoniam eadem rationis creatura de nihilo facta fuit, potuit deficere in ſuis actionibus, vt. ſ. operationes ſuæ non eſſent a Deo, ac per hoc nec ſecundum Deum, nec pp Deum: hoc autē eſt peccatū ipſius ſpeciei, modi, & ordinis corruptiuū.

Recti corde, qui ſint.

Peccata, vt ſic, neque effectiue, neque formaliter, neq; finaliter, sūt a Deo.

SCHOLIA.

A Peccator, cum in profundum venerit, contemnit.] Quid? Non ponitur ſic accuſatiuus, vt ſcias illum contemnere omnia bona, ſecundum quod proportionaliter venerit in profundum. Quaſi dicatur, Pone ad ly contemnit quodcunque volueris bonum pro accuſatiuo, & non errasti [Ab effectu igitur iſto cognoſce: quis nam ſit magis, vel minus peccator.] verbi gratia, pone pro accuſatiuo leges diuinas, contemnit: leges humanas, contemnit: leges amoris, cōtemnit: leges timoris: leges, vias, modos &c. contemnit, ſimilis ei, quòd nec Deum timebat, nec homines reuerebatur. Luc. 18. Hinc noſces hæreticos eſſe tanto peiores, ſciſmaticos tāto peiores, libidinoſos tanto peiores, &c. quāto maiora, plura ve bona cōtempſerint. Item nota propter ly peccator, quod in toto capitulo intendit loqui de peccatore formaliter. i qui adhuc eſt in peccato, non de peccatore materialiter, qui. ſ. (vt Magdalena in domo phariſei) intēdit exire ex peccato. ſic de peccatore interpretaberis Auguſt. &c. dicta inferius allata, & huiuſmodi.

Impietas peccati.

De peccato originali ſecundum rem. Cap. VIII.

Expedito de peccato in genere, dicendum eſt de peccato in ſpecie, & primo de originali: & poſt de actuali. Licet igitur anima non ſit ex traduce, tamen originalis culpa ab anima Adæ tranſit ad animas poſterorum mediante carne per concupiſcentiam generata, ita ꝙ ſicut ab anima

A

pec-

peccante infecta fuit caro Adæ, & prona eſſecta ad libidinem: ita ſeminata caro ſecũ trahit infectionem, & vitiat animam. Ex quo patet quod peccatum originale eſt in carne, & in anima. In carne eſt materialiter, & originaliter, & in anima formaliter tanquam in ſubiecto. Sola enim anima eſt ſuſceptibilis virtutis, & vitij, & tamen (ſicut dictum eſt) ex coniunctione ad corpus trahitur ad vitium, ſicut quando cadit quis in lutum, fœdatur, & maculatur. Talis autem infectio animæ non tantum eſt pęna, ſed etiam culpa. Ipſa verò culpa, quæ macula eſt, deletur in baptiſmo: pœna autem quæ fomes appellatur, ſiue peccandi pronitas, remanet poſt baptiſmũ. Licet. n. curetur in baptiſmo culpa, quantum ad reatum damnationis æternæ, tamẽ remanet ipſa pęna quãtum ad actum & motum concupiſcentiæ, cum qua nos oportet quandiu viuimus, pugnare, quia non extinguitur concupiſcentia per gratiam communem in aliquo homine: quod dico propter beatam Mariam virginem, in qua fuit extincta in conceptione filij per gratiam ſingularem. Ex prædictis patet, ꝙ perſona corrũpit naturã, & econtra natura corrupta corrumpit perſonã. Nã per peccatum primi hominis corrupta eſt humana natura, ſed natura ſic corrupta corrũpit alias perſonas. Notandũ autem ꝙ corruptio perſonæ eſt reatus mẽtis: corruptio verò naturæ eſt infectio carnis, prout eſt principiũ ad carnẽ alteram. Deniq; nullo modo debet imputari Deo infectio aĩæ, licet eã creando infundat & veniat cũ carne infecta, quomodo ordinatiſſimũ fuit vt humana natura ita B

conderetur, quod condita propagaretur, & pro peccato puniretur. Vnde ſicut in conditione ſeruatus eſt ordo ſapientiæ, & in propagatione ſeruatus eſt ordo naturæ: ſic in punitione ſeruari debuit ordo iuſtitiæ. Et ita patet quod non eſt contra diuinam æquitatem, ſi ad poſteros culpa tranſmittitur. Dicendũ igitur ꝙ originalis culpæ transfuſio, vel tranſmiſſio non eſt a Deo, nec a natura condita, ſed a vitio primi hominis perpetrato. Et hoc eſt, quod ait Augu. quod peccatũ originale non tranſmittit ad poſteros propagatio, ſed libido. Sic.n. cõditus eſt homo, vt ſpiritus præeſſet corpori, & corpus ſubeſſet ſpiritui, quandiu.ſ. ille obediret ſuo cõditori, & cõtra, ſi ſpiritus non obediret Deo, iuſto Dei iudicio corpus inciperet rebellare ſpiritui. Sicut ergo ſi Adam ſtetiſſet, corpus ſuum obediens ei fuiſſet, & tale ad poſteros tranſmiſiſſet: ſic ex quo Adam peccauit, & caro eius facta eſt ei rebellis, oportet quòd talem ad poſteros trãſmittat, & quòd Deus ſecundum inſtitutionem primariam animã corpori infundat. Ex quo patet ꝙ pater eſt cauſa originalis peccati in filio, ſed cauſam hic intelligas in genere cauſæ efficientis. Omnes per concupiſcentiam generati, naſcimur filij iræ: propter quod incurrimus multiplicem defectum tam corporis, quàm animæ, ad quos ſubſequitur pœna mortis, & pœna carentiæ viſionis diuinæ, & amiſionis gloriæ cæleſtis, non ſolũ in adultis, verumetiam in paruulis non baptizatis, qui pœna mitiſſima inter cæteros puniuntur, qui ſolam pœnam damni habent ſine pœna ſenſus. Originale peccatum ſic lauatur & curatur.

Statutũ fœdus ꝓ ſe, Et omnib' ſuis poſteris, cum primo homine a Deo.

latur per baptiſmum in parente, quòd nihilominus ab eo qui curatus eſt & lauatus, transmittitur in prolē; ſicut videmus quod circunciſus generat filium cum præputio: & granum nudum ſeminatum generat granum cum palea, & hæc eſt ratio, quia homo generat filium non ſecundum quod creatus eſt in mente, ſed ſecundum quod corruptus eſt in carne, non ſecundum quod ſpiritualis, ſed ſecundum quòd carnalis.

SCHOLIA.

A Mediante carne per concupiſcentiam generata.] Ideſt per concubitum viri, & mulieris; etiam conceſſo per virtutem diuinā ꝙ nullam inordinatam concupiſcentiam ſentirent actualem in generando. Sufficit nanque ad tranſmittendum originale concupiſcentia habitualis, quę conſiſtit in hoc, quòd appetitus ſenſitiuus ſub ratione non continetur, ſoluto iam vinculo originalis iuſtitiæ: ideſt conſiſtit in hoc, quod homo iuſtitiam originalem non habet. Taliter accepit & Auguſt. libidinem, quando ait: Libido tranſmittit originale peccatum in prolem. 1.2.q.82.art.4. ſi plenius atque ſecurius vis totam auctoris hanc de originali doctrinæ veritatem videre, ſacroſanctum Concilium Tridentinum de hac materia loquentem conſulas. ſeſſ.5. Decre. 1.

Libr. de nupt. & concup.

Traductio peccati originalis, vnde.

Libr. de nupt. & eſt concup.

B Nullo modo debet imputari Deo.] Alioquin & hoc modo deberet imputari Deo quòd creauerit hominem peccabilem, hominem præſcitum damnari, & multa huiuſmodi: quæ omnia blaſphemijs plena ſunt. His reſpondendum eſt illud. Matt. 20. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Ma-

ior namq; bonitas (vt patet) Dei oſtēditur in hoc, ꝙ benefacit homini quem ſcit ex beneficio ſibi rebellaturū, quàm ſi bene faceret huiuſmodi, quē ſciret ex beneficio, ſibi gratum futurum, ſic obſtruitur os loquentium iniqua. Taceo, ꝙ ſi Deus ex peccatis huiuſmodi præuiſis, retraheret manum à beneficiis huic dandis, tunc malitia (vt patet) huius vinceret Dei ſapientiam, & non ſapientia malitiā, contra ſcripturam. Sap. 6. De huiuſmodi quæſtionibus ſtultis intellige dictum illud. Spiritus ſanctus auferet ſe à cogitationibus, quæ sūt ſine intellectu. Et propterea time tu à Iudiciis Dei, ſi hæc nimiū ſcrutatus fueris. Aliam pulchram huius de originali ſolutionem [vide in 12. q. 83. art. 1. ad quintum.

Stultæ q̄ſtiones quorundam, ſoluuntur tamē optime.

Sap. 1.

De peccato originali ſecundum nomen. Cap. IX.

ORIGINALE peccatum habet multa nomina, & hoc multiplici de cauſa: Secundum enim quod originale peccatum comparatur ad animā, vocatur infirmitas, quia reddit animam impotentem ad reſiſtēdum motibus. Item fœditas, quia per ipſum anima fœdatur & maculatur. Item pronitas, propter continuam inclinationem appetitus ad malum. Item corruptio, quia ducit ad nihilum, ideſt ad peccatum. Item vitium, quia eſt diminutio bonorum naturalium. Item languor naturæ, quia durat in natura corrupta. Sed ſecundum ꝙ comparatur ad corpus, vocatur lex carnis, eo ꝙ lege diuina carni ſit inflicta. Item lex membrorū, quia mouet organa ac opera concupiſcen-

A

tiæ. Item tyrannus, propter damnationem, quam habet quaſi violentam in ipſa concupiſcibili. Item fomes, quia ſicut cinis fouet ignem, ita per ipſum fouetur peccatum in carne ſecundum actum nutritiuæ & generatiuæ. Item ſtimulus carnis, quia ſtimulat carnem ad primos motus, & animū ad conſenſum. Sed prout comparatur ad actus delectabiles, vocatur concupiſcentia, quæ ſonat vitium in actu, prout eſt in adultis. Itē concupiſcibilitas, quæ ſonat vitium in potentia, prout eſt in paruulis. Secundum verò, quòd comparatur ad primum hominem, a quo contrahitur, vocatur peccatum originale, quod eſt carentia debitæ iuſtitiæ.

Quis me liberabit de corpore mortis

SCHOLIA

A Item vitium.] materialiter acceptum non formaliter. Nam peccatum originale in baptizatis remanens actu, nō reatu, dicitur vitium, ſeu [vt nominat id Apoſtolus frequenter] peccatū, non quia priuet nos gratia Dei, [Nihil enim damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu] ſed quia fomes ille cauſatus eſt a peccato formaliter dicto, & inclinat nos ad peccatum formaliter dictum. Concilium Tridentinum [ſeſſ.5. ſic exponens anathematizat contrarium.

Roma. 7.

Rom. 8.

De primis motibus. Cap. X.

CVM peccatorum aliud ſit actum, aliud contractum: ipſum peccatum actuale frequenter a primis motibus habet ortum. Vnde ſciendum, quod in ſtatu innocentiæ non mouebatur ſenſualitas, niſi ſecundum motum rationis. Ideo ſtante primo homine, non poterat in eo eſſe peccatum ve-

tiam veniale. Primi motus, & ſi particulariter, & ſingillatim poſſunt declinari, tamen nullo modo omnes poſſunt caueri, quia ſic ſunt peccata, quod ſunt etiam peccati & pęna: & ideo merito dicuntur venialia, quia hoc ipſo ſunt digna venia. Primus motus ſic deſcribitur, quod eſt motus ſenſualitatis ſecundum impulſum fomitis impetuoſe tendentis ad fruitionem creaturæ delectabilis. Dupliciter primus motus diſtinguitur quãtum ſpectat ad præſentem materiam, ſcilicet primo primus, qui eſt naturalis: & ſecũdo primus, qui eſt ſenſualitatis. Cum ergo loquimur de primis motibus, ꝙ ſunt peccata, intelligendum eſt de ſecundo primi, qui ſunt ſenſualitatis, quia primo primi non ſunt peccata, cum ſint naturales, & extra genus moris: quod patet per hoc, ꝙ tales nõ ſequuntur imaginationem, ſed ſolummodo naturalium qualitatum actionem. Motus autem ſecundo primi ſunt peccata, quia ſũt actus inordinati in genere moris: quod patet per hoc quòd tales motus ſunt ſenſualitatis, quæ ſubiacet in talibus dominio voluntatis. Voluntas autem eſt principium moralium, ſicut habetur 7. Ethi. Hinc eſt ꝙ
7. Metap. ibi genus moris primo incipit, vbi dominiũ voluntatis inuenitur, hoc autem eſt in ſenſualitate. Quamuis ergo per rationem prædictam ſit in ſenſualitate peccatum, non tamen hoc erit mortale, ſed tantummodo veniale: quia voluntas non habet dominium completum ſuper primos motus, qui ſunt ſenſualitatis, ſicut eſt in illis actibus, qui ex imperio voluntatis procedunt, ſed habet in eis dominium incompletum, ſicut in illis a-

ctibus, qui non per imperium rationis procedunt, & tamen voluntas tales motus ſenſualitatis impedire poterat, & ideo ſunt peccata venialia. Propter hoc dicit Auguſtinus, quod peccatum adeo eſt volũtarium, quòd niſi ſit voluntarium, non eſt peccatum. Primi quoque motus ideo ſenſualitati aſcribuntur, quia talium motuum principium ſenſualitas eſt & ſubiectum. Dicendum quoque, quòd primi motus ſecundum prędicta ſunt peccata venialia, triplici ratione. Primo quia mouent ad illicitum. Secundò quia ſunt quodammodo voluntarij, non ſecundum ſe, ſed quia (ſicut dictum eſt) non impediuntur a voluntate, vel etiam propter præcedentem apprehenſionem. Tertiò propter delectationem annexam. Cum enim anima per delectationem coniungitur creaturæ, obtenebratur, & peioratur: ſicut quando coniungitur Deo, illuminatur, & melioratur. Nota ꝙ homo pronior eſt ad malum quam ad bonum, & hoc multis de cauſis. Primo, quia ſicut dicitur Sapientiæ 2. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, trahens illam ad malum, & non ſic erigens ad bonum. Secundo, quia ſicut dicit Aug. Plus valet malum inolitum, quàm bonum inſolitum. Tertio, quia naturaliter facilius eſt deſcendere, quàm aſcendere: & vnus magis trahit deorſum, quàm decem ſurſum. Quartò, quia incitans ad malum delectatio præſens eſt ſemper; finis virtutum incitans ad bonum abſens eſt. Delectabile autem apprehenſum per ſenſum vel imaginationem, quaſi de neceſſitate mouet concupiſcentiã. Quinto, quia plures circunſtantiæ requirũtur

Delectari in creatura eſt ruina noſtra. & delectari in Deo eſt ſalus noſtra.

tur ad bonum, quàm ad malum. Sextò, quia tendimus ad noſtrum principium. ſ. ad nihilum. Septimo, quia fomes qui mouet ad malum, ſemper intra nos eſt: gloria verò quam quærimus, extra nos eſt. Octauo, quia vires animæ ſunt actiuæ ad diligendum temporalia, ſed paſſiuæ & materiales ad ea quæ ſunt gratiæ & gloriæ. Vnde verſus, Quicquid habet meriti præuētus gratia donat. Nil Deus in nobis pręter ſua dona coronat. Quia non poſſunt haberi virtutes per modum acquiſitionis, ſed per modum receptionis. vnde malum poſſumus facere per nos, ſed bonum non poſſumus facere ſine gratia adiutrice.

A

SCHOLIA.

A Paſſiuæ, & materiales.] Non intendit auctor (Abſit) per hoc dicere, quod liberum arbitrium concurrat merè paſſiuè ad ſalutē noſtram, quoniam hoc vt pote contra Concilium anathematizans de fide contrarium, eſt hæreticum: ſed intendit, quod ſunt paſſiue comparatiue, comparando. ſ. eorum pronitatem ad temporalia, cum pronitate, immo difficultate, ad ſpiritualia. Concilium Tridentinum. ſeſſ. 6. can. 14. vbi etiam vult ſub anathemate, omnes fateri, liberum peccatoris arbitrium ad ſuam primam iuſtificationem concurrere, non mere paſſiue, & poſſe Deo vocanti diſſentire, ſi velit.

De libero arbitrio.

De moroſa delectatione, & conſenſu in peccatum. Cap. XI.

DElectatio carnis moroſa, peccatum eſt mortale. Sed nulla dicitur moroſa, niſi

quando

quando ex conſenſu rationis eſt. vnde non intelligitur ibi mora temporis, ſed conſenſus. Sciendum eſt ergo, quòd delectatio ſi ſiſtit citra conſenſum, veniale peccatum eſt; ſi verò procedit vlterius, ita ꝙ homo vult interius in delectatione voluptari, nec tamen vult in opus procedere: talis cõſenſus eſt inter mortalia computandus, quod maxime debet intelligi in peccatis carnalibus, veruntamen iſte conſenſus in illecebram duplex eſt, quia conſenſus in illecebram aliquis eſt ſubitus, non per præhabitam deliberationem, ſed ex ſola corruptione carnis, quam præcedit appetitus ſenſualitatis in primo motu. Talis autem conſenſus dicitur ſubreptio, & eſt peccatum veniale. Alius conſenſus eſt in delectatione motuum carnis, qui eſt cum deliberatione rationis, & iſte eſt peccatum mortale, vt dictum eſt. Si autem ratio conſentit cum deliberatione contra ſuaſionem, quæ fit per rationes diuinas, hoc modo, quia omne lege Dei prohibitum eſt vitandum, tunc dicitur peccatum eſſe in ſuperiori parte rationis. Sed ſi ratio ſit contra ſuaſionem, quæ fit per rationes humanas vel naturales, hoc modo, omne in quo tranſgreditur medium virtutis, eſt vitandum: tunc dicitur peccatum eſſe in inferiori parte rationis. Et ſi adhuc procedit conſenſus vlterius, quando. ſ. proponit opus conſummare, tunc voluntas pro facto reputatur, etiam ſi facultas deſit perficiendi ipſum opus. Si verò conſequitur conſenſus, & opus in his, quæ diuina lege ſunt prohibita, peccatum eſt mortale conſummatũ. Ex prædictis collige diſtinctionem, quia dele-

ctatio duplex eſt.ſ.naturalis, & voluntaria. In delectatione purè naturali nec eſt meritum, nec demeritum. voluntaria duplex eſt, quia alia eſt in creatore, alia in creatura. Delectatio quę in creatore eſt, bona eſt: de qua Pſal. 118. Memor fui Dei, & delectatus ſum, &c. Quæ autem in creatura eſt, duplex eſt: quædam enim eſt propter Deum, & hęc bona eſt: ſed hic ſumitur delectatio pro opere rationis, non pro paſſione, de qua Pſal. 91. Delectaſti me Domine in factura tua. Quædam eſt contra Deum: & hæc ſimpliciter duplex eſt, quia quædam eſt non contra Deū, ſed præter Deum, & hæc eſt peccatum veniale: quædam vero eſt contra Deum ſimpliciter, qua frangitur Dei præceptum, & eſt peccatum mortale.

SCHOLIA.

A. Delectatio &c.] vide totum capitulum, ex eoque tibi para viam ad melius intelligendum prædicta in huius cap. 2. & 6.

De peccato veniali. Cap. XII.

PEccatum veniale minoris eſt culpæ. Nā in paruulis poſt baptiſmum primo ſurgunt venialia, poſtea mortalia. Veniale au-
A tem peccatum eſt, vt ait Auguſti. quod hominem vſque ad reatum perpetuæ mortis non grauat, ſed pœnam meretur, & facile indulgetur. Peccatum veniale ſemper eſt a voluntate ad hoc mouente, vel permittente, vel non prohibente. Peccatum aliquod eſt veniale tribus modis. Primo modo ex genere, ſic verbum ocioſum eſt veniale. Secundo ex euentu, ſecūdum ꝙ per pęnitētiā de mortali fit veniale. Tertio ex cauſa, vt

quan-

quando fiunt quædam ex infirmitate, vel ignorantia, quæ licet q̃nque ſint mortalia, tamen dicuntur venialia, ſiue remiſſibilia ex comparatione ad peccatum, quod fit ex certa malitia, quod eſt irremiſſibile. Tunc autẽ ſunt mortalia, quãdo aliquid eſt mortale ex ſuo genere, ſicut eſt fornicari: quia tale etiã ſi fiat ex infirmitate, mortale eſt. Sciendũ quod peccatũ veniale nunquã poteſt fieri mortale, videlicet, ſi intelligatur idem ſecundũ ſubſtantiam, quod prius fuit veniale, mortale fieri: & hoc nec quantũ ad actum, nec quantum ad maculã. Ratio huius eſt, quia nulla res poteſt mutare ſuam ſpeciem. Peccatum autem veniale, & mortale ſunt diuerſæ ſpecies peccati. Veruntamẽ actus qui ex ſe eſt de genere venialis, poteſt fieri mortalis quatuor modis. Primo ex cõſcientia, quia quidquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennã, etiã ſi ſit contra conſcientiam erroneam: & hęc eſt ratio: quia cũ in peccato duo ſint, ſ. auerſio, & cõuerſio. penes primum iudicatur peccatum; quoniam auerſio a Deo, eſt quaſi formale; & conuerſio ad creaturã, quaſi materiale. Quamuis ergo leuare feſtucam vel calamũ de terra, videatur eſſe leue & indifferens, tamen quando fit contra conſcientiam, peccatum eſt: quia ſpernitur bonum incommutabile, & ita fit auerſio a creatore. Secundo eſt complacentia. Vnde Auguſt. Nullum peccatum adeo eſt veniale, quod non fiat mortale dũ placet. Tertio ex diſpoſitione, quia frequenter per lapſum in venialia, diſponitur homo ad mortalia: & hoc ſecundum illud Gre. Vitaſti ſaxa grandia, vide ne obruaris. B.

ris arena. Et hoc ideo dicit, quia ſæpe de minimis peccatis venitur ad magna, ſicut de modica ſcintilla quandoque ſurgit magnus ignis. Eccleſiaſtici 19. Qui modica ſpernit, paulatim decidet. Quarto ex progreſſu, quia quando inſurgit veniale, ſi non prohiberetur, poſſet progredi vſque ad mortale, non quia ipſum veniale in ſubſtantia poſſet fieri mortale, ſed quia ex ipſo occaſionaliter fieret progreſſus ad mortale. Et iſtud patet in primis motibus, qui inter venialia computantur: ſed quando delectatio conualeſcit intantum, ꝙ conſenſus accedit, iam peccatum eſt mortale. Differentia eſt inter peccatum mortale, & veniale, quia peccatum veniale eſt libido ſiue voluptas in creatura citra Deū: mortale autem eſt libido ſiue voluptas in creatura ſupra Deū, vel æquè Deo. Rectus autem ordo eſt, vt bonum incōmutabile præferatur bono commutabili, & honeſtum vtili, & volūtas Dei voluntati noſtræ, & ratio ſenſualitati: & quando iſte ordo peruertitur, tūc peccatum committitur. Vtrū aliquis poſſit eſſe vel viuere ſine peccato veniali dum eſt in hac vita præſenti? Dicendum eſt ꝙ ſi loquimur de tota vita hoīs, qui peruenit iā ad ætatē adultam, de excellenti & ſpeciali gratia eſt quod talis ſine veniali peccato ſit, ſicut beatus Augu. dicit de beata Virgine. Si autē loquemur de aliqua particula vitæ præſentis, ſic poteſt aliquis eſſe ſine peccato veniali. Iſtud patet per exēplum, quia nauta poteſt ſingula foramina nauis in numero obſtruere, ne aqua intret, ſed non poteſt ſimul omnia obſtruere vt aqua nuſquam intret. Vnde charitas etiam per-

perfecta non facit quòd peccatum veniale non adueniat, ſed facit ꝙ non duret. quemadmodum caminus ignis non facit vt gutta aquę ſibi non apponatur, ſed facit tamen vt appoſita citius extinguatur. Perfecta enim charitas ſtatim inflammat hominem, vt de peccato veniali doleat, & pœniteat, quod non facit charitas imperfecta, vnde in imperfectis aggregantur multa venialia, per quæ fit ad proſtrationem maior diſpoſitio. Exēplum pulchrū.

SCHOLIA.

A In paruulis poſt baptiſmum primo ſunt venialia.] Non tamen per hoc auctor negare intendit, quod peccatum primum omiſſionis procedere a puero, cum mox ad annos diſcretionis peruenerit, ſit mortale tantum, ſi tunc enim non conuertit ſe in Deum, peccat mortaliter, ſed intendit dicere, quod in peccatis commiſſionis procedit ordinario curſu, a venialibus ad mortalia puer ille. 1.2.q.83.ar.6. vbi etiam additur cōſequenter, quod primum, quod tunc huiuſmodi cogitandū occurrit, eſt deliberare de ſeipſo, & ſi quidem ſe ordinauerit ad debitum finem, conſequetur per gratiam originalis peccati remiſſionem: ſi verò non ſe in Deum conuerterit, ſecundum quòd in illa ætate eſt capax diſcretionis, peccabit mortaliter non faciens quod in ſe eſt. De pueris. Caſus multum notabilis.

De effectu peccati venialis. *Cap. XIII.*

Effectus peccati venialis multiplex eſt. Primus, quia ad pęnā obligat, nō autem determinatè, neque præciſe obligat ad pęnā æter-

æternam, vel purgatoriam, vel præſentis ſatisfactionis, ſed ad aliquam illarum pęnarum, quoniam ſecundum forum eccleſiæ preſentis ſatisfacit homo leniter: ſed ſecundum forum purgatorij punietur grauius: ſecundum verò forum inferni punietur grauiſſime: quia æternaliter, ſi cum mortali, & veniali deceſſerit. Exemplum habemus de hoc: quia menſura vini quæ in vno loco valet ſex denarios, ſi ducatur vlterius, valet ſolidum vnum: & ſi ducatur adhuc vlterius, valet duos ſolidos. Pœna tamen illata in inferno pro veniali, imcomparabiliter minor eſt quam illata pro mortali. Vnde ſolet dici, quòd pœna illata in Inferno pro mortali, eſt ſicut ſoliditas, illata verò pro veniali, eſt ſicut ſuperficies. Illata pro veniali in purgatorio, eſt ſicut linea. Illata pro veniali in præſenti, eſt ſicut punctus. Vnde ſicut iſta quatuor ſunt improportionabilia, ita inter prædictas pœnas magna eſt differentia. Secundus effectus eſt, quòd peccatum veniale animam maculat: & ponitur tale exemplum. Aliquando enim denigratur aliqua imago depicta in tantum, vt videri non poſſit. Aliquando vero ſic obſcuratur, vt videri quidem poſſit, ſed non plenè diſcerni, & ideo propter talem differentiam dicit Gregor. quòd veniale obſcurat, mortale uero obtenebrat. De macula autem iſta dicitur, quòd in ſaluandis omne peccatum veniale deletur in præſenti a gratia finali, & hoc quantum ad culpā, & non quantum ad pœnam: imò illa ſoluetur in purgatorio Delet autem gratia finalis peccatum veniale in ipſa diſſolutione corporis & animæ ex virtute

Exēplum de pęna veniale.

De pęnis peccato debitis, pro diuiſo ſtatu.

tute

tute ſuę cōplexionis,& ſui ſtatus,q̄ uis non ſit motus contritionis ad illud directus,ſm̄ quod intelligitur verbum Auguſtini, qui dicit quod in purgatorio poteſt eſſe abſolutio à pœna,& non à culpa. Hoc ab antiquis dictum eſt, ſed nunc communiter tenetur, quòd peccatum veniale cū hinc deferatur à multis etiam quantum ad culpam, in purgatorio purgatur: quia etiam hoc quod Dominus dicit de quibuſdam peccatis quod non remittentur neque in hoc ſeculo, neq; in futuro, exponit Grego. quòd venialia remittentur in futuro, quod ſi intelligatur quantum ad pœnam tantum, tunc expoſitio Gregorij nulla eſt: quia etiam mortalia quantum ad pœnam purgantur,quæ hic ſoluta non ſunt. Tertius effectus eſt,quòd minuit feruorē charitatis, ſicut aqua in igne proiecta,licet ignem non extinguat, feruorem tamen illius temperat. Quartus eſt, ꝙ potētias animę in bonis operibus laſſat, ſicut quando ponitur pondus ſuper equum, minus erit promptus ad ambulandū. Quintus eſt, quòd retardat à gloria,quia homo, qui decedens alioquin poſſet ſtatim euolare ad cęlum poſt mortem, cogitur propter venialia ad tempus in purgatorio expectare. Nunquam enim ab aliquo facies Dei videbitur, donec ſoluat minimum quadrantem venialium peccatorū. Oportet enim quemlibet ita mundum eſſe ante introitum paradiſi, ſicut fuerat in innocentia baptiſmali. Sextus eſt, quod bona gloriæ cœleſtis diminuit: non quidem illa, quæ iam habemus ibi per meritum repoſita, ſed quæ deberentur,ſi venialia nō fierent,quia in eo

A
B

tempore poſſent aliqua bona fieri, quando illa fiunt. Preterea poſt perpetrationem venialium oportet nos opera quædam conuertere ad ſolutionem huiuſmodi debitorum, per quæ nobis deberet creſcere cumulus æterni præmij Septimus effectus eſt, quòd venialia ſæpe ſunt occaſio mortalium peccatorum, & hoc quatuor modis, ſicut habes ſupra capite proximo, vbi dicitur, ꝙ actus qui ex ſe venialis eſt, poteſt fieri mortalis quatuor modis. Hoc eſt etiam ſingulariter aduertendum, quòd ſicut ad remiſſionẽ peccati mortalis exigitur deſertio actus peccandi cum voluntate in poſterum abſtinendi, ſic quoque peccatum veniale in præſenti non dimittitur, niſi actu & propoſito deſeratur.

SCHOLIA.

A Motus contritionis ad illũ directus.] Non ſine cauſa ponit ly directus. Requiritur.n. ſemper contritio ad deletionem cuiuſcunque venialis, non ſemper contritio ſpecialis ſuper hoc veniale directa. Nã contritio actualis in genere ad deletionem venialium ſufficit, quamuis non ſufficiat habitualis tantum. [3.q.87.ar.1.

Deletio venialiũ.

B Secundum quod intelligitur.] Scilicet ab aliquibus antiquis. Non enim de omnibus antiquis loquitur, neque de rectè intelligentibus Aug. Nam Aug. loquitur hic de abſolutione à peccato inquãtum eſt meritoria. In præſenti vita per dilectionis motum in Deũ abſoluor à veniali & ſimul mereor diminutionem pœnæ, ſed in purgatorio, quia ibi non eſt ſtatus merẽdi per dilectionis motum, nõ meretur anima diminutionem

An culpa venialis in futuro dimittat.

nutionem pœnæ, licet per illam abſoluatur à culpa. Sic intellectus Aug. Greg. concordat, itemq; verum ſenſum Gregorij aperit. In quæſtionibus diſputatis de malo. [quæſtio. 7. artic. 11.

De ſeptem vitijs capitalibus. Cap. XIIII.

PECCATORVM actualiũ mortaliũ vnum eſt initium, duplex radix, triplex fomentum, ſeptiforme caput. Vnum initiũ dicimus ſuperbia, iuxta illud. Initium omnis peccati, ſuperbia. Duplex verò radix eſt, ſcilicet timor male humilians, & amor male accẽdens. Omnis autem timor ortum habet ab amore; nullus enim timet aliquid perdere, niſi q a amat illud habere. Triplex peccati fomentum ſunt tria quæ ſunt in mundo, ſ. concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorũ, & ſuperbia vitæ. Septiforme caput ſunt Superbia, Inuidia, Ira, Accidia, Auaritia, Gula, & Luxuria. Inter q̃ ſunt duo ſpiritualia, quinque verò carnalia. Sufficientia horum vitiorum ſic poteſt colligi. Voluntas noſtra deordinatur, aut quia appetit non appetendum, aut quia refugit nõ refugiendum. Si primo modo, aut eſt interius, & ſic eſt ſuperbia: Aut exterius, & ſic eſt delectabile. Sed illud delectabile, aut eſt ad conſeruationem indiuidui, vel per diuitias artificiales, & ſic eſt auaritiæ; vel per diuitias naturales, & ſic eſt alimentum qđ appetitur inordinatè à gula, aut eſt ad conſeruationẽ ſpeciei, & ſic eſt coitus, qui ap-

Eccle. 10.

petitur inordinate à Luxuria. Si autem voluntas noſtra deordinatur, quia refugit quod non eſt fugiendum, hoc poteſt eſſe tripliciter. Aut enim refugit, quod non eſt refugiendum, ſecundum peruerſum inſtinctum rationalis, & ſic eſt inuidia: aut ſecundũ inſtinctum peruerſum iraſcibilis, & ſic eſt ira: aut ſecundum peruerſum inſtinctum concupiſcibilis, & ſic eſt acedia. Ex his patet quod ſunt quatuor appetibilia, & tres ſunt vires ſecundum quarum inſtinctum eſt fuga; & ideo tantũ ſunt ſeptem capitalia peccata.

A Peccata quædam ſunt, quæ quandoq; ſe publicè oſtendunt, vt quãdo directè fiũt: quandoque verò ſub quadam ſpecie boni palliata decipiunt. Vnde ſuperbia quandoque dicit: Ad hoc volo præeſſe, vt poſſim prodeſſe. Ira dicit: Non debent illata mala tolerari, ne conſueſcant inferri. Inuidia dicit. Alijs bona non cupio, ne in ſucceſſibus eleuentur. Acedia dicit. Ad hoc in laboribus mihi parco, ne indiſcretionis arguar. Auaritia dicit. Ad hoc ſunt multa congreganda, ne propter inopiam cõmittatur furtum, vel rapina. Gula dicit. Ad hoc eſt corpus cibis & potibus delicatioribus nutriendum; vt ſit fortius ad Deo ſeruiendum. Luxuria dicit. Ad tempus debet quiſque ad libitum viuere, & poſtea fortiter pœnitere.

Nota aſtũ vitiorũ.

Septem vitia comparãtur ſeptem beſtijs. Superbia comparatur Leoni. Inuidia cani. Ira lupo. Acedia aſino. Auaritia eritio. Gula vrſo. Luxuria porco. Alio modo comparantur ſeptem infirmitatibus. Superbia comparatur inflationi. Inuidia lepræ. Ira phreneſi. Acedia lethargiæ. Auaritia hydropiſi. Gula epilé-

O, quot decepit hæc vana ſpes?

epileſię. Luxuria febri. Septem vitia Chriſti paſſione curantur. Capitis inclinatio in Cruce curat ſuperbiam. Oratio pro inimicis iram. Apertio lateris inuidiam. Portatio Crucis Acediam. Traditio ſpiritus Patri, corporis Cruci, Matris diſcipulo, veſtium crucifixoribus, hęc curant Auaritiam, flagellatio Luxuriam, potatio fellis Gulam.

SCHOLIA.

A Sub ſpecie boni palliata.] Sub ſpecie ſcilicet apparenti, non autem vera, & veraciter principali. Huiuſmodi ſpecies dicuntur veſtimenta ouium, iuxta illud, veniũt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Hic nota dignitatem virtutum, & vilitatem vitiorum. Adeo enim vitia ſe eſſe vilia cognoſcunt, vt non niſi veſtibus palliata virtutum, prodire in publicum faciliter audeant. Talem eorum vilitatem docuiſſe nos videtur Dionyſius, quando dixit. Malum eſt infirmum, & impotens. [4.cap.de Diuin.Nomin.vide ſupra huius cap.4.

Matth. 7.

Notatio.

De Superbia. Cap. XV.

NVNC dicendum eſt de ſeptem vitijs capitalibus in ſpecie: & primo de Superbia, quæ eſt regina omnium vitiorum & mater. Eſt autem ſuperbia, vt ait Aug. peruerſæ celſitudinis appetitus. Vnde ſicut idẽ Aug. ait, Superbia omnibus inuidet, ſcilicet ſuperioribus, quia eis non ęquatur. Inferioribus, quia eis æquari timet: paribus, quia eis æquatur. Superbia dicitur initium omnis

Vide: quãta ſtrages ſit ab am-

bitione: Legas totum capitulum: & agnoſces ſuperbiã trahere ſecum tertiam partem ſtellarum.

oĩs peccati triplici ratione. Primò pp cãm, quæ inuenitur in oĩ peccato: quia in oĩ peccato inuenitur conteptus Dei, qui eſt quædam cauſa peccati. Iſte autem contemptus eſt auerſio à Creatore: quæ in omni peccato eſt, ubi præponitur bonum commutabile bono incommutabili: quia ſicut ſine charitate aliæ virtutes nihil ſunt, ita ſine ſuperbia alia vitia nihil. Abſtrahe ſuperbiam, & habebis gratiam: quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Conuexum enim inquantum huiuſmodi, non eſt receptiuum, ſed concauum. Secundo quia primum peccatum fuit: hoc enim genere peccauit Diabolus in cęlo. Iſa. 14. Ponã ſedem meam in aquilone, & ero ſi. al. Et primus homo in paradiſo. Gen. 3. Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum. Tertiò, quia ex ea naſcuntur alia vitia, ſecundum prius & poſterius, hoc eſt, mediatè & immediatè, ſicut habetur ſupra cap. de effectu peccati.

Cap. 7. Eſt autem inter ſuperbiam & vanam gloriã differentia; quia licet vtrobique ſit appetitus propriç excellentiæ, tamen ſuperbus ſibi apparet magnus intus, ſed vaniglorius appetit in ore aliorum per laudem apparere extra. Diuerſa peccata dicuntur radices, & initia, ſiue cauſæ aliorum peccatorum, ſed diuerſis reſpectibus. Superbia enim dicitur initium omnis peccati propter tres cauſas ſuperius enarratas. Libido etiã dicitur cauſa omnis peccati, ſicut ait Aug. & hoc propter delectationem creaturæ, quæ inordinate trahit animam & auertit à ſummo bono.

Libido quid ſit. Eſt enim libido improba voluptas, qua mouetur anima rationalis ad hoc quod de-

lectetur in creatura. Cupiditas etiam dicitur radix omnium malorum: quam quidã appetẽtes errauerunt à fide, ſicut dicit Apoſto. primæ ad Timo. 6. & hoc propter eandẽ rationem ſicut libido. Eſt enim cupiditas ex amore inordinato ad creaturam. Luxuria etiam ſecundum Caſſianum dicitur radix omnis peccati: quia carnales delectationes nobis ſunt naturales: ad naturalia autem; prompti ſumus, & difficulter reſiſtimus. Inanis gloriæ ſeptem ſunt filiæ ſecundum Gregor. Prima eſt inobedientia, qua vaniglorius in nullo vult videri inferior: quod fieret, ſi faceret mandatum. Secunda eſt contentio, quia vult vincere cũ clamore, & per hoc laudabilis apparere. Tertia eſt iactantia, qua quis enumerat bona ſua, vt laudabilis appareat. Quarta eſt hypochryſis, quæ quærit in exterioribus apparere. Quinta eſt pertinacia, quæ factum ſuum vel dictum malum defendit, ne erraſſe uideatur. Sexta eſt diſcordia, quæ contra omne dictum ſuſtinet, vel aſſumit contrarium propter vanam gloriam. Septima eſt nouitatum præſumptio, qua quis noua vel dicit, vel inuenit, vt laudetur. Quatuor ſunt ſpecies ſuperbiæ, quas aſſignat Grego. 32. Moral. Prima eſt, cum homo à ſeipſo æſtimat habere bonũ qđ habet. Secũda ſi deſuper datum credit, & pro ſuis tamen meritis accepiſſe ſe putat. Tertiò, cum iactat ſe habere bonum quod non habet. Quarta, quãdo cæteris deſpectis ſingulariter vult videri. Per primam & ſecundam ſpeciem iniuriatur homo Deo in ſe, quia per primam ponit ſe homo totam cauſam ſui boni: ſed in

Oĩs inobediens eſt inanis gloriæ cupidus.

ſecunda ponit ſe cauſam principalem: in quarta verò ſpecie iniuriatur homo Deo in proximo: in tertia autem iniuriatur homo Deo in eo quod nō habet. Gradus ſuperbiæ ſecundum Bernard. ſunt 12. qui ſunt, curioſitas, mentis leuitas, inepta lętitia, iactātia, ſingularitas, arrogantia, præſumptio, peccatorum defenſio, ſimulata confeſſio, rebellio, libertas, peccandi conſuetudo. Numerus iſtorum ſic accipitur. Homo per ſuperbiam iniuriatur Deo, & homini. Deo, cui debet eſſe inferior: homini, cui debet eſſe par. Sex primi gradus determinantur ſecundū iniuriam, quæ fit homini, cui debet eſſe par: quatuor alij ſecundum iniuriam, quę fit homini ſuperiori, vt prælato. Duo vltimi determinantur propriè quantum ad iniuriam, quæ Deo immediate fit: hoc ideo dicimus, quia & ſuperiores gradus in Deum redundant, ſed mediante proximo. Gradus autem vocantur, quia fit à minori progreſſus ad maius. Primus enim malus eſt: ſecundus peior, & ſic ſcandendo inuenitur quòd vltimus eſt peſſimus. Vnde iniuria quę eſt reſpectu paris, eſt minor. Illa verò, quæ eſt reſpectu ſuperioris, eſt maior: ſed illa quæ eſt reſpectu Dei, eſt maxima. Propter quod iſti gradus taliter ordinantur. Superbia multa mala facit: Primò id quod Dei eſt, vſurpat, ſcilicet gloriam. Iſa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. In bonis enim operibus quæ facimus, duo ſunt, ſcilicet honor, & vtilitas. Sed primum dominus ſibi reſeruat: aliud nobis tribuit. Vnde debemus Deo ſuam partem relinquere, ſi noſtra parte nolumus ſpoliari. Secundo perfectos vi-

ros impugnat. Superbia eſt enim quaſi turris Babel, quæ vſque ad cęlos, id eſt, vſque ad viros cęleſtes debebat pertingere. Superbia etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Vnde ſuperbia inexpugnabilis eſt, ſicut caſtrum in alto monte ſitũ. Tertiò gratia Dei hominem denudat, Iac. 4. Superbis Deus reſiſtit, &c. 2. Reg. 1. Montes Gelboe, nec ros nec pluuia veniat ſuper vos. Vnde ſecundum naturam conuexum non eſt receptiuum, ſed concauum. Quartò hominem Deo priuat. Hugo de ſancto Victo. Superbia aufert mihi Deum: inuidia proximũ: ira me ipſum. Superbia Deo eſt odibilis. Eccleſiaſtici. 25. Tria ſunt quæ odit Deus, Pauperem ſuperbum, &c. Deum impugnat, quia vexillum inimici ſui, id eſt, Diaboli, ponit in caſtro ſuo, & deponit vexillum Chriſti, ſcilicet Crucem, quam ſemper homo debet portare, iuxta illlud. Qui vult uenire poſt me, &c. Diabolo hominem aſſimilat. Ipſe eſt enim rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Vnde ſicut domin' ait de charitate. In hoc, cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis adinuicem: ita poteſt Diabolus dicere de ſuperbia. In hoc cognoſcent &c. Hominem ſtultum demonſtrat, quia ancillam ornat, & dominã nudam relinquit. Item quia magna pro modico vendit, id eſt pro laude humana. Item quia credit ſe poſſe cum ſuperbia illuc attingere, vbi Diabolus iam exiſtens non potuit cũ ſuperbia remanere. Hominẽ deiicit, quia ſcandentes in altum de facili cadunt: & qui ſe eleuant ſub oſtio humili facilè caput lædunt.

Difficilime expugnatur ſuperbia. Exemplũ.

Matth. 16 Iob. 4. Iob. 13. Vos ex patre diabolo eſtis: quomodo intelligatur. Nota: & bene.

SCHOLIA.

A Carnales delectationes, non ſunt naturales.] Vt ſcilicet delectationes, non autem vt inordinatæ. Vnde licet, in naturalibus neque mereamur, neque demereamur, in ipſis tamen vt inordinata quædam ſunt, demeremur; ſicut & in eis, vt ordinata ſunt, meremur. Vnde poſtquam Philoſophus 2. Ethic dixit quòd paſſionibus neque laudamur, neque vituperamur, ſubiunxit: Nō.n. laudatur quòd timet, aut iraſcitur; Sed aliqualiter, ideſt ſecundum, vel præter rationem. [12.quæſt.24.artic.1.

Contra excuſationes peccatorum.

De Inuidia. Cap. XVI.

INVIDIA eſt (vt ait Auguſtinus) odiū fęlicitatis alienæ, ſecūdum Ioan. Damaſ. Inuidia eſt triſtitia de alienis bonis. Dicitur autem Inuidia à non videndo, quia nō poteſt videre bona aliorum. Vnde diſplicentia boni quæ eſt inuidia, poteſt notari per viſionem interiorem & exteriorem, ſicut vult Seneca dicens, Quicquid mente fugimus, ingeſtum oculis vix videmus. Inuidia habet quinque filias ſecundum Grego. Prima eſt odium, quod eſt velle malum alicui, & nolle bonum. Secunda eſt exultatio in aduerſis proximi. Tertia eſt afflictio in proſperis proximi. Quarta eſt ſuſurratio, quæ eſt detractio latens. Quinta eſt detractio, hæc autem fit in aperto, quia intendit melior apparere illo cui detrahit. Inuidia multa mala facit. De lumine cæcatur, quia proximi bona uidere non poteſt. Vnde inuidus comparatur noctuę & veſpertilioni. Auguſt. Ægris

A

oculis

oculis odioſa eſt lux, quæ puris eſt amabilis. De uita moritur. Grego. Panis vitã fortium roborat, paruulorum necat. Vnde inuidus comparatur febricitanti, cui etiã boni cibi ſunt contrarij. Deo contrariatur, quia tam bonus eſt Deus, (vt ait Auguſtinus) vt etiam de malis bonum eliciat: ſed econtra tam mali ſunt iſti, vt de bonis malũ eliciãt. Item diuina bonitas omnia ſua communicat, iſti verò non. Item Deo placet bonũ hominis, ac malum diſplicet: iſti autem econtra bonum gratię, & naturæ peruertunt. Vnde ſicut omnia munda mundis, ſic iſtis omnia sũt immũda. Et ſicut bonis mala cooperantur in bonum: ita inuidis bona cooperantur in malum. Vnde tales aurum cõuertunt in cuprum, gemmas in lutum, granum in paleam, vinum in aquam, mel in fel, diẽ in noctem, gaudium in męrorem, roſam in paliurum, balſamum in ſterquilinium, electuariũ in venenũ. Tales maledicit Iſaias. Væ qui dicitis bonum malum, &c. Stultum efficit. Nimis errat, qui idcirco ſibi vult unũ oculum erui, vt alijs etiam vnus eruatur, ſic facit inuidus, & Diabolus, qui per hoc quod alijs inuident, ſibi magis nocent. Autorem ſuum torquendo lædit. Seneca. Vtinam inuidi in omnibus ciuitatibus oculos & aures haberent, vt de omnium profectibus torquerentur. Proximum fraudulenter decipit. Vnde inuidus cõparatur cani, qui blanditur in facie, & mordet à tergo. Itẽ Iudæ, qui oſculo Chriſtum tradidit. Item homini perfido qui lædit hominem, qui eum nunquam moleſtauit.

Heu malum.

SCHO-

SCHOLIA.

A Velle malum alicui, & nolle bonũ.] Formaliter intellige, videlicet malum ſub ratione mali, bonum ſub ratione boni. Nam velle alicui malum ſub rõne boni (ideſt ut conuertatur, bene proficiat, alijs nõ noceat vel huiuſmodi) & nolle alicui bonum ſub rõne mali, ideſt ne inde ſuperficiat, ne alijs noceat, ne peccet, vel huiuſmodi, nõ eſt iniuriæ opus, ſed charitatis. [2. 2. q. 36. ar. 2. Vnde & Greg. 22. Moralium. Euenire plerunque ſolet: vt non amiſſa charitate, & inimici nos ruina lętificet: & rurſum eius gloria ſine inuidiæ culpa contriſtet: cùm & ruente eo quoſdam bene erigi credimus, & proficiente illo plerosque iniuſtè opprimi formidamus.

Zelus erga peccatores.

De Ira. Cap. XVII.

IRA eſt (vt ait Auguſtinus) vlciſcendi libido, & ſecundum Caſſ. Ira eſt motus animi concitatus ad pęnam. Hæc eſt diffinitio Iræ per vitium, non per zelum, de qua eſt hic agẽdũ. Ira igitur duplex habet eſſe, ſ. eſſe naturæ & eſſe moris: Prout ergo deordinat ab optimo, habet eſſe morale, quo vitium eſt, quia ira non eſt peccatum rõne puræ paſſionis, imò pœna: ſed cum hoc dicit quãdam actionem per quam deordinat hominem & quantum ad Deum, & quantum ad proximum. Vult enim à ſe expetere vindictam, quã non debet expetere niſi à Deo, A vel à iudice à Deo, ſub Deo cõſtituto. Vtrũ autem teneatur quis remittere iniuriã inimico petenti? Nota diſtinctionem: quia ex

iniuria

Iniuria ſolent oriri tria. Primum eſt rancor in affectu. Secundũ eſt rancoris ſignũ in effectu. Tertium eſt actio contra iniuriantẽ. Primum tenetur quis ſtatim remittere, etiã ſi non rogetur. Secundum tenetur remittere veniam veraciter petenti, id eſt, parato emendare ſecundum facultatem ſuam. Tertium non tenetur remittere. Si verò volueris ſcire vtrum ille, cui facta eſt iniuria, debeat amicitiam quærere: ſciendum quòd duplex eſt debitum. Primum eſt neceſſitatis, ſine quo non eſt ſalus. Secũdum eſt perfectionis. Quantum ad primum debitũ nõ tenetur quis reconciliationem quærere, ſiue amicitiam: ſed de ſecundo dicit Chryſoſtom. quòd debet quærere reconciliationem, vt duplicem coronam conſequatur. Vnam, quia iniuriam paſſus eſt. Aliam, quia prior rogauit. Dominus autem ponit tres gradus circa reatum iræ, cũ dicit. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit racha, reus erit cõcilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. De his dicendum eſt, quòd vbi creuit gradus culpę, creuit & ordo pœnæ. Vnde rectè ira ſine voce, punienda eſt iudicio, ira cum uoce, concilio, ira cum voce contumeliæ, gehẽnæ ignibus mancipatur. Secundum Aug. enim in primo eſt ira tantum, in ſecundo ira & vox, in tertio ira & vox & certa expreſſio irriſionis. Dicit autem Gregorius, quòd iudicium eſt cauſæ diſcuſſio, concilium ſententiæ diffinitio, gehenna ignis ſententiæ executio. Notandum quod reddere malum pro malo, eſt fragilitatis, ſicut fecit Ioab quando interfecit

Pulchra, & neceſſaria quæſtio.

Nunquã rancor in affectu habendus.

Abner, ſcilicet iterfectorē fratris ſui Aſael. Sed reddere malum pro bono, eſt peruerſitatis, ſicut fecit Iudas tradendo Chriſtū. Reddere bonum pro bono, eſt æquitatis; ſicut fecit Aſſuerus quando Mardochæum honorauit. Reddere bonum pro malo eſt perfectionis, ſicut fecit beatus Stephanus quando pro inimicis ſuis orauit. Filiæ iræ ſecundum Greg. ſunt ſex. Prima eſt rixa, hæc eſt audax voluntas vindicandi iniuriam factā, pro ſe. Secunda eſt tumor mentis, hæc eſt voluntas vindicandi cauſa fugiens aduerſantem, ne cum eo colloquium habeatur, propter æſtimatas inimicitias. Tertia eſt cōtumelia, quæ eſt voluntas ſe vindicans per exprobrationem malorum. Quarta eſt clamor, quæ eſt voluntas ſe vindicans in exaltando vocem per vituperium ad aliorū aures perueniens. Quinta eſt indignatio, quæ eſt voluntas ſe vindicans per ſignum moleſtiæ exterius declaratum. Sexta eſt blaſphemia, quæ eſt voluntas ſe vindicans per opprobrium Deo, vel ſanctis illatum. Ex ira veniunt multa mala. Hoſpitiū ſpiritus ſancti turbat. Greg. Dum ira animum pulſat, ſpiritui ſancto hoſpitium ſuum turbat. Nā ſicut in pace factus eſt locus Dei, ſic in diſcordia locus Diaboli. Tales ſunt incendiarij domus Dei. Vnde Pſalmiſta, Pſalmo 73. Incenderunt igni ſanctuarium tuum domine in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui. Vnde iſti ſunt ſimiles draconi, qui emittit ex ore ignem. Quod Dei eſt ſibi vſurpat, ſ. vindictam, Propheta: Mihi vindictam, & ego retribuam. Talis ſe facit iudicem, & Deum vult eſſe tortorem, ſicut dicit

Aug.

Aug. Dicit enim malus in orationibus ſuis: Domine occide malum inimicum meum. Reſpondet ei dominus: Quem veſtrũ? Ambo eſtis mali. Immò talis vult eſſe actor & iudex in eadem cauſa. Sed ſtultũ ſe demonſtrat, qui per cor ſuum immittit gladium, vt lędat tunicam inimici ſui. Imò ſi ſapienter faceret, prius ſe de ſeipſo vindicare deberet ira, ſ. per zelum aduerſus iram ſuam propter vitium aſſumendo, ſed econuerſo limam purgationis conuertit in rubiginem depranationis. Aduerſitates enim quæ ipſum deberent à peccato purgare, per impatientiam magis inquinant, & fornax probationis mutat ei aurum in cuprum, & flagellum ex grano facit paleam. Vnde duram ſententiam talis in iudicio expectabit. Cũ enim dominus improperaturus ſit quibuſdam. Nudus fui, & non cooperuiſtis me, quid dicturus eſt illis qui non ſolummodo, non veſtiunt, ſed veſtitos ſpoliant? Bellum mundi, carnis, & Diaboli contra ſe inſtaurant, ſed ſapientes ſedant minores guerras propter maiores quæ imminent. Malam faciunt communicationem, quia auferendo pallium bonæ famæ, dant tunicam innocẽtię. Remedia iræ ſunt, Silentij obſeruatio. Prouerb. 26. Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis, quia ſicut ex colliſione duorũ corporum elicitur ignis, ita ex amaris verbis aliquorum' ira concitatur. Prouerbiorum decimoquinto: Reſponſio mollis frangit iram, & ſermo durus excitat furorem. Ibidem: Quaſi qui apprehendit canem auribus &c. Dominicæ paſſionis cõſideratio. Greg. Si paſſio Domini ad memoriã reuocetur,

Impatiẽtia de bono malũ trahit.

Silẽtium pax.

Matt. 25.

tur, nihil adeò durum eſt quod non æquanimiter toleretur. Hoc figuratum eſt Nu. 21. vbi reſpicientes ſerpētem æneũ ſanabantur. Item præmij tolerãtiæ animaduerſio. Vnde conſideratio præmij minuit vim flagelli.

S C H O L I A.

A Iudice à Deo, ſub Deo conſtituto.] Id eſt, & à Deo conſtituto, (ſic omnis poteſtas à Deo eſt) & Dei inſtinctum in iudicando ſeruante, (ſic enim omnis poteſtas facere debet.) Quaſi dicat: Ne recurras ad iudicem pro vindicta, qui tuam paſſionem exequatur, vel aliàs iniuſtè procedat.

B Secundum tenetur remittere veniã, &cęt.] Remittere, ſ. in ſpeciali; tenetur. ſ. de neceſſitate ſalutis, etiam extra caſum neceſſitatis. Si ergo veniam petit veraciter, ideſt ita quòd habeatur præſumptio, quòd non ſimulatè, vel irriſoriè faciat; vel ad familiaritatem ſe veraciter ingerit (hoc. n. eſt quoddam petere veniam) is qui hoſtis habetur; tunc mortaliter peccaret alter inimicus, ſi familiaritatis ſigna negaret tali in ſpeciali. Quod autem vltro quis extra caſum neceſſitatis, inimico tali etiam non petenti veraciter veniam, ſe ad familiaritatẽ ingerat, hoc de perfectione non de neceſſitate ſalutis eſt. Ex prædictis videtur, quòd aliquis teneatur de neceſſitate ſalutis facere pacem publicam ſuo inimico, ſi illam pacem veraciter, (vt ſupra) petit, & nullum inde futurum periculum verè probabiliter timeatur. [3. diſt. 30. quæſt. 1. artic. 2. Armilla verſi. Charitas.

Caſus cõſcientiæ. Notate de inimicis, & benè totũ.

C Veniam veraciter petenti.] Niſi loquamur de proximo in communi, vel in caſu neceſſi-

neceſſitatis. Si ergo beneficium præſtat q̃s proximo in communi, puta toti huius ciuitatis, congregationis, &c. populo, talis tenetur de neceſſitate ſalutis, nō excludere ſuū inimicum, ab huiuſmodi beneficio, etiam quod ipſe inimicus nunquam petijſſet veniam. Item quando inimicus tuus eſt in caſu neceſſitatis, teneris ſimili præcepto ſubuenire illi in particulari, etiam quòd nunquam à te veniā petijſſet. 2.2.q 25.ar. 8. & 9. Caſus cōſcientiæ notādus,

De Acedia. Cap. XVIII.

ACEDIA eſt de virtutū laudabili exercitio vtriuſque hominis languida deiectio. Item acedia eſt diffidentia de proprijs viribus, & de mandato Dei implēdo ardua triſtitia. Duo nomina ſunt huius vitij, ſ. Triſtitia & Acedia. Horum autem nominum hęc eſt ratio: quia in illo peccato eſt auerſio à ſpirituali bono, quod æſtimatur graue, ſicut eſt ieiunare, & huiuſmodi: & rōne huius dicitur triſtitia. Eſt etiā ibi cōuerſio ad creaturam, ſcilicet ad quietem quæ æſtimatur leuis, & rōne huius dicitur acedia. Patet ergo ex his, quòd hoc vitiū prout vocatur triſtitia, opponitur lætitię ſpirituali, q̃ eſt in exercitio ſpirituali. Sed ꝓut vocatur acedia, opponitur fortitudini, quæ conſiſtit in aggrediendis arduis, & ſuſtinendis aduerſis. Acedia denominatur ab acedine, q̃a per eam anima tædiū habet de bono ſpirituali difficili. A Acedia ſecundū Greg. habet ſex filias. Prima vocatur malitia, quæ ſecundum Auguſtinum, eſt voluntas machinandi malum alicui. Cum.n.quis iniuriatur alij, tūc Acedia extra.

iraſcitur, & poſtea triſtatur. Secunda eſt deſperatio, quia diffidentia meritorum mater eſt diffidentiæ præmiorum, ex qua iterum oritur triſtitia. Tertia eſt puſillanimitas, q̄ naſcitur ex diffidentia, proueniente ex conſideratione propriæ infirmitatis, vel operis arduitatis. Quarta eſt rancor, qui eſt inueteratum odium. Sicut.n.ex charitate ſunt opera bona, ex quibus eſt confirmatio charitatis, ita ex ira eſt acedia, ex acedia vetuſtas iræ. Quinta eſt torpor circa pręcepta, ideſt quędā inſuaſibilitas, ꝑꝑ quam homo non poteſt induci ad executionē mandatorum Dei. Sexta eſt euagatio mentis circa illicita. Hęc autem euagatio quãdoq; eſt particularis, & certam hēt materiā, & ſic conuenit omnibus vitijs: quandoq; eſt generalis & incerta, & hęc eſt propriè euagatio acedię. Qui enim eſt abſorptus triſtitia, non habens in ſe vnde delectetur, euagatur ad omnia quærens delectationem. Ex acedia eueniunt multa mala. Pręceptum domini negligit. Gene. 3. In ſudore vultus tui, &c. Maledictionem Dei incurrit. exemplũ de ficu, cui dominus maledixit, quia folia tm̄ habuit. Matt.21. Diſcrepat à cæteris creaturis. Exemplum.n.eſt in corporibus inanimatis: ſicut in Sole, & Luna, qui quotidie ſurgunt & perficiũt curſum ſuum. Item patet in corporibus animatis, ſicut ſunt arbores & herbę, quæ licet in hyeme nudæ ſint, tamen virtutem ſeruant, & in tempore ſuo redeunt ad conſueta. Idem oſtenditur in ſenſibilibus. Prouer. 6. Vade ad formicam ò piger. Præcioſum tempus perdit, quo nihil præcioſius eſt, quia breui hora poſſet quis

Multam malitiam docuit ocioſitas. Vide per totũ infra & ſupra.

quis obtinere veniam,gratiam, & gloriam. Et tamen (vt ait Bernar.)nihil vilius reputatur,quia dicunt homines ocioſi.Venite, deducamus tempus. Spirituale lucrum negligit: quia qui non mercatur in nundinis, poſtea non habebit. Prouer. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei. Incitamenta vitiorũ colligit. Prouerb.24. Per agrum hominis pigri tranſiui, & ecce totum repleuerant vrticæ, & cooperuerant ſuperficiem eius ſpinæ. Nota quòd aqua corrumpitur quiete, & ferrum contrahit rubiginem, & porcus mactãdus permittitur in quiete pingueſcere. Locum diabolo pręparat, quia homo ocioſus eſt, quaſi puluinar diaboli, & in ollam tepidam libenter muſcæ inſident, quę feruentẽ fugiunt. Tentationibus patet. Vnde legitur in collationibus Patrum, quòd monacũ operantem dęmon vnus pulſat,ocioſum verò innumeri. Eſt enim homo acedioſus quaſi vrbs abſque murorum ambitu, & quaſi ſignum poſitum ad ſagittam. Mores peruertit; quia vult metere, & non ſeminare,ſicut catus, qui libenter piſces comedit, ſed eos non libẽter capit. Dicatur ſic.furem fodientẽ &c. fur veniret &c. Seneca. Incertum eſt quo loco & qñ mors te excipiat: & ideo tu illam in omni loco & tempore expecta. Furem fodientem parietem non repellit, quia mors fur eſt, & quotidie tollit vnum aſſerẽ, ideſt vnum diem. Matth.24.Si ſciret paterfamilias quàm hora fur veniret &c. Receptaculum ſordium ſe facit. Bernardus.Omnium tẽtationum ſentina eſt ocium. Ipſum enim eſt occaſio luxuriæ. Secundi Reg. 11.

Vltimam vel paulu lum hẽamus, ꝑ nobis in mortis articulo de tãto tempore: qd' ſic abundãtiſſimè ĩ vanũ cõſumimus nunc.

Factum eſt eo tempore, quo ſolēt Reges ad bella procedere. Item occaſio eſt nugarum, Act. 17. Athenienſes ad nihil aliud uacabāt &cęt. Item occaſio curioſitatis: 1. ad Tim. 5. Diſcunt circuire domos. Stultitiam oſtēdit, quia tonitrua audiens non ſurgit. Tonuit autem Chriſtus in Cruce, & in prædicatione: tonabit etiam in die iudicij. Item ſtultus eſt, qui immunditias de oculo non eijcit. Matth. 7. Hypocrita eijce primum trabē de oculo tuo. Ad cęleſtia venire negligit: quia vix ad locū quis veniet, qui vnum pedem hodie mouet, & poſt annum alium. Sic & illi quorū motus eſt pes intellectus; & non pes affectus; cum tamen ſit affectib. ambulandum.

SCHOLIA.

A Tædium de bono ſpirituali.] Neceſſario ad ſalutem, ex quo tædio illud bonum dimittit. Tunc enim formaliter eſt accidia, quæ eſt peccatum mortale, quia opponitur præcepto de dilectione Dei. Dilectionē nāque alicuius ſequitur delectatio de eo, & è contra. Vnde ſi delectaris de Deo, ſignum bonum habes, quòd amas Deum; ſi non delectaris de eo, puta de ſeruiendo ei in Choro, in Miſſa, in perſoluendis horis canonicis, malum ſignum habes de ſalute tua. [2. 2. quæſt. 25. artic. 3.

Signum bonū, & malum.

De Auaritia. Cap. XIX.

AVARITIA, vt ait Tullius, eſt immoderatus amor habendi. Item ſecundū Bernard. Auaritia eſt quarumlibet rerum inſatiabilis

tiabilis & inhoneſta cupido. Secundũ Apoſto. Eph. 5. Auaritia eſt idolorum ſeruitus, quia homo auarus exhibet creaturæ, quod debet creatori, ſcilicet fidem, ſpem, & delectationem. hæc enim auari exhibent pecuniæ. In hoc ergo ſpecialiter reprehenduntur iſti, quia rei viliſſimæ amorem ſuum exhibent, ſcilicet pecuniæ, quæ de terra tollitur, quam natura infimam ordinauit. Dicitur in Eccleſiaſtico, ꝙ auaro nihil eſt ſceleſtius, & hoc propter quatuor cauſas. Primò, quia fere omnia ſcelera per auaritiã perpetrantur, vt furta, periuria, homicidia, & huiuſmodi. Secundò quia eſt cõtra legẽ naturæ. Lucę 6. Quæcunq; vultis vt faciãt vobis hom. &c. Tertiò, quia eſt cõtra legem ſcriptam. Luc. 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter, &c. Quartò, q̃a eſt contra legem vniuerſalem, quæ eſt in omnibus rebus, quæ compelluntur ſe dare: auarus verò quaſi captiuas detinet res, ne ſe communicare poſſint. Vtrum autem cuiquam liceat theſauros congerere: Notandum ꝙ eſt theſaurizare ex affectu auaritiæ abſq; intẽtione neceſſitatis proprię vel alienæ: & hoc modo theſaurizare omnibus eſt prohibitũ. Alio modo eſt theſaurizare ex prouidẽtia: & hoc vel ex conſideratione neceſſitatis, & ſic cõceditur parentibus ſecularibus ob neceſſitatem filiorum educandorum, vel filiarum coniugio tradendarum, non autem ditandarum, ſed ſeruato modo, vel ſtatu perſonæ. Alio modo eſt theſaurizare ex conſideratione publicę vtilitatis, ſcilicet regni defendendi, vel cultus Dei ampliandi, & ſic conceſſum eſt regibus theſaurizare.

Bonum eſt diffuſiuũ ſuiip ſius.

Nolite theſaurizare.

O clerici auditē. Perſonis autem eccleſiaſticis propriè nunquam theſaurizare licet, nec pecuniam tenere intentione ſeruandi. Ambroſius. Aurum habet eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt eroget. Ex prædictis patet quòd duplex poteſt eſſe amor pecuniæ, ſiue temporalium, ſcilicet reſpectu neceſſarij, vel reſpectu ſuperflui. Contra primum prohibet dominus præfocā

A tem ſolicitudinem. Contra ſecundum prohibet theſaurizationem. Ex auaritia ſequūtur multa mala. Primò, quia à Deo maledicitur. Auguſt. Maledictus diſpenſator auarus, cuius largus eſt dominus. Semper eget. Hieronym. Auaro tam deeſt quod habet, q̄ quod non habet. Stultus mercator eſt, qui regnum cœlorum, imò ipſum Chriſtū vendit pro paucis denarijs: & propter hoc ſæpe

Auarus Iuda ſceleſtior. peior eſt auarus homo, quàm ipſe Iudas, q̄ vendidit Chriſtum triginta denarijs, iſte autem interdum pro vno denario. Corpus euiſcerat, quia diuitiæ acquiruntur cum labore, poſſidentur cum timore, amittuntur cum dolore. Vnde ipſi laborant, & alij in labores eorum ſæpe intrant, ſcilicet fures, raptores, vel latrones, vel certe filij mali.

Exemplū ad rem. Iſti ſimiles ſunt araneæ, quæ faciendo telā pro capienda muſca, ſeipſam euiſcerat. Mētem ſuffocat. Auguſt. Naufragium fugis, & plumbum amplecteris. Vnde Socrates maſſam argenti proijciens in mare dixit, Mergam te, ne mergas me. Inquinat. Exo. 5. Filij Iſrael ſeruiebant in luto, & latere.

Tob. 2. Excæcat. Exemplum de Tobia, qui fuit excæcatus ſtercore hirundinum. Cor dilacerat. Vnde diuitiæ comparantur ſpinis, Matthæi 13. Inſatiabilis eſt. Vnde comparantur

ſacco

ſacco pertuſo, & inferno, qui nunquam dicit, ſufficit. Et mari, cui omnia flumina influunt, & tamen non redundat. Et hydropico, qui quantò plus bibit, tantò plus ſitit. Filiæ auaritiæ ſunt ſex ſecundum Gregorium. Prima eſt obduratio cordis, quæ fit omittendo eleemoſynam. Iſtam filiam uocat Iſidorus inhumanitatem. Secunda eſt violentia, hæc fit nocendo alicui palā per facta mala, quam vocat Iſidorus rapacitatem. Tertia eſt inquietudo, hæc eſt appetitus lucri. Quarta eſt periurium, quod ſæpe incidit in emptione, & venditione. Quinta eſt fallacia, quæ fit per verba decipientis in occulto. Sexta eſt fraus, hæc eſt deceptio perfecta: & hoc in præſentia illius, qui decipitur. Septima proditio, quæ eſt idē quod deceptio, quæ fit per abſentiam decepti.

Leguntur hæc in experientia magis, q̄ in codicibus.

SCHOLIA.

A Præfocantem ſolicitudinem.] Id eſt ſolicitudinem poſtponentē ſpiritualia temporalibus. Hoc ſignum Crucis poſt ly nolite ſoliciti eſſe (vbi ad litteram de ſolicitudine circa temporalia neceſſaria loquitur) finaliter, quaſi ſolicitudinem quam prohibuerat declarans, concludit ly. Quærite ergo (ob id ponitur ly ergo) primum regnum Dei &c. Ac ſi dicat ſolicitudo prohibita ſupra, eſt ſolicitudo non anteponens ſpiritualia temporalibus. Et hoc eſt quòd dicūt ſancti Doctores, his vel huiuſmodi verbis, Labor exercendus eſt, ſollicitudo tollēda. Hieron. ibi ſcribit ſup̱ Matt. quā ſolicitudinē alios plerunq; anxietatē vocare cōperies. Quòd ſi ſolicitudo non poſtponat ſpiritualia, (puta Miſſam, Cōfeſſionē &c.) tēporalibus

Matth. 6.

De ſolicitudine p̱ temporalibus.

bus non eſt damnanda. S. Tho. ſup. Matt. ibi. Non igitur ordinata, ſed inordinata ſolicitudo vitanda eſt. Quadruplex autem ſolicitudinis inordinatio, ſiue (vt textus loquitur) præfocans ſolicitudo, in temporalibus eſt fugienda. Primò, vt in his finē non conſtituamus, neque Deo ſeruiamus propter neceſſaria rerum temporalium: quod monſtrauit Crucis per ly theſaurizare vobis &c. Secundò, vt non ſic ſolicitemur de temporalibus quaſi deſperantes de auxilio diuino: quod docuit Crucis per ly ſcit Pater veſter, quia his omnibus indigetis. Tertiò, ne ſit ſolicitudo præſumptuoſa, (ideſt, quòd homo non confidat, ſe neceſſaria vitæ per ſuā ſolicitudinem procurare poſſe ſine auxilio diuino:) quod iuſſit Crucis per ly non poteſt quis adijcere ad ſtaturam ſuam. Quartò nè homo ſolicitus ſit nunc de pertinentib⁹ ad curam temporis tantum futuri: quod monuit crucis per ly nolite ſoliciti eſſe de craſtino. [1.2.q.108.ar.3.

Per gulam. *Cap.* XX.

GVLA, vt ait Aug. eſt immoderata cibi auiditas. Item gula eſt vorax edacitas naturæ finibus non contenta. Quinque modis peccatur circa Gulam, vt dicit Greg. Primò cum quis horam comedendi præuenit: & hoc fit per impatientiam expectandi tempus debitum. Secundò cū quis quærit cibaria precioſa & delicata, de quibus Ouid. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe cibis. Sed contra hoc fecit diues ille qui epulabatur quotidie ſplendidè. Tertio qn̄ quis mēſuram

ſuram excedit, ſ. nimis comedendo. Sciendū tamen quia quod vni eſt mediū & menſura debita, hoc alteri eſt exceſſus. Vnde non cōſiſtit menſura in cibi quantitate, ſed in comedentis qualitate. Veruntamen quidā ieiunium ſuum recōpenſant poſtmodum nimietate ſuperflua, ſed hoc quid aliud eſt, q̃ dare duos obolos pro vno denario? Quartò, quando nimis ardenter ac feſtinè quis comedit. Non.n. vſus ciborū, ſed cōcupiſcētia in vitio eſt. Quintò, quādo quis cibaria ſua nimis ſtudioſè præparat. Vnde Bernardus; Non ſapores, ſed fames excitet appetitum. In omnibus his ſumenda ſunt non quæ voluptas, ſed quæ requirit neceſſitas. Contingit etiā peccatum eſſe circa diminutionem cibi, ſicut circa ſuperfluitatē. Filiæ gulæ ſūt quinque ſecūdum Gregoriū. Prima eſt ſcurrilitas, quia gula mouet ad verba ſcurrilia. Secunda multiloquium ſcilicet detractio, vituperia, & alia verba inania. Tertia inepta lætitia.i. laſciuia carnis, ſiue geſtus corporis inordinatus laſciuiam mentis demonſtrās. Quarta immunditia, q̃ ſolet ꝓuenire ex gula, vt eſt vomitus, & eructationes fœtidæ, ac luxuria. Quinta eſt hebetudo mentis, ideſt, ſubuerſio rōnis. Gula duo complectitur, ſ. comeſſationem & ebrietatem; & propriè loquendo parſimonia opponitur comeſſationi, & ebrietati ſobrietas. Gula nocet multipliciter. De paradiſo eijcit hominē, exemplū in Adā. Spiritualia bona ꝑdit. exēplū in Eſau, q pro cibo vendidit primogeniturā. Diabolo domū præparat. Matt. 8. Se eijcis nos hinc, mitte nos in porcos. Seruum contra dominum animat. Prouerb. 29.

Qui

Qui delicatè nutrit ſeruum ſuum, ſentiet eum cōtumacem. Luxuriam inducit, exemplum de Loth. Homicidia perficit, exemplū de Ioanne Baptiſta, qui in conuiuio perijt. A Inducit mortem naturæ. Eccle. 37. Propter crapulam multi perierunt. Gen. 2. Quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Inducit mortem culpę. 1. ad Timoth. 4. Vidua in delicijs viuens, mortua eſt. Inducit mortem gehennę. Luc. 16. Diues epulo ſepultus eſt in Inferno. Remedia gulæ ſunt quatuor. Primum eſt ſpiritualium ciborum frequens ſumptio. Matthæi 4. Non in ſolo pane viuit homo, &c. Secundum, futuræ carnis noſtræ conſideratio. Hieronymus. Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturum. Tertium eſt æternę cœnæ meditatio. Lucæ. 14. Homo quidam fecit cœnā magnam. Quartum eſt famis Chriſti & ſuorum penſatio. Thren. 3. Recordare paupertatis meæ, abſinthij, & fellis.

SCHOLIA.

A Nimietate ſuperflua.] Bene adit ly ſuperflua, ſi enim quis ad hoc, vt ieiunare, vel in ieiunando perſeuerare poſſit, plus ſolito cibetur: non propterea gulę peccatum incurrit, neq; meritum ieiunij amittit. Alioquin Sancti religionum Patres, qui ita ſanxerūt, filijs ſuis cęleſtes coronas, per id abſtuliſſet. Sin autem, ne aliquid ieiunando patiatur; plura cibaria ſumit; licet peccatum de non ieiunando euitet, meritum tamen ieiunij propter gulam amittit, vel ſaltem diminuit. [2.2.q.147.ar.6.

Conſtitutiones ordinis Prædicatorū, diſt.2.c.5.

De Luxuria. Cap. XXI.

LVXVRIA eſt ex immūdis deſiderijs veniens lubrica mentis & carnis proſtitutio. Item luxuria eſt libidinoſæ voluptatis appetitus: & intelligas hic appetitū, qui eſt ex conſenſu rationis, quia talis appetitus eſt peccatū mortale: & dicitur peccatū mortale, quando ratio non cohibet huiuſmodi appetitum cum poſſet. Differentiæ luxuriæ ſunt octo. Prima eſt fornicatio, quæ eſt ſoluti cum ſoluta. Secunda meretriciū, quod fit dupliciter.ſ. per uagam libidinē cū diuerſis peccando, vel cum publicè venali concumbendo. Tertia eſt adulteriū, quo coniugalis thorus vitiatur. Quarta eſt ſtuprum, quo virginalis integritas corrumpitur. Quinta ſacrilegium, quo continentia Deo dicata læditur, vt in clericis, & religioſis ſacris ordinibus ſublimatis, & in his qui emiſerunt votum continentiæ. Sexta eſt inceſtus, quo vinculum conſanguinitatis, vel affinitatis, vel compaternitatis corrumpitur. Septima eſt peccatum cōtra naturam, ſiue Sodomia, quo naturalis vſus peruertitur. Notandum autē quòd aliud eſt contra naturā ſpeciei, aliud cōtra naturā generis. Primo modo omne peccatum mortale eſt contra naturam ſpeciei, quia in rationali creatura remurmurat ſyndereſis contra omne peccatum. Sed ſecundo modo peccatum Sodomię eſt contra naturam generis, quia non ſolum in homine, ſed etiam in brutis diuerſi ſexus in coitu conueniunt. Vnde ſi iſto modo fit, cōtra naturam generis eſt. Cōtra naturam (ideſt contra intentionē natu-

Notato diligēter. A

ræ ordinantis ſecundum ad generationem, eſt etiam mollities, qua quis per ſe ſolitarie ſemen emittit; & beſtialitas, qua cum brutis commiſcetur. Et quodcunque horum eſt mortale grauiſſimum. Octaua eſt libidinoſus coitus coniugalis, qui multipliciter accipitur. Coitus enim coniugalis alius licitus eſt, alius fragilis, alius impetuoſus. Licitus tripliciter, vt quando cauſa prolis fit ad ampliandum cultum Dei, vel cauſa reddendi debitum, vel cauſa vitandę fornicationis non in ſe, ſed in coniuge. Primus eſt pietatis, Secundus iuſtitię, Tertius cautelę. In his nullum dicitur peccatum eſſe. Fragilis eſt, quando fit cauſa delectationis, & tunc diſtinguitur: quia ſi amor illius delectationis præponitur Deo, mortale peccatum eſt: ſi verò poſtponitur, veniale. Item fragilis eſt de veniale: quando fit cauſa vitandæ fornicationis in ſe. Impetuoſus eſt qui ex ſola libidine prouenienſ, metas honeſtatis, & rationis trăſcendit: quod fit quinque modis: primò cauſa ſatiandæ libidinis per meretricias blanditias: ſecundò, cum fit contra naturalem modum: tertiò, cū fit tempore prohibito: quartò, quando fit in loco prohibito: quintò, quando acceditur ad mulierem prægnantem, & vicinam partui, vel quæ eſt in fluxu menſtruo. Filiæ luxurię ſunt octo, ſecũdum Greg. Prima eſt cæcitas mētis, quia ſecundum Auguſt. in opere luxuriæ tota ratio abſorbetur. Secunda eſt inconſideratio, mortis. ſ. & inferni. Tertia inconſtantia, ſ. ad cogitandum, deſiderandũq; nunc iſtud, nũc illud. Quarta amor ſui, ſ. quo aliquis deſiderat longam vitam ad hoc, vt expleat voluptatem

In dignitas hominis quo ꝓgreditur.

ptatem ſuam. Quinta pręcipitatio, qua quis præcipitanter currit ad peccādum, exponēs ſe periculo mortis propter luxuriam facien dam. Sexta odium Dei, quia Deus abſtrahit inde ſe ab eis, & punit eos qui ſequuntur carnis delicias, ad quas inclinat luxuria. Septima, affectus præſentis ſæculi, ſ. appetitus honorum, diuitiarum, ſanitatis, fortitudinis, & huiuſmodi: per quæ luxurioſus, finem ſuũ conſequitur. Octaua eſt, deſperatio futuri ſeculi, quæ eſt diffidentia gloriæ, vel veniæ conſequendæ, & hæc eſt filia luxuriæ conſummatæ. Luxuria nocet multipliciter. Deo eſt contumelioſa, quia templum eius inquinat. Dæmonibus placita. Iob 40. Behemot dormit in locis humentibus. Subiecto proprio nociua. 1. ad Corinth. 6. Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. Proximum ſcandalizat, Oſeæ 5. Facti eſtis ſpeculatio, & rete expanſum ſuper montem Thabor. Animam propriam damnat. 2. Regum 12. Non recedat gladius de domo tua. hoc dictum fuit ad Dauid propter peccatum Berſabeæ. Viliſſimo domino ſe ſubiicit, ſ. carni & ſenſualitati. Geneſ. 3. Quia obediſti voci vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. Mentem infatuat. Oſeę 4. Vinum, & mulieres auferunt cor. Remedia luxurię ſunt hæc, Occaſiones fugere. Iob 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Eccleſia. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccleſ. 26. Qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionem. Mortis extrema cogitare. Eccleſia. 7. Memorare nouiſſima tua, & in æternum nō peccabis. De ſe non præſumere: quia cecidit

Quot homicidia, quod &c. ſequantur: experientia teſtis.

dit Dauid ſanctiſſimus, Salomon ſapientiſſimus, Sanſon fortiſſimus. Frequenter ſe occupare. Hieronymus, Semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Tentationi in principio reſiſtere. Gen. 3. Ipſa conteret caput tuum. Carnem domare, Marci. 9. Hoc genus dęmonij non eijcitur niſi in oratione, & ieiunio.

Intellige pſertim de ſtudio.
ſup. c. 41. lib. 2.

SCHOLIA.

A Fornicatio.] Negare fornicationem eſſe peccatum mortale, eſt non ſolum mortale, ſed etiam hæreticum, cum ſit contra Apoſtolum expreſsè dicentem Gal. 5. quòd fornicatio excludit à regno Dei. Si quis autem ignorans quod ſit peccatum mortale, accedit ad meretrices, non acceſſurus ſi ſciret hoc eſſe mortale, adhuc peccat mortaliter; & totiens, quotiens. Ignorantia enim iuris diuini in ſimili caſu, & iuris naturalis (eſt. n. de iure naturali non fornicari) nō excuſat. Vt patet in Decretis. [1. q. 4. turbatur. De his vide 1. 2. q. 76. artic. 2. & 3. 2. 2. q. 154. art. 2.

Caſus cōſciētię de fornicatione.

Quando ſeptem vitia ſint mortalia, & quando venialia, & primo quando vanagloria. Cap. XXII.

OMNIA prædicta quamuis ſemper ſint peccata, non tamen ſemper ſunt mortalia. Vnde videndum eſt quādo unumquodque mortale ſit, & quando veniale. Vana igitur gloria ex ſuo genere eſt veniale, quia genus operis ſumitur ex obiecto. Vanum autem ſecundum ſe non eſt obiectum peccati mortalis, ſed venialis. Vnde cum

A

vana

vana laus ſit huius peccati obiectum, patet ꝙ non ſemper eſt peccatum mortale. Erit tamen vana gloria mortalis dupliciter, ſ. ratione finis, propter quem laus appetitur. Opus namque tale eſt, quale eſt id, propter quod appetitur. Item ratione operis, in quo laus quęritur. Circa primum dicendum eſt, quod quadruplici fine laus appetitur. Primò ad vitandum malum infamiæ, ſicut Samuel ſe laudauit. 1. Reg. 12. Secundo, propter aliquam vtilitatem ſpiritualem, vt eſt gloria Dei, vel ędificatio proximi, ſicut Paulus ſe commendauit. 2. ad Corin. 11. Tertio, propter lucrum auaritiæ, ſicut Phariſæi, qui deuorant domos viduarum, lõgas orationes ſimulantes. Matt. 23. Quartò, propter aliquẽ actum venialis peccati, ſicut quando quis laudari vult, eò ꝙ venialiter in laude delectetur. Primum eſt prudentiæ: ſecundum eſt charitatis: tertium eſt peccatum mortale: idem intelligendum eſt quandocũque mortale peccatum finis alicuius operis ponitur. Quartum eſt veniale. Sequitur ſecunda cauſa quare vana gloria ſit peccatum mortale, ſ. ratione operis, per quod laus quæritur. Hoc autem poteſt fieri tripliciter, quia laus quandoque quæritur per opera illicita, qñque per opera ex ſe indifferentia, quandoq; per opera virtutum. Si primo modo, ſic tale eſt peccatum, quale & illud illicitum, ſcilicet mortale, aut veniale. Si ſecundo modo, ſic eſt peccatum veniale, vt habere diuitias, vel veſtes precioſas, cũ abuſu talium in laudem. Veruntamen ſi talia ſunt de ſe ordinata, vt ſint occaſio peccati mortalis, ſecundũ quòd mulier cum ornatu meretricio præpa- B

rat

O clerici auditē. Perſonis autem eccleſiaſticis propriè nunquàm theſaurizare licet, nec pecuniam tenere intentione ſeruandi. Ambroſius. Aurum habet eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt erogет. Ex prædictis patet quòd duplex poteſt eſſe amor pecuniæ, ſiue temporalium, ſcilicet reſpectu neceſſarij, vel reſpectu ſuꝑflui. Contra primum prohibet dominus præfocā- A tem ſolicitudinem. Contra ſecundum prohibet theſaurizationem. Ex auaritia ſequūtur multa mala. Primò, quia à Deo maledicitur. Auguſt. Maledictus diſpenſator auarus, cuius largus eſt dominus. Semper eget. Hieronym. Auaro tam deeſt quod habet, q̃ quod non habet. Stultus mercator eſt, qui regnum cœlorum, imò ipſum Chriſtū uendit pro paucis denarijs: & propter hoc ſæpe peior eſt auarus homo, quàm ipſe Iudas, q. vendidit Chriſtum triginta denarijs, iſte autem interdum pro vno denario. Corpus euiſcerat, quia diuitiæ acquiruntur cum labore, poſſidentur cum timore, amittuntur cum dolore. Vnde ipſi laborant, & alij in labores eorum ſæpe intrant, ſcilicet fures, raptores, vel latrones, vel certe filij mali. Iſti ſimiles ſunt araneæ, quæ faciendo telā pro capienda muſca, ſeipſam euiſcerat. Mētem ſuffocat. Auguſt. Naufragium fugis, & plumbum amplecteris. Vnde Socrates maſſam argenti proijciens in mare dixit, Mergam te, ne mergas me. Inquinat. Exo. 5. Filij Iſrael ſeruiebant in luto, & latere. Excæcat. Exemplum de Tobia, qui fuit excæcatus ſtercore hirundinum. Cor dilacerat. Vnde diuitiæ comparantur ſpinis, Matthæi 13. Inſatiabilis eſt. Vnde comparantur

Auarus Iuda ſcœleſtior.

Exemplū ad rem.

Tob. 2.

ſacco

ſacco pertuſo, & inferno, qui nunquam dicit, ſufficit. Et mari, cui omnia flumina influunt, & tamen non redundat. Et hydropico, qui quantò plus bibit, tantò plus ſitit. Filiæ auaritiæ ſunt ſex ſecundum Gregorium. Prima eſt obduratio cordis, quæ fit omittendo eleemoſynam. Iſtam filiam uocat Iſidorus inhumanitatem. Secunda eſt violentia, hæc fit nocendo alicui palã per facta mala, quam vocat Iſidorus rapacitatem. Tertia eſt inquietudo, hæc eſt appetitus lucri. Quarta eſt periurium, quod ſæpe incidit in emptione, & venditione. Quinta eſt fallacia, quæ fit per verba decipientis in occulto. Sexta eſt fraus, hæc eſt deceptio perfecta: & hoc in præſentia illius, qui decipitur. Septima proditio, quæ eſt idẽ quod deceptio, quæ fit per abſentiam decepti.

Leguntur hæc in experientia magis, q̃ in codicibus.

SCHOLIA.

A Præfocantem ſolicitudinem.] Id eſt ſolicitudinem poſtponentẽ ſpiritualia temporalibus. Hoc ſignum Crucis poſt ly nolite ſoliciti eſſe (vbi ad litteram de ſolicitudine circa temporalia neceſſaria loquitur) finaliter, quaſi ſolicitudinem quam prohibuerat declarans, concludit ly. Quærite ergo (ob id ponitur ly ergo) primum regnum Dei &c. Ac ſi dicat ſolicitudo prohibita ſupra, eſt ſolicitudo non anteponens ſpiritualia temporalibus. Et hoc eſt quòd dicũt ſancti Doctores, his vel huiuſmodi verbis, Labor exercendus eſt, ſollicitudo tollẽda. Hieron. ibi ſcribit ſuꝑ Matt. quã ſolicitudinẽ alios plerunq; anxietatẽ vocare cõperies. Quòd ſi ſolicitudo non poſtponat ſpiritualia, (puta Miſſam, Cõfeſſionẽ &c.) tẽporalibus

Matth. 6.

De ſolicitudine ꝑ temporalibus.

bus non eſt damnanda. S.Tho.ſup.Matt.ibi. Non igitur ordinata, ſed inordinata ſolicitudo vitanda eſt. Quadruplex autem ſolicitudinis inordinatio, ſiue (vt textus loquitur) præfocans ſolicitudo, in temporalibus eſt fugienda. Primò, vt in his finē non conſtituamus, neque Deo ſeruiamus propter neceſſaria rerum temporalium: quod monſtrauit Crucis per ly theſaurizare vobis &c. Secundò, vt non ſic ſolicitemur de temporalibus quaſi deſperantes de auxilio diuino: quod docuit Crucis per ly ſcit Pater veſter, quia his omnibus indigetis. Tertiò, ne ſit ſolicitudo præſumptuoſa, (ideſt, quòd homo non confidat, ſe neceſſaria vitæ per ſuā ſolicitudinem procurare poſſe ſine auxilio diuino:) quod iuſſit Crucis per ly non poteſt quis adijcere ad ſtaturam ſuam. Quartò nè homo ſolicitus ſit nunc de pertinentib' ad curam temporis tantum futuri: quod monuit crucis per ly nolite ſoliciti eſſe de craſtino. [1.2.q.108.ar.3.

Per gulam. *Cap. XX.*

GVLA, vt ait Aug. eſt immoderata cibi auiditas. Item gula eſt vorax edacitas naturæ finibus non contenta. Quinque modis peccatur circa Gulam, vt dicit Greg. Primò cum quis horam comedendi præuenit: & hoc fit per impatientiam expectandi tempus debitum. Secundò cū quis quærit cibaria precioſa & delicata, de quibus Ouid. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe cibis. Sed contra hoc fecit diues ille qui epulabatur quotidie ſplendidè. Tertio qn̄ quis mē-
ſuram

ſuram excedit, ſ. nimis comedendo. Sciendũ tamen quia quod vni eſt mediũ & menſura debita, hoc alteri eſt exceſſus. Vnde non cõſiſtit menſura in cibi quantitate, ſed in comedentis qualitate. Veruntamen quidã ieiunium ſuum recõpenſant poſtmodum nimietate ſuperflua, ſed hoc quid aliud eſt, q̃ dare duos obolos pro vno denario? Quartò, quando nimis ardenter ac feſtinè quis comedit. Non. n. vſus ciborũ, ſed cõcupiſcẽtia in vitio eſt. Quintò, quãdo quis cibaria ſua nimis ſtudioſè præparat. Vnde Bernardus; Non ſapores, ſed fames excitet appetitum. In omnibus his ſumenda ſunt non quæ voluptas, ſed quæ requirit neceſſitas. Contingit etiã peccatum eſſe circa diminutionem cibi, ſicut circa ſuperfluitatẽ. Filiæ gulæ sũt quinque ſecũdum Gregoriũ. Prima eſt ſcurrilitas, quia gula mouet ad verba ſcurrilia. Secunda multiloquium ſcilicet detractio, vituperia, & alia verba inania. Tertia inepta lætitia. i. laſciuia carnis, ſiue geſtus corporis inordinatus laſciuiam mentis demonſtrãs. Quarta immunditia, q̃ ſolet ꝓuenire ex gula, vt eſt vomitus, & eructationes fętidæ, ac luxuria. Quinta eſt hebetudo mentis, ideſt, ſubuerſio rõnis. Gula duo complectitur, ſ. comeſſationem & ebrietatem: & propriè loquendo parſimonia opponitur comeſſationi, & ebrietati ſobrietas. Gula nocet multipliciter. De paradiſo eijcit hominẽ, exemplũ in Adã. Spiritualia bona ꝑdit. exẽplũ in Eſau, q pro cibo vendidit primogeniturã. Diabolo domũ præparat. Matt. 8. Se eijcis nos hinc, mitte nos in porcos. Seruum contra dominum animat. Pouerb. 29.

Qui

Qui delicatè nutrit ſeruum ſuum, ſentiet eum cōtumacem. Luxuriam inducit, exemplum de Loth. Homicidia perficit, exemplū de Ioanne Baptiſta, qui in conuiuio perijt.
A Inducit mortem naturæ. Eccle. 37. Propter crapulam multi perierunt. Gen. 2. Quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Inducit mortem culpę. 1. ad Timoth. 4. Vidua in delicijs viuens, mortua eſt. Inducit mortem gehennę. Luc. 16. Diues epulo ſepultus eſt in Inferno. Remedia gulæ ſunt quatuor. Primum eſt ſpiritualium ciborum frequens ſumptio. Matthæi 4. Non in ſolo pane viuit homo, &c. Secundum, futuræ carnis noſtræ conſideratio. Hieronymus. Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturum. Tertium eſt æternę cœnæ meditatio. Lucæ. 14. Homo quidam fecit cœnā magnam. Quartum eſt famis Chriſti & ſuorum penſatio. Thren. 3. Recordare paupertatis meæ, abſinthij, & fellis.

SCHOLIA.

A Nimietate ſuperflua.] Bene adit ly ſuperflua, ſi enim quis ad hoc, vt ieiunare, vel in ieiunando perſeuerare poſſit, plus ſolito cibetur: non propterea gulę peccatum incurrit, neq; meritum ieiunij amittit. Alioquin Sancti religionum Patres, qui ita ſanxerūt, filijs ſuis cęleſtes coronas, per id abſtuliſſet. Sin autem, ne aliquid ieiunando patiatur; plura cibaria ſumit; licet peccatum de non ieiunando euitet, meritum tamen ieiunij propter gulam amittit, vel ſaltem diminuit. [2.2.q.147.ar.6.

Conſtitutiones ordinis Prædicatorū, diſt. 2. c. 5.

De Luxuria. Cap. XXI.

LVXVRIA eſt ex immũdis deſiderijs veniens lubrica mentis & carnis proſtitutio. Item luxuria eſt libidinoſæ voluptatis appetitus: & intelligas hic appetitũ, qui eſt ex conſenſu rationis, quia talis appetitus eſt peccatũ mortale: & dicitur peccatũ mortale, quando ratio non cohibet huiuſmodi appetitum cum poſſet. Differentiæ luxuriæ ſunt octo. Prima eſt fornicatio, quæ eſt ſoluti cum ſoluta. Secunda meretriciũ, quod fit dupliciter.ſ. per uagam libidinẽ cũ diuerſis peccando, vel cum publicè venali concumbendo. Tertia eſt adulteriũ, quo coniugalis thorus vitiatur. Quarta eſt ſtuprum, quo virginalis integritas corrumpitur. Quinta ſacrilegium, quo continentia Deo dicata læditur, vt in clericis, & religioſis ſacris ordinibus ſublimatis, & in his qui emiſerunt votum continentiæ. Sexta eſt inceſtus, quo vinculum conſanguinitatis, vel affinitatis, vel compaternitatis corrumpitur. Septima eſt peccatum cõtra naturam, ſiue Sodomia, quo naturalis vſus peruertitur. Notandum autẽ quòd aliud eſt contra naturã ſpeciei, aliud cõtra naturã generis. Primo modo omne peccatum mortale eſt contra naturam ſpeciei, quia in rationali creatura remurmurat ſynderesis contra omne peccatum. Sed ſecundo modo peccatum Sodomię eſt contra naturam generis, quia non ſolum in homine, ſed etiam in brutis diuerſi ſexus in coitu conueniunt. Vnde ſi iſto modo fit, cõtra naturam generis eſt. Cõtra naturam (ideſt contra intentionẽ natu-

Notato diligẽter. A

ræ ordinantis ſecundum ad generationem, eſt etiam mollities, qua quis per ſe ſolitarie ſemen emittit; & beſtialitas, qua cum brutis commiſcetur. Et quodcunque horum eſt mortale grauiſſimum. Octaua eſt libidinoſus coitus coniugalis, qui multipliciter accipitur. Coitus enim coniugalis alius licitus eſt, alius fragilis, alius impetuoſus. Licitus tripliciter, vt quando cauſa prolis fit ad ampliandum cultum Dei, vel cauſa reddendi debitum, vel cauſa vitandę fornicationis non in ſe, ſed in coniuge. Primus eſt pietatis, Secundus iuſtitię, Tertius cautelę. In his nullum dicitur peccatum eſſe. Fragilis eſt, quando fit cauſa delectationis, & tunc diſtinguitur: quia ſi amor illius delectationis præponitur Deo, mortale peccatum eſt: ſi verò poſtponitur, veniale. Item fragilis eſt de veniale: quando fit cauſa vitandæ fornicationis in ſe. Impetuoſus eſt qui ex ſola libidine proueniens, metas honeſtatis, & rationis trāſcendit; quod fit quinque modis; primò cauſa ſatiandæ libidinis per meretricias blanditias: ſecundò, cum fit contra naturalem modum: tertiò, cū fit tempore prohibito: quartò, quando fit in loco prohibito: quintò, quando acceditur ad mulierem prægnantem, & vicinam partui, vel quæ eſt in fluxu menſtruo. Filiæ luxurię ſunt octo, ſecūdum Greg. Prima eſt cæcitas mētis, quia ſecundum Auguſt. in opere luxuriæ tota ratio abſorbetur. Secunda eſt inconſideratio, mortis. ſ. & inferni. Tertia inconſtantia, ſ. ad cogitandum, deſiderandūq; nunc iſtud, nūc illud. Quarta amor ſui, ſ. quo aliquis deſiderat longam vitam ad hoc, vt expleat voluptatem

En dignitas hominis quo ꝓgreditur.

ptatem ſuam. Quinta præcipitatio, qua quis præcipitanter currit ad peccãdum, exponẽs ſe periculo mortis propter luxuriam faciendam. Sexta odium Dei, quia Deus abſtrahit ſeſe ab eis, & punit eos qui ſequuntur carnis delicias, ad quas inclinat luxuria. Septima, affectus præſentis ſæculi, ſ. appetitus honorum, diuitiarum, ſanitatis, fortitudinis, & huiuſmodi: per quæ luxurioſus, finem ſuũ conſequitur. Octaua eſt, deſperatio futuri ſeculi, quæ eſt diffidentia gloriæ, vel veniæ conſequendæ, & hæc eſt filia luxuriæ conſummatæ. Luxuria nocet multipliciter. Deo eſt contumelioſa, quia templum eius inquinat. Dæmonibus placita. Iob 40. Behemot dormit in locis humentibus. Subiecto proprio nociua. 1. ad Corinth. 6. Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. Proximum ſcandalizat, Oſeæ 5. Facti eſtis ſpeculatio, & rete expanſum ſuper montem Thabor. Animam propriam damnat. 2. Regum 12. Non recedat gladius de domo tua. hoc dictum fuit ad Dauid propter peccatum Berſabeæ. Viliſſimo domino ſe ſubiicit, ſ. carni & ſenſualitati. Geneſ. 3. Quia obediſti voci vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. Mentem infatuat. Oſeę 4. Vinum, & mulieres auferunt cor. Remedia luxurię ſunt hæc, Occaſiones fugere. Iob 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Eccleſia. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccleſ. 26. Qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionem. Mortis extrema cogitare. Eccleſia. 7. Memorare nouiſſima tua, & in æternum nõ peccabis. De ſe non præſumere: quia ceci-

Quot homicidia, quod &c. inde ſequantur: experientia teſtis.

dit

dit Dauid ſanctiſſimus, Salomon ſapientiſ-
Intellige ſimus, Sanſon fortiſſimus. Frequenter ſe oc
pſertim cupare. Hieronymus, Semper aliquid boni
de ſtudio. facito, vt te diabolus inueniat occupatum.
ſup. c. 41. Tentationi in principio reſiſtere. Gen. 3. Ip-
lib. 2. ſa conteret caput tuum. Carnem domare,
Marci. 9. Hoc genus dæmonij non eijcitur
niſi in oratione, & ieiunio.

SCHOLIA.

A Fornicatio.] Negare fornicationem
eſſe peccatum mortale, eſt non ſolum mor-
tale, ſed etiam hæreticum, cum ſit contra
Caſus cõ- Apoſtolum expreſsè dicentem Gal. 5. quòd
ſciētię de fornicatio excludit à regno Dei. Si quis au
fornica- tem ignorans quod ſit peccatum mortale,
tione. accedit ad meretrices, non acceſſurus ſi ſci-
ret hoc eſſe mortale, adhuc peccat mortali-
ter; & totiens, quotiens. Ignorantia enim
iuris diuini in ſimili caſu, & iuris natura-
lis (eſt.n. de iure naturali non fornicari) nõ
excuſat. Vt patet in Decretis. [1. q. 4. turba
tur. De his vide 1. 2. q. 76. artic. 2. & 3. 2. 2. q.
154. art. 2.

Quando ſeptem vitia ſint mortalia, & quando venialia, & primo quando vanagloria. Cap. XXII.

OMNIA prædicta quamuis ſemper ſint
peccata, non tamen ſemper ſunt morta
lia. Vnde videndum eſt quãdo unumquod-
A que mortale ſit, & quando veniale. Va-
na igitur gloria ex ſuo genere eſt veniale,
quia genus operis ſumitur ex obiecto. Va-
num autem ſecundum ſe non eſt obiectum
peccati mortalis, ſed venialis. Vnde cum

vana

vana laus ſit huius peccati obiectum, patet ꝙ non ſemper eſt peccatum mortale. Erit tamen vana gloria mortalis dupliciter, ſ. ratione finis, propter quem laus appetitur. Opus namque tale eſt, quale eſt id, propter quod appetitur. Item ratione operis, in quo laus quęritur. Circa primum dicendum eſt, quod quadruplici fine laus appetitur. Primò ad vitandum malum infamiæ, ſicut Samuel ſe laudauit. 1.Reg.12. Secundo, propter aliquam vtilitatem ſpiritualem, vt eſt gloria Dei, vel ędificatio proximi, ſicut Paulus ſe commendauit. 2. ad Corin.11. Tertio, propter lucrum auaritiæ, ſicut Phariſæi, qui deuorant domos viduarum, lõgas orationes ſimulantes. Matt.23. Quartò, propter aliquẽ actum venialis peccati, ſicut quando quis laudari vult, eò ꝙ venialiter in laude delectetur. Primum eſt prudentiæ: ſecundum eſt charitatis: tertium eſt peccatum mortale: idem intelligendum eſt quandocũque mortale peccatum finis alicuius operis ponitur. Quartum eſt veniale. Sequitur ſecunda cauſa quare vana gloria ſit peccatum mortale, ſ. ratione operis, per quod laus quæritur. Hoc autem poteſt fieri tripliciter, quia laus quandoque quæritur per opera illicita, qñque per opera ex ſe indifferentia, quandoq; per opera virtutum. Si primo modo, ſic tale eſt peccatum, quale & illud illicitum, ſcilicet mortale, aut veniale. Si ſecundo modo, ſic eſt peccatum veniale, vt habere diuitias, vel veſtes precioſas, cũ abuſu talium in laudem. Veruntamen ſi talia ſunt de ſe ordinata, vt ſint occaſio peccati mortalis, ſecundũ quòd mulier cum ornatu meretricio præpa- B

rat ſe ad animas capiendas, vel ſi factum illud eſt illicitū ex prohibitione ſuperioris, vt torneamenta, & huiuſmodi, ſic ſunt peccata mortalia. Si tertio modo, id eſt ſi laus quæratur per opera virtutum, hoc eſt dupliciter, vel quia appetitus laudis adiungitur operi virtutis tanquam incidens, ſicut contingit in cantu, vel in prædicatione quādoque, & tūc eſt veniale. Vel laus eſt finis principaliter præſtitus operi virtutis & operanti, ita quod ibi conſtituit finem vltimum, & ſic eſt mortale: quia tunc inhæret ei vt fini vltimo. Nota quòd maius eſt peccatum gloriari de bonis ſpiritualibus, quàm de tēporalibus: quia minus habent motiuum, eo ꝙ minus appareant extra, ꝙ̃ temporalia.

SCHOLIA.

A Vana gloria.] Non tamen ob hoc credas, idem eſſe vanā gloriam cum ſuperbia: licet communi vocabulo quandoq; vnum pro alio accipiatur. Nam ſuperbia ſemper de genere ſuo eſt mortale, & maximum. vide ſupra huius cap. 15.

B Veruntamen ſi talia de ſe ſunt ordinata.] Vigilanter nota ly, de ſe; & videbis (vt reor) multa ornamenta mulierum, & quandoque virorum, eſſe peccata mortalia, etiam quòd intentio ſic ſe ornantis non ſit mortalis. Hoc bene aduertant confeſſarij, prædicatores, mariti, ſuperiores, & huiuſmodi; ne talia diſſimulent, vel non digne caſtigent, in ſuis confitentibus, audientibus, ſubditis, inferioribus. Vide Sanctę Brigidæ reuelationes approbatas. [lib. 6 ante primum capitulum, & lib. 7. capitulo 16. & libro octauo, capitulo 57.]

Caſus cō-ſcietięno tabilis de ornatu.

Ibi

Ibi ad litteram dicitur Mater Dei loquitur. Mulieres deponent veſtes oſtētationis, quas propter ſuperbiam aſſumpſerunt. Quia diabolus dictauit mulieribus contemnentibus mores antiquos & laudabiles quandam nonam abuſionem, pudoroſam conſuetudinē, ornamenta indifferentia in capitibus & pedibus & reliquis membris ad prouocandū ad luxuriam, & irritandum Deum (propter hæc.n. venit plaga ſuper regna. [lib. 8. carr. 57.] in ſtrictis veſtibus, oſtenſione mamillarum, vnctionibus, & pluribus vanitatibus: quæ omnino ſunt Deo odioſa. Hæc ibi formaliter. Nota tu ly pudoroſam conſuetudinem, ly abuſionem, ly omnino, odioſa Deo, ly propter hæc venit plaga. Velis igitur mundo a ſcandalis. Mandatur & ibi principibus: vt deponi faciant a ſuis hanc pudoroſam conſuetudinem.

Quomodo inuidia ſit peccatum mortale vel veniale. Cap. XXIII.

INVIDIA ex ſuo genere eſt peccatum mortale, quia cùm inuidia ſecundum Remigium ſit dolor de alieno bono, contrariatur directè charitati, quę non æmulatur, ſed congaudet veritati. 1. ad Corin. 13. Charitati verò nihil eſt contrarium niſi peccatū mortale. Tamen illud quod ex genere eſt mortale, poteſt eſſe veniale, inquantum vel prout in primo motu conſiſtit, vel extra ſuam rationem trahitur. Dolor autem de alieno bono eſt quadruplex: vel quia eſt primò primus motus ex natura veniens, ſicut quidā

naturaliter inuidi ſunt: & hoc nullum peccatum eſt, cùm nullo modo ſit in poteſtate noſtra. Vel eſt ſecundò primus motus quando. ſ. appetitus ſine completa deliberatione tali paſſione afficitur, & ſic eſt veniale peccatum. Vel eſt actus voluntarius deliberatiuè, & ſic eſt mortale peccatum. Vel trahitur per intentionem extra ſuam rationem, vt quando dolor de alieno bono ſurgit cuiquã ex cauſa bona, ſicut quando dolet aliquis de bono temporali alterius, quia videt illud redundare in detrimentum animæ illius, vel etiam in detrimentum communitatis; & talis dolor bonus eſt: quia maius bonum magis eſt appetendum. Notandum verò, ꝙ per dolorem boni comprehenditur gaudiũ de malo, quod ex ipſo cauſatur.

SCHOLIA.

A Extra rationem ſuam trahitur.] Vide Scholia Capituli Sextidecimi huius.

Quomodo ira ſit peccatum mortale vel veniale. Cap. XXIIII.

IRA ex ſuo genere eſt peccatum mortale, quia ſecũdũ Caſſiodorum, ac Iſidorũ, Ira eſt animus concitatus ad pœnam prouocanti inferendam. Talis autem motus contrariatur charitati, quæ non irritatur, nec cogitat malum. 1. ad Corinth. 13. ira igitur vel dicitur ira zeli, quæ eſt deteſtatio vitij, & hæc non eſt peccatum, ſed eſt perfectionis. Poteſt etiam quis ſibi per hunc modum iraſci, ſicut dicit glo. ſuper illud Pſalm. 4. Iraſcimini,

ſcimini, & nolite peccare. Quid eſt, inquit, homo pœnitens niſi iraſcens ſibi? Vel dicit remiſſionem affectus circa proximum, per quam homo non dolet de malo proximi, nec gaudet de bono eius, licet etiam non doleat de bono, nec gaudeat de malo eius: ſed eſt indifferens ei: & ſic non eſt mortale, ſed imperfectio charitatis. Vel dicit actualem impatientiam abſque appetitu vindictæ: & talis motus etiam deliberatus eſt peccatum veniale, quia habet incompletam rationem iræ, ſicut ex ſupradicta patet diffinitione. Vel dicit impatientiam cum appetitu vindictæ, & hoc eſt tripliciter. Quandoque enim hoc eſt a natura, ſicut in melancholicis, in quibus ſecundum philoſophum continuè mordetur natura, propter quod ſemper ſunt turbulenti: & ſic nullum eſt peccatum, cùm ſit motus naturalis. Quandoque hoc eſt ab appetitu indeliberato, & ſic eſt veniale, ſicut alii primi motus. Quandoque eſt a voluntate deliberatiua. & tunc eſt peccatum mortale.

Nota totum.

A

SCHOLIA.

A Appetitu vindictæ.] Circa appetitum etiam deliberatum vindictæ, bene nota prædicta [ſupra huius c.17.]

Quomodo acedia ſit mortale vel veniale. Cap. XXV.

ACEDIA ex ſuo genere eſt peccatum veniale: quia ſecundum Auguſt. Acedia eſt tædiũ interni boni: hoc autem non ge- A

ponitur charitati, ſed dicit diminutionem feruoris charitatis, in quo conſiſtit omne veniale. Iſtud ergo tædium vel eſt motus naturalis, & ſic nullum eſt peccatum: vel eſt motus appetitus contriſtati de opere ſpirituali laborioſo, & ſic eſt veniale: quamuis etiam appetitus ille naturalis ſit deliberatiuus quia conſenſus in veniale non eſt niſi veniale. Acedia verò ex genere, & per ſe venialis eſt: vel hoc tædium redundat in omiſſionem eorum quæ ſunt neceſſaria ſaluti, & tunc eſt mortale. Si autem tædium illud ex omiſſione boni, & difficultate aggrediendi bonum, ducit in deſperationem: tũc iam accedit ad peccatum in ſpiritum ſanctum. Et ſi tædium illud creſcit, quod etiam ducit in tædium vitæ in tantum quod iniiciat ſibi manus, tunc iam ſimilis eſt Iudæ, qui laqueo ſe ſuſpendit.

SCHOLIA.

A Non opponitur charitati.] Semper: licet quandoque. [vide ſup. huius cap. 18.]

Quomodo auaritia ſit mortale vel veniale. Cap. XXVI.

AVARITIA ſecundum Marcum Tullium Ciceronẽ, eſt immoderatus amor habendi. hæc igitur conſiſtit in appetendo, in acquirendo, vel in retinendo. Si primo modo, hoc eſt quinque modis. Primò, quia appetit aliena appetitu completo, qui procederet in opus ſi adeſſet facultas, & ſic eſt peccatum mortale. Secundò, quia appetit illicita volũtate incompleta, vt ſi aliquis indignus

dignus conatur beneficium eccleſiaſticum adipiſci,ſic iterum eſt mortale. Tertiò ſi appetit talia, ſiue ſint illicita,ſiue aliena,cum voluntate conditionata,ſcilicet ſi poſſet habere ſine offenſa Dei, ac iniuria proximi,& tunc vel nullum,vel veniale eſt,ſi talem cõditionem actualiter vel habitualiter addat vel intendat. Quartò ſi ſimpliciter appetit habere ſuperflua,& hoc appetitu ſuffocante mentem,ſcilicet a cura ſui,& conſideratione diuinorum,& hoc eſt peccatum mortale. Quintò ſi ſuperfluo amore inhæret temporalibus, tamen infra Dei amorem: hoc eſt veniale. Si autem auaritia cõſiſtit in acquirendo,hoc eſt tripliciter: quia vel acquirit iniuſtè quocunque modo,& tunc eſt mortale, vel acquirit res per tale opus,aut artem, aut officium,quod per ſe eſt peccatum mortale, ſi etiam eſſet ſine lucro,& tunc eſt mortale,vel acquirit talia per operam illicitam, quæ eſt veniale peccatum: vt cùm aliquis verba iocoſa componit ad lucrum, ſalua tamen honeſtate: & hoc eſt veniale, niſi aliquis propter delectationem diſſolutionis totaliter ſe dederet talibus,tunc enim mortale eſt.Dico autem propter delectationem, quia ſi quis per neceſſitatem per talia ſibi ſuſtentationem acquireret, cùm aliam artẽ lucroſam neſciret, non reputarem eũ in ſtatu damnandorum. Si autem auaritia conſiſtit in retinendo, hoc poteſt eſſe quinque modis. Primò quia retinet ſcienter ea quæ reſtituere tenetur, & animo retinendi, ſic eſt peccatum mortale. Secundò, quia retinet ea,quę ad neceſſitatem ſuam & ſuorum pertinent, vel ad conſeruationem ſtatus ſui

Videant hic multi hæredes.

& ſuorum ſecundum quòd decet dignitatem ſuam, & hoc non eſt peccatum. Tertiò quia retinet ſuperflua reſpectu vtriuſque iam dictorum, & hoc tempore extremæ neceſſitatis alicuius, ſic eſt peccatum mortale. Quartò, quia retinet ſuperflua etiam citra extremam neceſſitatem ex inſatiabili cupiditate, ſic eſt peccatum mortale. precipuum autem ſignum talis affectus eſt, quòd quis res potius ſinit putreſcere penes ſe, quàm vtiliter aliis diſpenſet. Quinto, quia retinet ſuperflua quædam ex inordinato amore tẽporalium, per quem modum deficit a medio largitatis, ſaluo tamen ſtatu virtutis, & ſic eſt veniale. Nota quòd auaritia ex ſuo genere eſt mortale, quam Apoſtolus idolatriæ comparat, non quia ſit de ſpecie illius peccati, cum non habeat actum eius, ſed quia facit aliquid ſimile idolatriæ, ſeruiendo creaturæ potius quàm creatori.

Contra fouentes cariſtiam vel nolẽdo vende re, vitimum.

SCHOLIA.

A Appetitu ſuffocante mentem.] De tali appetitu locuti ſumus. [ſupra huius c.19. vide ibi.] In ſignum quod huiuſmodi appetitus appareat mortalis, ibi apud Mattheũ totiens repetit Chriſtus, ly. Ne ſoliciti vel ſimilia; & per plures rationes ingerit contrarium. [Lege textum Matth.]

Matth. 6.

Quomodo gula ſit mortale vel veniale. Cap. XXVII.

GVLA ex genere ſuo eſt peccatum veniale, quia appetitus comedendi ex ſua

ratione

ratione non ſubiacet dominio voluntatis, ſed natura nobis ineſt, quod poteſt eſſe quin que modis. Primò ſi eſt ibi ſolus appetitus cibi, & hic nunquam eſt peccatum: nec etiam delectatio cibum conſequens eſt peccatum, inquantum ordinatur contra defectum ſibi contrarium: hæc enim ſunt purè naturalia; in quibus non eſt meritum nec demeritum. Secundò ſi appetitui neceſſitatis adiungitur appetitus delectationis & voluptatis in cibo, & hoc eſt peccatum veniale. Tertio ſi eſt ibi tranſgreſſio præcepti, vt cùm aliquis ſine neceſſitate ſoluit ieiuniũ eccleſiæ, vel quando religioſus comedit carnes, cùm hoc in ſuo ordine ſit prohibitum, ſub præcepto. ſic eſt mortale peccatũ. Quartò ſi appetitus edendi eſt cum libidine, vt quando nimio & finali affectu inhęret delectationi cibi, & hoc eſt peccatum mortale. Quintò ſi ducitur in conſuetudinem talem, quæ facit totam vitam hominis delectatio nibus huiuſmodi deputari, hæc tam vicina ſunt peccato mortali, ꝙ ebrietas ab Apoſtolo inter peccata mortalia computatur. Ebrietas tamen eſt quandoq; peccatum veniale, vt quando vltra neceſſitatem quis accipit, ſecundũ menſurã tamen imperceptibilem. Quando verò quis egreditur a menſura perceptibili ſecundum rationem bene ordinatam ad diſcernendum, & hoc in tali menſura ex qua euertitur ſtatus mentis effrenata libidine, quando hoc Deo præponit, tunc peccat mortaliter. Si quis autem inebriat alium, ita videlicet inuitans eũ ad potũ, vt intendat ſtatum mentis eius euertere, & hoc facit in eius nocumentum, peccat mortaliter:

A

Notate, quorum ſemper animus eſt in patinis

Aduertãt hic faciẽtes (vt aiunt) Brindeſi.

ter: quia aufert ei plus, quam ſi auferret aliquod bonum temporale, quia vſum rationis tollit ei.

SCHOLIA.

A Cum libidine.] Quia multotiens fit hic mentio de libidine, quæ mortale in gula, (taceo quòd & in aliis) cauſat; ideo vide, quid ſit libido [ſupra huius c.15. in textu.

Quomodo luxuria ſit mortale vel veniale. Cap. XXVIII.

LVXVRIA ex ſuo genere eſt peccatum mortale, quia eſt contra illud præceptũ, Non mœchaberis. Concupiſcentia luxuriæ diſtinguitur ſeptem modis. Primus eſt cum concupiſcentia conſiſtit in primo motu tantum, & ſic eſt peccatum veniale. Secundus eſt cum ſequitur conſenſus vſque in delectationem, licet non in opus, & ſic eſt mortale peccatum. Tertius eſt cum conſentitur etiam in opus, & ſic eſt iterum mortale. Quartus eſt cum concupiſcentia non ſolum tenetur corde, ſed etiam paſcitur viſu, & ſic iterum eſt mortale, Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo, id eſt, ſi hoc fine & animo attendat mulierem vt eam concupiſcat: quia ſecundum Aug. hoc non eſt tantum titillari, ſed plene conſentire libidini. Bene autem dicitur ad concupiſcendum eam, quia ſi aliquis videret mulierem vt rem pulchram, & vlterius non procederet, tunc nullum peccatum eſſet, vel ſolum peccatum curioſitatis. Quintus modus eſt in ſtul-

[Margin: Exo. 20. Deute. 5.]

[Margin: Hoc aiũt vulgariter, far l'amore.]

ſtultiloquio, vt cum quis mulierem precatur, vel ex libidine habet cum ea familiaria colloquia, & eſt mortale. Sextus modus vocatur ab Apoſt. turpitudo. Glo. vt in oſculis & in amplexibus. hoc eſt etiã peccatũ mortale; & tanto grauius in pręcedentibus quã tò magis libido per talia accenditur, propter nimiam approximationem ad ignem. Notandum verò, quòd tangere mulierem præter intentionem non eſt peccatum: ſimiliter cum intentione tangere, ſed ex neceſſitate, non eſt peccatum. Sed tangere ex libidine vel oſculari ad ſe non pertinentem, peccatum mortale eſt. Septimus modus eſt, qũ concupiſcentia procedit in opus, & conſtat eſſe mortale. Nota quòd differentia eſt inter primos motus generatiuę & nutritiuę: quia primus motus in generatiua ſemper eſt peccatum, niſi per ſacramentum matrimonij excuſetur, ſed non ſemper in nutritiua: quoniam potentia concupiſcibilis non tantum corrupta eſt in nutritiua ſicut in generatiua. De hac materia require ſuprà titulo proximo, vbi agitur de ſpeciebus luxuriæ.

Caue, & vide, quãtis periculis vrgemur: iõ iterum caue.

Cap. 21.

S C H O L I A.

A Paſcitur viſu.] Scilicet impudico, de quo ſic Auguſtinus. Nec ſolo affectu, & tactu, ſed affectu quoq; & aſpectu, appetitur, & appetit concupiſcentia fœminarum. [32. q. 5.] Nec ſolo. Item. Nec vos dicatis habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. Et cùm ſe inuicem ſibimet, etiam tacente lingua, conſpectu mutuo corda nunciant impudica; Et ſecundum concupiſcentiam carnis alterutro delectantur ardore

Notatio admodũ neceſſaria, ad impudicitiam fræ nandam.

dore

dore, etiam intactis ab immunda violatio-ne corporibus: fugit caſtitas ipſa de moribus. [32. quæſt. quinta.] Nec ſolo a quot, quanti, & paſſim, tùm in eccleſia, tum extra eccleſiam, tales: qui nullam de hoc ipſi faciunt cõſcientiã. Sed ignorabitur. Rom. 2.

De peccato in Spiritum ſanctum. Cap. XXIX.

QVAMVIS generaliter omne peccatũ ſit contra Deum trinum & vnum, appropriatè tamen dicitur aliquod peccatum eſſe in Patrem, aliud in Filium, aliud in Spiritum ſanctum. In Patrem enim peccatur ex impotentia, in Filium ex ignorantia, in
A Spiritum ſanctum ex malitia, hoc eſt quando voluntas poteſt & ſcit reſiſtere alicui malo, & tamen ex ſola malitia illud eligit. Peccatum in Spiritum ſanctum procedit ex improba voluntate liberi arbitrij, & directe impugnat gratiam Spiritus ſancti, & ideo non habet colorem excuſationis, quia quantùm eſt de ſe, directè impugnatiuum eſt medici & remedij, per quod fieri habet remiſſio peccati. Peccatum in Spiritum ſanctum dicitur irremiſſibile in hoc ſeculo, & in futuro, non quia dimitti non poſſit, ſed quia rarò aut vix dimittitur in hoc ſeculo quantum ad culpam, aut in futuro quantum ad pœnam. Item quia non legitur dimiſſum propter quod dicitur irremiſſibile, ſicut Melchiſedech dicitur ſine patre, quia non legitur de eius patre. Item quia aduerſatur fonti remiſſionis. ſ. ſpiritui ſancto. Item pro-

pter impotentiam hominis, quia vix poteſt ſe præparare ad gratiam quem tanta moles peccati premit. Sciendum autem eſt quòd accipitur hoc nomen irremiſſibile tripliciter, ſ. negatiue, vt quia nullo modo poteſt remitti, hoc modo peccatum Angeli & damnatorum eſt irremiſſibile. Item priuatiuè, vt quia non habet congruentiam de ſe vt remitti debeat, licet ex congrua bonitate Dei poſſit omne peccatum remitti, hoc modo omne peccatum mortale eſt irremiſſibile. Item contrariè, ſecundum quòd habet aliqua culpa contrariam diſpoſitionem ad remittendum. hoc modo peccatum in ſpiritum ſanctum eſt irremiſſibile, quia contrariatur gratiæ remittendi peccatum, & hoc per deſperationem, vel præſumptionem, vel alias ſpecies huius peccati. Sex ſunt ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum, videlicet deſperatio, præſumptio, impugnatio veritatis agnitæ, inuidentia charitatis fraternæ, obſtinatio, finalis impenitentia. Horum numerus ſic accipitur. In remiſſione tria ſunt, ſcilicet ipſe remittens, & ille cui remittitur, ac diſpoſitio remittendi eo cui remittitur. In ipſo remittente de ſuo ſunt, ſcilicet miſericordia, & iuſtitia. Contra primum eſt deſperatio, contra ſecundam præſumptio. In eo cui remittitur, duo ſunt, ſcilicet dolor de commiſſo, & propoſitum de non committendo. Cōtra primum eſt obſtinatio, contra ſecundum finalis impœnitentia. Præterea diſpoſitio remittendi in eo, cui remittitur, duplex eſt, ſcilicet cognitio veri, & amor boni. Contra primum eſt impugnatio veritatis agnitæ, cōtra ſecundum

inuidentia gratiæ fraternæ. De finali impœnitentia nota quòd ſi dicit continuationem peccati vſque in finem, ſic in omni peccato in quo quis ſcienter decedit, eſt finalis impœnitentia: prout autem eſt vna ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum, ſecundum quòd hic ſumitur, ſic dicitur propoſitum non pœnitendi.

SCHOLIA.

A Ex ſola malitia eligit.] Sola, ſcilicet, vt diſtinguitur contra infirmitatem, & ſciētiam talem, non ſola, quaſi quòd malitia ſecundum ſe ſit eligibilis. Non enim malum, vt malum, eligi poteſt: cùm ſecundum Dionyſium nemo intendens ad malum operetur; Sed eligitur malum ſub ratione boni; puta alicuius vel mali fugiendi, vel boni conſequendi. [1.2. quæſt. 78. art. 1.]

4. c. de Diuin. No. Peccans ex malitia.

Enumeratio peccatorum cordis. Cap. XXX.

PECCATA cordis ſunt hęc, cogitatio, delectatio, conſenſus, deſiderium mali, voluntas peruerſa, infidelitas, indeuotio, A præſumptio, deſperatio, timor male humiliãs, amor male accendens, ſuſpicio, ira, inuidia, odium, timere ſeruiliter, exultatio in aduerſis proximi, contemptus pauperum vel peccatorum, perſonarum acceptio, perfidia, affectus parentum carnalis, inepta lętitia, ſeculi triſtitia, impatientia, auaritia, ſuperbia, perplexitas, obſtinatio mali, tædium boni, acedia, inconſtantia, pœnitentia pœnitentiæ, dolor quia non fecit plus malum,

hypocriſis, amor placendi, timor diſplicendi, verecundia de bono opere, amor priuatus, ſenſus ſingularis, ambitio dignitatum, vanagloria de bonis naturæ vel fortunę, verecundia de pauperibus amicis, contemptus admonitionum, immiſericordia.

SCHOLIA.

A Timere ſeruiliter.] Non timore ſeruili. Timor enim ſeruilis eſt bonus, licet ſeruilitas eius ſit mala. Timor namque ſeruilis eſt propter metum pęnarum abſtinere a peccato etiam animo, vel ex animo facere bonum. Seruilitas autem timoris eſt, retinendo in animo deliberatum conſenſum in peccatum, abſtinere exterius ab actu peccandi propter timorem pœnarum. [2.2.q.16.art.4. Concilium Tridentinum. Seſſ.6.can.8. Vide infra lib.5.40.41.c.& ſupra huius c.1.] Quid ſeruilitas. Quid timor ſeruilis.

De peccatis oris. Cap. XXXI.

PECCATA oris ſunt hæc, crebra iuratio, periurium, blaſphemia, nomen Dei irreuerenter aſſumere, veritatem impugnare, de mendacio & vanis alios inſtruere, contra Deum murmurare, irreuerenter horas dicere, detractio, adulatio, mendacium, vituperium, maledictio, infamatio, contentio, comminatio, impugnatio veritatis agnitæ, impugnatio charitatis fraternæ, ſeminatio diſcordiæ, proditio, falſum teſtimonium, mala conſilia, deriſio, contradictio obedientiæ, inuertere facta bona, in eccleſiis placitare, ad iram hominem prouocare, reprehendere proximum in aliquo quod ipſe facis, vaniloquium, ſtultiloquiũ, proferre verba A

ocioſa,

ocioſa, vel ſuperflua, vel curioſa, iactantia, verborum politio, peccatorum defenſio, clamor, riſus, cachinus, turpiloquium, lenocinium, cantare cantilenas ſeculares, in cantu diuino magis ſtudere vocem frangere, q̃ deuote pſallere, murmurare, verba ſcurrilia proferre, in iniuſta cauſa aduocare, malum commendare.

B

SCHOLIA.

Caſus cõſciẽtiæ de periurio, & valde notandus.

A. Periurium] ſ. quacunque ratione factum. Hoc non tãtum peccatum, ſed & mortale ſemper eſt, in quacunque materia ſit, quibuſcunque verbis dicatur, quacunque coactione, metu, ioco, leuitate, conſuetudine, vtilitate, excuſationeue, fiat: quia Deus, quaſi mendax ſit, teſtis falſitatis inducitur. D. Car. Caiet. in Summula, verſ. Periurium.

Caſus cõſciẽtię notabilis, plurimũque de organis.

B. Cantare cantilenas ſeculares] ſ. ſiue hoc fiat in voce, ſiue in organo. Nulla ſiquidem ratione licitum eſt, inter diuina in organis canere, ſeu pulſare ſeculares cantus, aut applauſus, vel (quod peius eſt) turpes, & amatorias cantilenas, quoniam inſerere diuinis tanquã partem ſollemnitatis, prophana, vana, & turpia, nihil aliud eſt, quàm iungere Chriſtum cum Belial, lucem cum tenebris. Nec excuſantur ex eo, quòd ſonus abſtrahit ab omni materia, & ex eo, quòd quęlibet melodia ſoni poteſt ad ſacra verba applicari. Primo, quia ſecundum rei veritatẽ, iſti ſoni fiunt, vt accommodati ad delectationem auditorum, qui nõ nouerunt illos, niſi vt ſonos illorum verborum prophanorum, aut turpium, in cuius ſignũ audientes

ex-

excitantur ad illa prophana, aut turpia, vt experientia teſtatur; ita ꝙ non eſt locus inficiationi. Secundo, quia cantus etiā nedū ſonus, abſtrahit ab omni materia; & tamen eccleſia interdicit cantus prophanos in Eccleſia, vt cantus theatrales [diſ.92.] Cantantes. ergo eſt contra intentionem [loquendo a ſimili] Eccleſiæ talis ſonus, aut plauſus. Hoc eodem crimine inuoluuntur non ſolū pulſantes, ſed etiam qui conducunt, & conſentiunt pulſantibus hæc, vt impleatur contra prædictos ſcriptura ly gloriati ſunt, qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuæ. Memento ſemper hic & in ſimilibus Apoſtolicæ ſententiæ. ſ. Nolite errare, Deus non irridetur, ſeu fallitur. Pro certo igitur tenēdum eſt, ꝙ prædicta inſerere diuinis eſt ſecūdum ſe crimen ſuperſtitionis ſacrilegæ, & mortale peccatum. D. Car. Caiet. in Summula, ver. organorum vſus.

Caſus cō ſciētiæ de cantu.

De peccatis operis. Cap. XXXII.

Peccata operis ſunt hæc, gula, luxuria, ebrietas, ſimonia, ſortilegium, violatio dierum ſolemnium, ſacrilegium, indigne communicare, votorum fractio, apoſtaſia, diſſolutio in diuino officio, ſcandalizare ſuo malo exemplo proximum & corrumpere, lædere hominem vel in rebus, vel in perſona, vel in fama, furtum, rapina, vſura, deceptio, ludus, venditio iuſtitiæ, exactio indebita, telonia iniuſta, auſcultare mala, ioculatoribus dare, neceſſaria ſibi ſubtrahere, ſuperflua ſumere, vltra vires proprias quiddam aggredi, conſuetudo peccandi, recidiuatio, ſimulatio, tenere officium ad quod non

ſufficit,

ſufficit, vel quod ſine peccato non agitur, choreizare, nouitatem inuenire, maioribus rebellare, minores opprimere, delinquere viſu, auditu, odoratu, guſtu, & tactu, lucta, oſculis, muneribus, itineribus, nutibus, mendaciis, ſcripturis, circunſtantias aggrauãtes omittere, quæ ſunt tempus, locus, modus, numerus, perſona, mora, ſcientia, ætas: tentationem præuenire: ſeipſum ad peccatum cogere.

Vide homines officiũ diaboli exercere.

SCHOLIA.

A Tenere officiũ, ad quod non ſufficit.] Maxime, ſi ſit officium docendi ſacrã Theologiam, gerendi curam animarum, vel medendi corporibus. Hoc enim videtur omnino mortale. D. Car. Caiet. a ſim. in ſum. verſ. Doctorem fieri.

Doctores audite, parochi &c.

De peccatis omiſſionis.
Cap. XXXIII.

A Peccata omiſſionis ſunt hæc, de Deo non cogitare, ipſum non timere, vel amare, gratias de beneficiis non agere, opera quæ quis facit, ad ipſum non referre, de peccatis ſicut debet non dolere, ad gratiam recipiendam ſe non præparare, gratia accepta non vti, nec eam ſeruare, ad inſpirationem diuinam ſe non conuertere, voluntatem ſuam voluntati diuinæ non conformare, ad rationes dicendas non attendere, orationes debitas omittere, ea ad quæ tenetur ex voto, vel præcepto, vel officio, negligere, communionem, & confeſſionem ſemel in anno non expedire, parentes non honorare, ſeipſum nõ

recognoſcere & reprehendere, cōſcientiā negligere, eccleſias, & prædicationes fugere, tentationibus non reſiſtere, pœnitentias iniunctas negligere, aut negligenter facere, & quæ ſtatim facienda ſunt, differre: bonis proximi non gaudere, & malis non condolore, iniurias non remittere, fidem proximo non ſeruare, & beneficijs eius non reſpondere, delinquentes non corripere, lites non ſedare, ignorantes non inſtruere, afflictos non conſolari, admonitionibus nō acquieſcere.

SCHOLIA.

A. Peccata omiſſionis.] Aliqua iſtorum [ſicut & præmiſſorum trium capitulorum] ſunt mortalia, contra quoſdam peccata tantum commiſſionis aliqualiter æſtimantes, & falſo. Nam ad hanc phantaſiam propulſandam, legis, Arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, in ignem mittetur, & ardet. Ecce arbor iſta non facit, poſitiuè fructum malum [quod legatur:] & tamen ex eo, quod non facit fructum bonum, excidenda prædicitur. A qua nos exciſione pro bonitate ſua preſeruet. Qui eſt benedictus in ſecula. Deo gratias. Matth. 3. Omiſſio.

COMPENDII THEOLOGICAE VERITATIS,

LIBER QVARTVS.

Et primò,

De Chriſti humanitate.

De incarnatione Chriſti. *Cap. I.*

SICVT Deus eſt rerũ principium effectiuum in creatione, ſic eſt refectiuum in redemptione, & perfectiuum in retributione, quoniã ſicut pater omnia creauit per verbum increatũ, ſic omnia recreauit, & renouauit per verbũ incarnatum. Porrò circa incarnationem Chriſti talis fuit ordo: Salutatio Angelica, reſponſio Virginis, ſanctificatio materna, conceptio diuina, de quibus nunc per ordinem eſt agendum.

De ſalutatione Angelca. *Cap. II.*

MIſſus eſt Angelus Gabriel, qui eſt de ordine Archangelorum, ad Beatam Virginem,

nem, cui ad ſenſum apparuit viſione corporali, quamuis ei loqueretur loquutione ſpirituali. Ad illud nobile ſacramentum nuntius debuit eſſe Angelus propter tria, primò, propter cognationem virginitatis ad naturam Angelicam. Secundò propter ordinē perditionis humanæ, quia ſicut ibi venit diabolus in ſerpente ad mulierem, ita hic Deus venit per Angelum ad Virginem: vt ſic ex oppoſito medicina reſpondeat morbo, & reparatio lapſui, & remedium nocumento. Tertio, quia ſicut illa gratia fuit reparatio naturę humanæ; ſic fuit & ruinæ Angelicę: vnde communi beneficio vtraque natura communiter debuit miniſtrare, Angelica. ſ. & humana. Diuiditur autē ſalutatio B. Virginis in tres partes. Primam partem incepit Angelus, cum dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Secundam ſubiunxit Heliſabeth, cùm ait, Et benedictus fructus ventris tui. Tertia appoſuit eccleſia, vt in reuerentia nomen Mariæ haberetur: nam Maria non eſt de textu. Iſta ſalutatio commendabilis eſt propter quatuor: primo propter authorem, quia miſſus eſt Angelus a Deo. Secundo propter nuncium, non enim homo dignus fuit hoc nunciare, ſed Angelus, nec quilibet Angelus, ſed Gabriel: Tertio ab ea quæ ſalutatur, quia virgo: nec quælibet virgo, ſed Maria. Quarto ab ipſo modo ſalutandi, qui indicat innocentiā Virginis, cū dicitur, Aue; & gratiā conuerſationis, cū dicitur, Gratia plena. Itē excellentiā cōceptionis, cū dicitur, Dn̄s tecum. Item priuilegium prærogatiuæ ſingularis, cū dicitur, Benedicta tu &c. Salutationes

A

Notent per totū illi, q dicunt Roſarium; q̄ dignum tunc munus exerceant, vt deuotius &c.

tiones autem quædam inueniuntur optatiuæ ſalutis.2.Re.16.Salue rex. Quædam gratiæ Apoſt. in pluribus locis. Gratia vobis & pax. Quædam gaudij. Tob.5. Gaudium tibi ſemper ſit. Quædam benedictionis. Ruth.2. Benedicat tibi dominus. Hæc autem ſalutatio Angeli ex omnibus prędictis conflata videtur. Continet enim ſalutem cum dicit Aue. Item gratiam cum dicit: gratia plena. Item gaudium, cum dicit: Dominus tecum. Item benedictionem, cum dicit: benedicta tu in mulieribus &c. Præterea in hac ſalutatione notatur triplex prærogatiua B. Virginis.ſ. naturæ, cum dicitur, Aue: gratiæ, cum dicitur gratia plena: gloriæ, cum dicitur, benedicta tu &c. Nota denique ſex in Angelica legatione. primo, quam reuerenter beatā Virginem ſalutauit, cum dixit: Aue gratia plena. Secundo, quàm excellenter commendauit, ibi, benedicta tu in mulieribus. Tertio quàm dulciter confortauit, ibi, Ne timeas Maria. Quartò quàm diligenter legationem ſuam compleuit, ibi, Ecce concipies & paries filium. Quintò, quam elegāter modum expoſuit, ibi, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. Sexto, quàm conuenienter prolem naſcituram deſcribit, ibi: Ideoque qđ naſcetur ex te ſanctū, vocabit filius Dei.

SCHOLIA.

A Locutione ſpirituali] .ſ. declarante corporalem. Nam locutionem Angeli corporalem Beata Virgo per illuminationem intellectualem, qua videlicet Angelus [vt litterá dicit] loquebatur, percepit. [3.q.30.art.3.] De locutione Angelorum ad hominem in corpore aſſumpto. ſupra lib.2.cap.19.

De

De reſponſione virginea. Cap. III.

DVOS legimus in ſcriptura dialogos, vnum inter Euam & diabolum, quo mors includebatur: alterum inter Mariam & Archangelum, quo vita oriebatur. Vide autem tria quæ fecit beata virgo in ſalutatione Angeli: ſcilicet deliberationem, quia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Interrogationem, quia quærebat: Quomodo fiet iſtud. Conſenſum, quia reſpondit: Ecce ancilla Domini, &c. Nec in deliberatione fuit ſubita, ſicut Eua: nec in interrogando dubia, ſicut Zacharias: nec in cōſentiendo tarda, ſicut Sarra. In reſponſione conſenſus B. Virginis quatuor verba inuenies, quę quatuor virtutes maximè redolent. Ait. n. Ecce, quod eſt obedientiæ promptæ. Ancilla Domini, quod eſt humilitatis perfectæ. Fiat mihi, quod eſt charitatis inflammatæ. Secundū verbum tuum, quod eſt fidei indubitatæ. Septem verba hęc locuta eſt Beata Virgo in euangelio: primum fuit. Vinum non habent. Secundū, Fili quid feciſti nobis ſic? Tertiū, Quodcunq; dixerit vobis facite. Quartum, quando ſalutauit Eliſabeth. Quintum, Quomodo fiet iſtud &c. Sextū, Ecce Ancilla Domini. Septimum, Magnificat anima mea Dominum. Verbum primum fuit pietatis: ſecūdum charitatis: tertium inſtructionis: quartum conſolationis: quintum diſcretionis: ſextum humilitatis: ſeptimum orationis, & gratiarum actionis. Et nota quòd verba prędicta fuerunt breuia, præter vltimum.

Vide hic per totū ſic. Virgo verbum, vel minimū, dixit vnquam qđ non eſſet vtile. Et eam imitare.

SCHOLIA.

A Breuia, præter vltimum.] vt diſcas tu in loquendo de temporalibus, eſſe parcior, de ſpiritualibus autem [dummodo magnifices Deum. i. ſecundum ſenſum catholicum loquaris] prolixior. Nunquid non & natura te hoc ipſum docuit, quando linguā in ore tuo colligauit inferius, quam liberam a parte ſuperiori dimiſit?

Exēplū notabile pro ſilentio.

De ſanctificatione materna.
Cap. IIII.

SAnctificatio triplex eſt: quædam communis, quæ fit per ſacramenta: quædam ſpecialis, quę fit per gratiam ſpiritus ſancti: quædam ſpecialiſſima, quæ fit per gratiam ſingularem. Prima remouet culpam, & confert gratiam, remanet tamen fomes & pronitas ad peccandum, & talis eſt in baptizatis. Secunda remouet culpam, & pronitatem peccandi mortaliter, & talis fuit ſanctificatio Ioannis Baptiſtæ, & Ieremiæ in vtero: A Tertia remouet culpam originalem, & pronitatem ad peccandum tā venialiter quàm mortaliter, & talis fuit in Beata Virgine. Et licet gratia ſanctificationis in vtero ſit quātum ad eſſentiam maior, quàm gratia ſacramentalis, tamen quantum ad aliquos effectus maior eſt gratia ſacramentalis. quia baptiſmus imprimit characterem, & aperit ianuam cœli, & habilitat hominem ad alia ſacramenta, quorum nihil facit ſanctificatio in vtero ex ſe. Veruntamen gratia ſanctificationis in vtero præcellit in hoc gratiam A baptiſmalem, quia taliter ſanctificatus non po-

A Ex hoc argumē. coniice: cuius ordinis ſit auctor libri.

poteſt mortaliter peccare, & ad venialia mi nus inclinat eũ fomes, propter quod minora & pauciora venialia committit; & talis gratia fuit in Ioan. Bapt. & ideo ne in vanũ gratiam Dei reciperet, fugit hominum ſocietatem, & arctiſſimam in ſe pœnitentiam tenuit, ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſet. Patet igitur, quòd in ſanctificatione in vtero confertur gratia media inter gratiam ſacramentalem, & gratiam plenæ confirmationis in patria, quæ habent coniunctum ſibi finem vltimum. Ad confirmationem.n.perfectam tria pertinent. Primum eſt inſeparabilis adhæſio, & coniunctio rationis ad Deum. Secundũ eſt indeflexibilis ſubiectio inferiorum potentiarũ animæ ſub imperio rationis. Tertium eſt indiſcontinualis conuerſio actualis totius hominis in Deum, quando homo diuina dulcedine affectus, ex toto corde, & ex tota anima, & ex omnibus viribus ſemper actu tendit in Deum, & in quodcunq; aliud in quo relucet Deus. Primum horum habet gratia ſanctificationis ſimpliciter, vt ſ. nullus, qui particeps eius fuerit, poſſit peccare mortaliter. Secundum habuit Beata Virgo, & ideo nec venialiter vnquam peccauit, ſicut dicit Auguſt. Tertium autẽ non poteſt conuenire gratiæ viæ, eo quod illud ex fruitione Dei cauſetur, quæ tantum eſt in patria. Tres autem fuerunt ſanctificationes matris Dei. Prima fuit ſanctificatio in vtero, & hæc tres habuit effectus, ſcilicet originalis culpæ expiationem, & gratiæ infuſionem, & fomitis tantam reſtrictionem, vt non poſſet in aliquod peccatum duci; li-

Supra li. 3.c.12.

cet tamen ipſe fomes maneret ſecundum eſſentiam. Secunda ſanctificatio fuit in Spiritus ſancti obumbratione, & filij Dei conceptione, quæ tribus præmiſſis duo ſuperaddit. ſ. omnimodam fomitis extinctionem & confirmationem in bono, ita ꝙ quę prius tantum poterat peccare, iam non poſſet peccare. Hos autem duos effectus expreſſit Angelus. Luc. 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: quo ad primum. Et virtus altiſſimi obũbrabit tibi: quo ad ſecundum. Iſta confirmatio non fuit liberi arbitrij ablatio, ſed eius per gratiam completio. Prętera Spiritus ſanctus ſuperuenit in eam non ſolum ad ſanctificandum, ſed etiam ad fœcundandum, cuius virtute virgo concepit, virgo peperit, & poſt partũ virgo permanſit. Tertia, ſanctificatio fuit in filij Dei inhabitatione, qui nouem menſibus in vtero eius manſit, & his omnibus prædictis duos effectus addidit. Vnus fuit quòd omnes diſpoſitiones fomitis ſublatæ fuerunt, ſicut quando morbus eſt curatus, adhuc interdum remanent reliquiæ curandæ. Secundus fuit dedicatiò ad diuina, ita ꝙ etiam licitis vſibus, mundanis ſcilicet matrimonialibus eam aptare eſſet impoſſibile, quia tunc non ſolum mens, ſed etiam corpus luce diuinitatis reſplenduit, vt ſignificatum eſt Eze. 43. Ex prædictis collige quòd fomes & perſonam inficit & naturam. Perſonam quidem, quia ad malum pronam facit, & ſtimulat ad peccatum. Naturam verò, quia carnem inficit, prout eſt principium ad alteram carnem. Sed Beata Virgo in prima ſanctificatione, quæ fuit in vtero, mundata fuit de originali peccato, inquan-

Vide tu Nephandiſſime, atq; ſpurciſſime Heluidi.

inquantum fomes reſpicit perſonam ſuam: quia nihil in perſona ſua purgandum remãſit. In ſecunda vero ſanctificatione, quæ fuit quando Spiritus ſanctus ſuperuenit in eam, purgata fuit a fomite, prout ipſe fomes reſpicit naturam in comparatione ad prolem propagandam, non opere naturæ, ſed opere Spiritus ſancti. Remotus enim fuit eſſentialiter, propter quod pars ab ea ſeparanda in corpus Chriſti, nihil habuit de fomite, ſicut nec mater. Nota ſimiliter ex prædictis & ex ſequẽtibus, quòd beata Virgo ex prima ſanctificatione excellebat puritate omnes baptizatos, ex ſanctificatione ſecunda excellebat puritatem Adæ, quam habuit ante peccatum. per confirmationem excellebat puritatem Angelorum, quoniam illi nec creſcere poſſunt in præmio ſubſtantiali ſiue eſſentiali, ſicut nec decreſcere: ſed Beata Virgo proficere potuit in merito, & non deficere. Puritas matris Dei fuit quadruplex, in qua nulla creatura ſibi poterit comparari. Prima eſt puritas ſanctificationis in vtero. Omnis enim rationalis creaturę puritas, vel eſt naturæ, vt in Angelis: vel eſt gratiæ datę, vt fuit innocentia primi ſtatus hominis: vel eſt gratum facientis, & iſta eſt maior aliis duabus. Vnde cum in illa ſpecie grãæ ſanctificatio matris Dei fuerit ſuprema, patet ꝙ vincit puritatem omnis purę creaturæ. Secunda eſt puritas innocentiæ in vita, in qua ſimiliter omnes excellit: quia B. Virgo vixit ſine omni peccato, & hoc oportuit eſſe maximæ gratiæ, quæ non ſolum ipſius naturam perficeret, ſed eam ſupra legem naturæ corruptę extolleret. Tertia eſt puritas

Alta dignitas B. Virginis adhuc in terra mortale.

tas virgineæ caſtitatis, in qua excellit & Angelos, & homines: Angelos quidem, quia ſecundum Hieron. Hoc retinuit per virtutem caſtitatis, quod in Angelis eſt neceſſitatis naturę. Item excellit homines in hoc, quia primum exemplar fuit huius integritatis. Pſalm. 44. Adducentur regi Virgines poſt eam, &c. Præterea oſtenditur iſtud alia ratione, quia ſumma eſt hæc puritas, quæ potius poteſt ſuum cōtrarium ſecum pati, quā poſſit violari: & talis fuit virginitas dominæ noſtræ, quæ gaudium matris habet cum virginitatis honore, & ideo nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. Quarta eſt puritas ſanctificationis ex ſuperuentione Spiritus ſācti, & pręſentiæ Dei, in qua ſimiliter excellit omnem creaturam. Cum
B enim eſſe matrem Dei, ſit dignitas ſuperior ad omnem, quæ puræ creaturæ communicari poſſit, neceſſe eſt gratiam ad hoc diſponētem eſſe maiorem omni gratia puræ creaturæ. Oportet ergo priuilegium ſanctificationis ſuæ in hac parte omnem aliorum ſanctificationem excedere.

SCHOLIA.

A Tertia, remouet culpam originalem] ſ. actu contractam, quam citiſſime tamē abraſam. A Sacroſancta Romana Eccleſia, excommunicantur ipſo facto hi, qui hanc opinionem, vel peccati mortalis, vel hæreſis, nota inurunt, ſicut & hi, qui contrariam opin. ſimiliter damnare præſumunt [Sixtus IIII. in extrauag. Graue nimis.] Hinc ſatis inſulſè, ignorantiam ſuam oſtendentes, adducūt quidam Concilium Baſilienſe determinans

contra

contra opinionem authoris.videant(quæſo) hi Leonem decimum in actis ſacroſanctis Concilij Lateranenſis.2.ſeſſ.11. vocantem Baſilienſe Concilium, non concilium, ſed conciliabulum, & de tali ſibi ipſis dato ſit ſuffragio erubeſcant. Collationes inſuper ſeſſionum fiant, & videbitur, quod pro illo tunc, non erant cum Eugenio quarto, quem tamen ſemper vt indubitatum Papam adorauit Eccleſia catholica. Et qui (vt vere ab ipſa pro indubitato Papa recognitus) conciliabulo illo ſuo Baſilienſi adhuc durãte, Cõcilium ſacrum Florentinum Orientalium, Occidentaliumq́ue patrum aggregauit in vnum. Facto igitur ſuo ſancto coram vniuerſo declarauit Eugenius Concilium Baſilienſe, non Concilium, ſed conuenticulum fuiſſe pro tempore illo. Hæc dicta ſint non ad derogandum opinioni cõtrariæ, ſed ad monſtrandum quantæ ſcientiæ illi ſint viri, alioquin forſan docti, qui tali præſidio arundineo indigno tunc nominari Concilium [vt habet Leo ibi ſupra] in hac materia innituntur. Vis adhuc iſtud ipſum videre? En. Quomodo determinationẽ illã Baſilienſem pro ſe non acceptaſſet Sixtus ipſe; qui poſt Concilium illud fuit, taliq; opinioni (quantum decuit) fauit: ſi vidiſſet eã quippiam roboris obtinere? Quomodo in calce extrauagantis ſuæ dixiſſet hæc verba formalia. Cum hoc nondum ſit a Romana Eccleſia, & Apoſtolica ſede deciſum, ſi Baſilienſes hoc determinantes Eccleſiam Catholicam (quæ Romana eſt) repreſentaſſent, Sed quæ Apoſtolicæ iuncti fuiſſent? Quomodo & ſacrum Tridentinũ Conciliũ de hac materia

De ſanctificationis conceptionis ve opinionibus.

Nota bene.

Validæ rationes.

[ſeſſ.

[ſeſſ. 5] ſerio loquens, Sixtoq; eius cēſuras innouando ſubſcribens Baſileam determinationem ſubticuiſſet?, Non plus ergo hic ſapiant membra, ſed ſapiāt ad capitis ſobrietatem, ſciātque, ꝙ honor Reginæ iudicium (Quod Eccleſiæ ſanctæ Romanæ eſt) diligit, & quod in medio magnatorum ſatius eſt cum duodenne Chriſto, (qui tamen ſapientia erat) audire, ac ſapienter interrogare, q̃ in numerum priuata verba proferre.

Monitū ſaluberrimū, & vtiliſſimum.

B Eſſe matrem Dei &c.] tam infinita eſt hæc dignitas, vt ex iſta parte non poſſit aliquid hac melius fieri: ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo [1.q.25. artic.6. ad 4.] Item iſta dignitas eſt cauſa omnium aliarū dignitatum, in B. Virgine quocunque tempore repertarum (Eccleſia: Felix es ſacra Virgo Maria, & oī laude digniſſima. Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ Chriſt' Deus noſter.

Vnde B. Virgo ſit digniſſima.

De conceptione Dominica.
Cap. V.

MOx, vt Virgo beatiſſima aſſenſum Angelo præbuit dicens: Fiat mihi ſecundum verbum tuum, Spiritus ſanctus ſuper eam venit, ac filium Dei concepit. Hæc autem tria ſimul fuerunt tempore, non natura: tunc impleta ſunt præambula figurarū, & documenta ſcripturarum, & deſideria ꝓphetarum: propter quod etiam aduentus Chriſti dicitur plenitudo temporis. Quare autem Chriſtus nec prius, nec poſterius venerit, nonnullæ ſunt rationes. Prima eſt, vt ordinem vniuerſi non turbaret. Singula

nanque

nanque ſuis fiunt temporibus, quanto magis in maximo Dei opere, ſ. filij Dei incarnatione? Secunda, ne fides, & ſpes promiſſa incarnatione, perirent. Si enim tardaſſet venire, quotidie decreuiſſent homines in fide, & tepuiſſent. Sed prius venire non fuit neceſſe, quia non prodeſt medicina ſpiritualis ſine affectu recipientis. Tertia eſt, vt ſupremæ infirmitati culpæ immediatè ſuccederet melioratio, ſicut ſummum ſtatum acutæ febris ſequitur criſis & ſanatio. Quarta, vt homo de lege naturali, & ſcripta prius conuinceretur, ſicut ait Auguſtinus: quia, ſi Chriſtus ſtatim veniſſet, diceret homo quòd per legem naturæ ſaluari poterat, & ſuperfluum crederet aduentum Chriſti. Similiter dicere poterat de lege ſcripta: ſed comperto, quòd nec ſic nec ſic ſaluari poterat, cum omnes ad inferos deſcenderent, tunc venit ipſe, quia tunc erat tempus miſerendi eius. Quinta, vt ſicut primus homo conditus fuit ſexta die ad totius mundi complementum, ſic Deus homo fieret in tota ętate ad totius creaturæ perfectionem. Sexta enim ætas apta eſt ad exercitium, ad remiſſionem culpæ, ad meritum vitæ æternę, ad tranſitum de ſtatu miſeriæ ad ſtatum gloriæ: & iſta notantur in ſexta ætate, ratione perfectionis ſenarij. Sexta, quia Chriſtus non debuit venire in principio temporis, quia aduentus eius nimis fuiſſet feſtinus, nec in fine vltimo, quia tunc nimis fuiſſet tardus: ſed decebat Saluatorem inter tempus morbi, & tempus iudicij introducere tempus remedij. Septimò, quia decebat ducem perfectum tunc ſe oſtendere, cum

eſſet opportunitas currēdi ad brauium, hoc
eſt in fine temporum, & tamen ante termi-
Timor iu- num, vt per timorem iudicij ſtimulati, per
dicij ſti- ſpem præmij attracti, & per exempli perfe-
mulus ad ctionem animati ſequi poſſemus efficaciter
bonū, er- ducem noſtrum. Octaua, quia decebat me-
go bonus diatorem quædam membrorum ſuorū præ-
cedere, quædam ſequi. Incarnationem Chri
ſti multæ figuræ præceſſerunt, & prophetię,
Gene. 28. de quibus aliquas aſſignemus. Abraham
deſcendit in Ægyptum, vt peregrinaret ibi.
Daniel. 2. Lapis præciſus eſt de monte ſine manibus.
Gen. 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad
Prouer. 9. irrigandum paradiſum. Sapientia ædifica-
uit ſibi domum, excidit columnas ſeptem.
3. Reg. 10. Tronum fecit ſibi Salomon de ebore gran-
Ierem. 31. dem. Nouum faciet dominus ſuper terram,
Iona 1. fœmina circundabit virum. Ionas in mare
Ioel. 3. proiicitur, & mare ſedatur. Stillabunt mon
Cantic. 6. tes dulcedinem. Deſcendi in hortum meū,
Iudith. 6. vt viderem poma conuallium. Vellus Ge
Exodi 16. deonis rorificatur. Manna ſeruatur in vr-
Nume. 17. na aurea. Virga Aaron floret. Flos de radi-
Iſaiæ 11. ce eius aſcendet. Emittitur columba de
Gen. 8. & 2. arca Noe. Mittitur lignum in aquas Ma-
Exodi 2. rath. Paradiſus plantatur. Moyſes ponitur
Gene. 37. in fiſcellam ſcirpeam. Iſrael induit Ioſeph
Pſalm. 28. tunica polymita. In ſole poſuit tabernacu
Nume. 13. lum ſuum. Duo viri ferunt in uecte botrū
Gen. 39. de terra promiſſionis. Mittitur Ioſeph in ci
Iſa. 26. 16. ſternam. Vrbs fortitudinis noſtrę Sion,
& 45 ſaluator ponetur in ea murus. Emitte agnū
Domine. Rorate cœli deſuper, &c. Aſcen-
det Dominus ſuper nubem leuem. Miſe-
ricordia & veritas obuiauerunt ſibi. Gem-
ma carbunculi in ornamento auri. Simul
in.

in vnum diues & pauper. Ego primus, & nouiſſimus. Charitate perpetua dilexi te. Mittitur Daniel in lacum Leonum. Apparet in camino quartus ſimilis filio hominis. Vmbra deſcendit in horologio Achab decem gradibus. Ignis apparet in rubo non comburens. Solem nube tegam. Quid lucidius Sole? Pſalm. A ſummo cœlo egreſſio eius.

SCHOLIA.

A Quarta, vt homo de lege] Hinc habes clare, quod nec lex naturæ, nec lex ſcripta poterant iuſtificare virtute propria, & conſequẽter, quod illarum finis erat Chriſtus. i. quod per fidem in Chriſtum venturum iuſtificabantur quicunque in illis legibus iuſtificabantur, ad quem ipſæ erant diſpoſitiones. Conc. Tri. ſeſſ. 6. can. 1. anathematizando contrarium. 1. 2. q. 98. art. 11.

De rationibus incarnationis. Cap. VI.

PEr verbum igitur incarnatum facta eſt humani generis reparatio, non quia aliter ſaluari nõ poterat, ſed quia nullus alius modus fuit ita congruus ipſi reparatori, & reparabili, ac reparationi. Congruebat, inquam, iſte modus reparatori, quem decebat ſuam potentiam, ſapientiam, & bonitatem oſtendere. Quid autem potentius, quàm coniungere extrema ſummè diſtantia, hoc eſt creatorem, & creaturam? Magna potentia fuit in coniunctione diſparium elemen-

mentorum: maior in coniunctione illorum ad ſpiritum creatum, maxima in coniūctione illorum omnium ad ſpiritum increatū, vbi & maxima diſparitas eſt. Quid verò ſapientius, quàm quòd ad perfectionem vniuerſi fieret coniunctio primi, & vltimi, hoc eſt verbi Dei, quod eſt omnium principium, & humanæ creaturæ, quæ in operibus ſex dierum fuit vltima omnium creaturarum? Quid autem beneuolentius, quàm ꝙ creator rerum communicare ſe uoluit rebus creatis? & hæc benignitas magna fuit in communicatione ſui omnibus rebus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam: maior, quia communicauit ſe bonis per gratiam: maxima, quia communicauit ſe homini ꝑ vnionem, & per conſequens generibus ſingulorum in vnitate perſonæ. Fuit etiam iſte modus congruentiſſimus ipſi reparabili: quia homo per peccatum corruit in infirmitatem, ignorātiam, & malitiam, per quæ ineptus factus eſt ad virtutem diuinam imitandam, & ad veritatem cognoſcendam, & ad bonitatem diligendam. Ideo factus eſt homo, per quod ſe reddidit homini imitabilem, cognoſcibilem, & amabilem. Fuit etiam iſte modus congruentiſſimus noſtræ reparationi, quia dominus in forma ſerui procurauit ſalutem ſerui. Sunt & aliæ rationes quare fuit conueniens Deum incarnari. Prima eſt, quia præuaricator abſtulit
A nobis Deum. vnde conueniens fuit, vt reparator redderet nobis Deum. Secunda, quia humilitas docuit eum, ſed non potuit humiliari vſque ad pœnas in natura diuina, oportuit ergo, quod in alia. Tertia, vt prophetias

phetias impleret. Iſaiæ 52. Ego qui loquebar, ecce adſum. Abacuch 2. Apparebit in finem, & non mentietur, ſi moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet: vt ſ. doceret potius vincere per iuſtitiam, quàm per potentiam. Quarta, propter vitandum inconueniens, quia ſi Deus incarnari nõ potuiſſet, vel neſciuiſſet, vel noluiſſet, videret in eo eſſe impotentia vel ignorantia, vel inuidia: quod abſit. Quinta, vt tanta eſſet humilitas in redemptoie, quãta fuit ſuperbia in præuaricatore: quia tanta fuit ſuperbia, vt homo vellet eſſe vt Deus, vnde humilitas tanta debuit eſſe, vt Deus fieret homo. Sexta, vt noſtrum amorem excitaret, & noſtrã ſpem erigeret. Septima, vt exemplum imitandæ virtutis nobis daret in forma viſibili & humana. Quamuis autem opera Trinitatis ſint indiuiſa, ita quòd quicquid operatur vna perſona, operetur & alia: tamen ſolus Filius accepit carnem, & non Pater, vel Spiritus ſanctus. Et habemus ſimile in tribus domicellis induentibus tertiam ipſarũ, de quibus poteſt dici, quicquid facit vna, facit alia, vna tamen ſola induitur. Eodem modo dicendum, quòd incarnationis opus quandoque attribuitur Patri, vt ibi: At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filiũ ſuum. Quandoque attribuitur filio, vt ibi: Exiui a Patre, & veni in mundum. Quandoque attribuitur Spiritui ſancto, vt in ſymbolo: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. Sed hæc ideo dicuntur, quia opus incarnationis fuit maximæ potentię, ſapientiæ, & bonitatis: quæ tribus perſonis attribuuntur. Sunt autem multæ rationes, qua-

Gal. 4.

Ioan. 16.

re filius incarnatus ſit, & non pater, vel Spiritus ſanctus. Prima, vt per eandem ſapientiam, quæ mundum condiderat, fieret reparatio. Secunda, vt qui filius eſt in diuinitate, eſſet filius in humanitate. Tertia, ne idē eſſet pater, & filius, ſi pater de homine naſceretur. Quarta, quia congruentius mittebatur qui eſt ab alio, quùm qui eſt a nullo. Quinta propter confirmationē hæreditatis nobis promiſſæ, vt ſcilicet poſſemus dicere patri, Domine tu habes filium cui competit hæreditas, quam homini promiſiſti. Sexta, vt patris erga nos oſtenderetur charitas, Io.3. Sic Deus dilexit mundum, vt filiū ſuū vnigenitum daret. Septima, vt oſtendatur, ꝙ Deus pater nihil habet quòd non ſit nobis paratus dare, cùm filium ſuum vnigenitum dederit. Octaua, vt ſicut Dei filius factus eſt homo, ſic homo fieret filius Dei. Apo. & Gal.4 Miſit Deus filium ſuū, vt adoptionem filiorum reciperemus. Nona, vt eſſet occaſio ſalutis, quod dicitur occaſio ruinæ, quia homo appetendo ſcientiam diuinam, quæ filio appropriatur, cecidit. Decima, quia imago debuit per imaginem reputari. Vndecima, quia ſicut verbum mentis mediante groſſiori natura emittitur, ſ. per vocem, ſic verbum æternum per aſſumptionem naturę. Duodecima, quia medius inter perſonas debuit eſſe mediator Dei, & hominum. Decimatertia, quia ſapientia patris reparare debuit appetitorem ſapientiæ. Gen.2. Eritis ſicut Dij ſcientes &c. Quartadecima, quia decentiſſimè coniungitur humilitas cum ſapientia. Prouer.11. Vbi humilitas, ibi & ſapientia, vnde filium Dei prę-

Eſſet ī diuinis idē pater, qui filius, licet reſpectu diuerſorum, ſi incarnaretur.

cipuè decuit incarnatio. Quintadecima, quia ideæ non ſunt niſi ſapientia Dei, quæ filio Dei appropriatur, vnde cum ſingulæ ideæ ſingulorum ideatorum ſint cauſæ, tunc demum omnia perfecta & completa erunt, cũ per vnionem ad ſuum principiũ redierint. Sextadecima, quia ſi pater fuiſſet incarnatus, tunc nulla perſona fuiſſet ſine principio. Decimaſeptima, quia oportuit incarnatam perſonam tanquam ſacerdotem ſupplicare Patri pro natura aſſumpta, ſed magis decuit filium ſupplicare Patri, q̃ econuerſo. Decimaoctaua, quia ſi Spiritus ſanctus fuiſſet incarnatus, tunc duo eſſent filij. Decimanona, quia nullum magis decet reducere hominem ad diuinam cognitionem quam verbum, quo Pater ſe declarat, quod eſt vnibile carni, ſicut & verbum voci. Viceſima, quia nullum magis decet reducere hominem ad filiationem adoptiuam, quàm filium naturalem.

SCHOLIA.

Non potuit humiliari vſque &c.] Non potuit.ſ. attenta implicatione cõtradictionis, ſeu attenta infactibilitate rerũ. Vnde pro regula tenendum, quòd quandocunque nõ poſſe attribuitur Deo, intelligitur hoc propter rerum infactibilitatem procedere, non ex defectu Dei potentiam vbiq; infinitam habentis. Vnde limandæ ſunt (ſi fiat vis in verbis) locutiones huiuſmodi ſic. Hoc non poteſt fieri à Deo, vt denotetur defectus ex parte rei, non Dei. Deus enim (quantum eſt de potentia ſua) poteſt etiam iſta facere.1.q.2.ar.4.

Regula neceſſaria.

An ĩfactibilia poſſit facere Deus.

B Decuit magis.] Hinc patet, quod omnes

rationes adductæ in hoc propoſito intẽdũt, non, quòd fuiſſet inconueniens, vel indecens, ſi alia perſona à filio incarnaretur, ſed hoc tantum, ꝙ non ſic decens fuiſſet aliam incarnari quemadmodum filium. [3, q. 3, artic. 8.

De modo incarnationis.
Cap. VII.

IN communi reparatione omnium decẽs erat, vt fieret concurſus trium de triplici Natura, ſcilicet diuina; angelica, & humana: vnde in myſterio incarnationis fuit cõcurſus Angeli nunciantis, Virginis cõcipiẽtis, & verbi Dei carnem aſſumentis. Cum filius Dei mittitur in mundum, non fit loci mutatio, ſed naturæ humanæ aſſumptio, quia ipſius mitti, eſt eſſe vbi prius fuit, ſed aliter ibi eſſe quàm prius fuit: & hæc alteritas non eſt ex parte eius qui eſt, cùm ſit immutabilis; ſed ex parte eius in quo eſt, quia unitur noſtræ carni: vnde mutatio nõ fuit ex parte filij, ſed ex parte aſſumpti. Præterea in mutatione loci exigitur non eſſe quis vbi prius erat, ſed nec hoc eſt in filij miſſione, quia poſt incarnationẽ fuit in patre, ſicut ſemper. Chriſtus aſſumpſit naturã noſtram quinque modis. ſ. miſericorditer. Apoſt. ad Titum. 3. Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Vtiliter, ſ. pro ſalute noſtra. Pſal. 73. Operatus eſt ſalutẽ in medio terræ. Sapienter, quia aſſumpſit bonũ naturæ, reprobando malum culpæ. Iſa. 7. Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare

malum,

malum, & eligere bonum. Fortiter, quia ſic aſſumpſit naturã humanam, quòd nunquã depoſuit eam: quia poſt mortem vnita fuit diuinitas carni in ſepulchro, & animæ in Inferno. Mirabiliter, quia coniuncta ſunt in carne ſummum & imum, hoc eſt, Deus & limus. Verbũ caro factum eſt quinque modis, ſcilicet ſecundum veritatẽ carnis. Iſaiæ 53. Verè languores noſtros ipſe tulit. Præter carnem, quia præter operationem carnalem. Matth. 1. Quod in ea natũ eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Supra carnem, quia meritis noſtris non exigentibus. Apoſto. ad Titum. 3. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos. Propter carnem, quia ad ſaluandam carnẽ, & hoc quantum ad fideles efficaciter, licet quantum ad omnes ſufficienter. Matth. 1. Vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuũ. Contra carnem, quia ad maiorem damnationẽ infidelium. Io. 15. Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent. Opus aſſumptionis humanę naturæ, non animatio, ſed incarnatio noĩatur, cùm tñ à digniori res conſueuerit nominari: hoc autẽ eſt ꝓpter quatuor rõnes, ſ. vt expreſſior fiat nominatio, vt profundior explicetur dignatio miſerentis, & quia nobis magis nota eſt pars carnis, & vt maior humiliatio exprimatur, eo quòd magis à Deo diſtat caro, q̃ anima, & quia caro eſt à parentibus propagata, anima à Deo creata.

Verbum caro quinque modi.

Dignatur q̃ redimere viliſſimũ in homine: & vnire illud ſibimet.

SCHOLIA.

A Mutatio non fuit ex parte filij Dei, ſed ex parte aſſumpti.] Ideò ꝑ exẽplũ habitus, declarat Apoſtolus incarnationẽ dicẽs. Philip. 2.

Habitu inuētus vt homo. Licet enim ſubſtantialiter hypoſtatice facta ſit; tamen habitui comparatur propter mutationis qualitatem cognoſcendam. Quaſi dicat. Sicut habitus mutatur, quia ſcilicet figuratur ſecundum formam induentis illum, induēs autem à forma ſua propter hoc non mutatur; ita humanitas in incarnatione eſt meliorata, & conſequenter mutata, verbū autem Dei non eſt mutatum. Tamen rectius dicendum; quòd verbum Dei vniuit humanitatem ſibi, quàm quòd vnierit ſe humanitati. [Auguſt. in lib. 83. quæſtionum. 3. q. 1. ar. 1. & q. 2. ar. 6.

Immutatio verbū.

De vnione, & carne aſſumpta. *Cap. VIII.*

SICVT in diuinitate vna eſt eſſentia, & tres perſonæ, ita in Chriſto eſt econuerſo vna perſona, & tres eſſentiæ: ſcilicet deitas, & anima, & caro, hoc eſt æternum, nouum, & antiquum, quia deitas eſt æterna, anima eſt noua, quia in aſſumptione carnis creata: caro verò antiqua, quia ab Adā propagata. & Chriſtus ſecundum naturam diuinitatis eſt genitus, ſecundum animam verò creatus, & ſecūdum carnem factus. Vnio fuit triplex in Chriſto, ſcilicet deitatis ad animam, & econuerſo, & deitatis ad carnē, & econuerſo. & animę ad carnem, & econuerſo. Duæ primæ vniones ſemper manſerunt, tertia ſeparata fuit in morte. Vnio ergo deitatis ad humanam naturam non eſt in vnitate naturæ, ſed perſonæ: non dico perſonæ

ſonæ humanæ, ſed diuinę, hoc eſt non aſſumptę, ſed aſſumentis: nec perſonæ cuiuslibet, ſed ſolius verbi. Quia.n. impoſſibile eſt, ꝙ natura diuina cócurrat cum alia, ſicut pars ad conſtitutionem tertij, vel quòd ipſa tranſeat in aliam, vel alia in ipſam, propter ſimplicitatem & vnitatem ipſius perfectiſſimã: propterea diuinitas, & humanitas nõ vniuntur in vnitate naturę, ſed perſonæ, & ſic intelligatur illud in ſymb. Athan. Nã ſicut aĩa rõnalis & caro vnus eſt hõ; ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Ibi namque ponitur ſimilitudo quantum ad vnitatem perſonæ, & non naturę, quia caro, & anima differũt in homine quantum ad eſſentiam, & conſtituunt tamen vnam perſonam. Eodem modo inter diuinitatem & humanitatem Chriſti eſt differentia, & tamen eſt vna perſona: & quia diuina natura in nullo ſuppoſito poteſt ſubſiſtere præter quàm in propria hypoſtaſi; ideo vnio illa non poteſt eſſe in propria perſona hominis, ſed Dei: & propterea Deus in vna perſonarum ſuarum fecit ſeipſum ſuppoſitum humanæ naturæ: vnde tantùm vna eſt ibi perſonalitas, & vnitas perſonalis, ſcilicet ex parte aſſumentis. Ad eſſe namque pſonæ triplex exigitur diſtinctio; ſcilicet ſingularitatis, & naturalis incommunicabilitatis, ac excellentiæ, ſiue dignitatis. Propter primum, nullum uniuerſale eſt perſona. Propter ſecundum, anima nõ eſt perſona: ſed propter tertium, Chriſtus ſecundum quod eſt homo, non eſt perſona. Ex his patet quæ ſit uera, vel falſa inter has quatuor propoſitiones. Prima, perſona aſſumpſit perſonam. Secunda, natura A

aſſumpſit perſonam. Tertia, natura aſſumpſit naturã. Quarta, perſona aſſumpſit naturam. Primæ duæ ſimpliciter ſunt falſę. Tertia vno modo eſt falſa, alio modo eſt vera. Si enim ſumatur natura prout eſt communis tribus perſonis, ſic eſt falſa. Si vero ſumatur natura prout eſt in perſona filij; ſic eſt vera. Quarta autem propoſitio ſimpliciter eſt vera. Ad intelligentiam autem horũ nota, quòd tres fuerunt opiniones de incarnatione Chriſti. Prima opinio dicebat, quòd filius Dei aſſumpſit hominem. Secunda dicebat, quòd aſſumpſit humanam naturam. Tertia dicebat, quòd aſſumpſit hominem, vt veſtẽ. Prima opinio non tenetur in ſcholis; quia ponit quòd in Chriſto ſunt duæ perſonæ, quod eſt falſum. Secunda communis eſt, & vera ac celebris: quia ponit, quòd Chriſtus eſt vnum ſolum, licet ſit aliquid ſecundum quòd homo. Item ponit quòd aſſumens non eſt aſſumptum. Item quòd ille homo diuina eſt eſſentia, & econuerſo. Item ꝙ omnis proprietas filij Dei ineſt ei, & econuerſo. Tertia opinio tanquam hæretica reprobatur: quia ponit non eſſe in vna perſona Chriſti duas naturas, & quòd duæ ſubſtantiæ, humanæ naturæ ſcilicet & diuinæ, non perſonalitatem filij Dei conſtituũt, ſed extrinſecus ſe habent ad ipſam. Dicimus ergo, quòd tanta eſt ibi vnio, vt quicquid dicitur de filio Dei, dicatur de filio hominis, & econuerſo, his tamen exceptis in quibus exprimitur vnio, vel clauditur negatio. Si enim ſit vocabulum in quo aliqua repugnantia includitur, ſicut eſt vniri, incarnari, aſſumi, aſſumere: in quibus inclu-

Nota bene iſtam regulam.

ditur

ditur reſpectus vnionis vnius naturæ ad alteram, tunc nō tenetur prædicta regula. Similiter non tenet, quando in vocabulo includitur negatio alicuius, cuius oppoſitum alteri competit, ſicut incipere, eſſe, creari, &cet. Nota, ꝙ propriè loquendo, compoſitio eſt corporum, coniunctio eſt corporis & animæ, vnio eſt diuinæ naturæ ad humanā, tamen vnum quandoque ponitur pro reliquo. Quinque fuerunt ſtatus primi hominis, & de quolibet ſtatū accepit Chriſtus aliquid. Primus ſtatus fuit innocētiæ, de quo Chriſtus accepit peccati immunitatem. Secundus gratiæ, de quo accepit plenitudinē gratię: Tertius culpæ, de quo accepit recompenſationem pœnæ: Quartus pœnitētiæ, de quo accepit paſſionem doloris & triſtitiæ. Quintus gloriæ, de quo accepit plenam fruitionem. Corpus Chriſti ſecundum Damaſ. formatū fuit ex ſanguine B. Virginis, nō ex carne. Nā uerę matris eſt ſecundū philoſophos materiā tātūmodo miniſtrare: ſed dare virtutē formatiuā, quę actiuę naturā, ſeu materiā formet, eſt patris, & nō matris. Cū igitur B. Virgo ꝓprietatē verę matris hēat, oportet qđ materiā cōtulerit, quæ ſecundū naturā ſit materia conueniens humano corpori: & tñ integritatē virginalem non polluat. Talis aūt materia non eſt caro, q̄a dicit Philoſ. ꝙ id, qđ eſt actu pars, nō eſt materia gñationis, cū non ſit potētia totum. Caro aūt eſt actū pars, vnde nō eſt materia generationis. Talis quoq; materia nō fuit ſemen virgineū, vel fœmineū, quia hoc puritati virginis non cōueniebat: nec etiā ſecundum Philoſophum eſt neceſſarium ad ge-

In lib. de generatione animaliū. dicit & hoc & īfra dicta.

Veriſſimum.

ad generationem, quia aliquæ mulieres cõ-
B cipiunt ſine ſeminatione. Talis ergo mate-
ria fuit ſanguis, quia ipſe ſecundum Philo-
ſophum, eſt etiam in nobis materia genera-
tionis. Quòd autem dicit Apoſto. ad Rom.
1. capit. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid,
intelligendum eſt originaliter, nõ materia-
liter. Virtus autem formatiua in B. Virgine
non fuit ex patre carnali, ſed ex virtute al-
tiſſimi.

SCHOLIA.

A Chriſtus, ſecundùm quòd homo non eſt perſona.] Id eſt, Chriſti humanitas, non habet perſonalitatem creatam propriam; licet habeat perſonalitatem propriam ex vnione ſibi datam increatam, [3. q. 2. art. 2. q. 4. art. 2 & 3. Concil. Conſtantino. Quintum, cap. 5. ſub anathemate contrarij.] Interrogatus Chriſtus, Iob. 8. quis eſſet, reſpõdit: Principium qui loquor vobis, clarum eſt: quòd ly quis interrogat de perſona [ſup. lib. 1. cap. 23.] & ꝙ Iudæi interrogabant de perſona humanitatis, cùm non crederent diuinitatem eius. Dicentibus ergo illis, tu quis es. i. quæ eſt perſona tuæ humanitatis, reſpondit Dominus: Ego Principium, i. perſona meæ humanitatis eſt Deus. Quis enim neſciat: ꝙ perſona creata eſt principiatum, & a Deo creante, & a principiis ſpeciei? Tantum abeſt, vt perſona ſit principium. Quia ego principium, i. quia ego Deus, etiã loquor vobis, i. ſum humanatus propter vos. Et quia dico in contextu me habere patrem, ideo Ego ſũ principium de Principio, i. Deus filius, non Pater, non Spirituſſanctus.

B Materia fuit ſanguis.] puriſſimus videlicet;

delicet; non impurus ſanguis, ergo, in generatione & Chriſti, & noſtri eſt materia; ſed in Chriſti puriſſimus, in noſtri impurus [3. q. 31. art. 5.

De vtilitate incarnationis.
Cap. IX.

AMiſimus per peccatum propriam excellentiam, mentis innocentiam, ac Dei amicitiam. Hæc autem recuperare oportuit per beneficium ſaluatoris. Excellentiam. n. recuperare non potuimus, niſi per excellentiſſimum recuperatorem: quia, ſi per aliquā merā creaturā reparati eſſemus, tunc oporteret nos ſubiectos eſſe illi creaturæ. Innocētia autem reparari non poterat, niſi per ſatisfactorem ſufficientiſſimum, qui videlicet eſſet Deus & homo: Deus quidem, qui pro homine ſatisfacere poſſet: homo verò de genere Adæ, qui peccauerat. Ille namque congrue ſatisfacit, qui poteſt & debet: ſed non poteſt niſi Deus, nec debet niſi homo. Amicitia ſimiliter non poterat reformari, niſi p mediatorem conuenientiſſimū, qui. ſ. vtriq; parti conformis eſſet, & vtrique parti amicus. hoc verò Chriſto conuenit, qui eſt Deo Patri ſimilis per diuinitatem, & homini per humanitatem. Venit ergo Deus in carnem tanquam dominus ad ſeruos, vt eos corrigeret: tanquam magiſter ad diſcipulos, vt eos inſtrueret: tanquam medicus ad ægrotos, ut eos ſanaret. Per primum oſtendit Deus potentiam: per ſecundum ſapientiam, per tertium bonitatem. Quatuor fructus incarnationis

Non Chriſt' homo peccauerat; ſicut homo.

Sanctum (pp tria prima,) & terribile (pp quartū) nomē eius patris.

tionis ponit Bernar. dicens, Manna de cœlo deſcendit, vt gaudeant eſurientes: de vinea cœli botrus erupit, vt gaudeant ſitientes: oleum effuſum eſt, vt gaudeant ægrotantes: lapis ſine manibus de monte præciſus eſt, vt timeant negligentes. Chriſto homini plures actus conueniunt, nobis multum ſalutiferi: propter quod diuerſis rebus naturalibus & artificialibus comparatur. Ipſe nanque Chriſtus dicitur caput noſtrū propter ſenſum & motum ſpiritualem, quem ſuis membris influit. Mediator, quia participat proprietates diuinæ, & humanæ naturę, & ideo inter Deum & nos efficaciter poteſt mediare. Fundamentum, propter fidem, qua in nobis illuminat intellectum. Oſtium propter charitatem, qua perficit affectum. Paſtor inquantum incorporat nos eccleſiæ per ſacramentorum participationem. Hoſtia, quia ſoluit obligationem contractā per peccatum originale & actuale. Sacerdos quia ipſe ſe rogat, ipſe ſe exaudit, ipſe ſeruus rogat ſe dominū, & ipſe De' exaudit ſe hominem. Via exemplo, vita in præmio. Itē Bernardus enumerat quatuor vtilitates aduētus domini, dicens, Venit medicus ad ægrotos, redemptor ad venditos, uia ad errantes, vita ad mortuos. Oſtenduntur adhuc multæ vtilitates aduentus Chriſti: quia ſcilicet Deus factus eſt homo, ut fieret homo Deus: dominus factus eſt ſeruus, vt fieret ſeruus dominus: Deus de cœlo ad terras deſcendit, vt homo de terris ad cœlos aſcenderet. Deus factus eſt filius hominis, vt homo fieret filius Dei. Immortalis factus eſt mortalis, vt mortales fierent

immor-

immortales. Diues factus eſt pauper, vt pauperes fierent diuites. Obſcurata eſt lux, vt nos illuminaret: Eſuriuit panis, vt nos reficeret. Sitiuit fons, vt nos inebriaret. Triſtata eſt lætitia, vt nos lætificaret. Pauebat fiducia, vt nos confortaret. Laxata eſt via, vt iter noſtrum ad cœleſtia dirigeret. A

SCHOLIA.

A Obſcurata eſt lux &c.]. ſ. ſecundum illud in quo poterat obſcurari, ſecundũ illud in quo poterat eſurire; ſecundum illud &c. non ſecundum illud in quo iſta pati non poterat. i. ſecundum humanitatem, non ſecundum diuinitatem. Et tamen de Deo incarnato hæc abſolute, i. ſine expreſſione limitationis dici poſſunt (vt in ſimb.) ſicut & dicitur, comedite quę apponuntur vobis, Socrates eſt criſpus. Nunquid patinæ propter hoc mãdantur comedendæ? Nunquid Socrates pp̃ hoc intelligitur criſpus ſecundum naſum? Abſit. Intelliguntur. n. vbiq; propoſitiones formaliter. i. ſecundũ rem, ſecundũ quam ſubiectum eſt ſuſceptibile prędicati. Qua de re, ſunt non tm̃ veræ, ſed etiam propriæ. [3. q. 16. art. 4. ſcribatur Apoſt. ad Rom. lect. 3.]

Nominatio ad loquẽdum catholicè de Chr̃o.

De mirabilibus circa incarnationem Domini. Cap. X.

EXcellebat incarnatio Chriſti noſtram cõceptionem in pluribus: per quod apparet quod ibi natura ſua perdidit iura. Inueniuntur enim multa tam ex parte matris, q̃ ex parte prolis, quàm etiam ex parte mo-

Reuela oculos meos (.i. ſecūdū ſobrietatē rectā:) & cōſiderabo mirabilia de lege tua (circa incarnationē Chriſti, q̄ eſt nobis lex.)

Exēplū.

di, quę non ſunt ſecundum viam naturæ, ſecundum potentiam virtutis infinitæ, quę ſolius eſt Dei. Mira igitur fuerũt in matre, quæ ſecundum Bernardum ſine pudore fœcunda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera. Ibi portauit ſtella Solem, palmes vitem, riuus fontem, filia patrem, creatura creatorem. Fuit inquam mater patris, ac filia nati. Fuit quoque prole poſterior, contẽto minor, mater & virgo fuit, & cum Deo filium communem habuit. Maledictionem legis euaſit, vbi maledictæ fuerũt virgines, & coniugatæ. Virgines quidem, quia non genuerunt, coniugatæ verò, quia in dolore pepererunt. Sed vtrunque Beata Virgo euaſit, quia Virgo genuit, & dolorem non ſenſit. Aug. Speculum non rumpit radius Solis: & integritatem virginis ingreſſus, aut egreſſus Dei vitiare non potuit. Mirabilia quoque fuerunt in prole: quia in inſtanti fuit ibi ſanguinis ſeparatio, conſolidatio, figuratio, animatio, deificatio. Et quòd iſta non fuerint ſucceſſiua, patet ex ſcriptura. Ierem. 31. Fœmina circundabit virum. Patet etiam ex virtute agentis, ſcilicet ſpiritus ſancti, cuius eſt ſubitò operari. Quanuis autem membra corporis Chriſti fuerint in cõceptione completa, & perfecta uſque ad animæ ſuſceptionem, ipſorum tamen membrorum diſtinctio ſecundum Auguſtinum tam parua & tenuis fuit, quòd humano viſui vix poſſet ſubijci: quia in tanto fuit minus corpus illud, quàm alius conceptus cum formatur, quantum augeri poſſet in vtero infra quadraginta ſex dies. Vnde miraculoſum fuit quòd in tam paruo corpore recepta

Nota & hoc miraculum.

pta

pta fuit anima, ſed hoc ideo factum fuit, vt conceptio Chriſti quantum ad tempus manendi in vtero non eſſet noſtrę conceptioni diſſimilis. Præterea ab inſtanti ſuę conceptionis ſciuit omnia etiam ſecundùm quòd homo. Item in fruitione perfecta fuit anima eius: vnde quantùm ad hoc, non ſolùm fuit viator, ſed etiam comprehenſor. Item mundus fuit ab omni peccato, & plenus omni gratia & virtute: Habuit quoque patrem in cælis, & matrem in terris: ſed patrem ſine matre, & matrem ſine patre. Item per incarnationem ipſe dominus factus eſt ſeruus, æternus factus eſt temporalis, immenſus factus eſt paruulus. Summus fit imus, incomprehenſibilis fit localis, ſimplex fit compoſitus. Dicit Auguſtin᷒, Videtur inuiſibilis, palpatur impalpabilis, immortalis occiditur. Item Aug. Quis vnquam exiſtimare poſſet, vt portaretur manibus fęmineis portator orbis, panis Angelorum aleretur, virtus cælorum infirmaretur, vita omnium moreretur? Hic quoque notandum eſt, quòd ſicut in diuinis eſt trinitas perſonarum in vnitate eſſentiæ, ſic in Chr̄o eſt trinitas naturarū ĩ vnitate perſonæ quia ſicut in diuinis per diuerſas ꝑſonas nō diſtinguitur eſſentia, ſic in Chr̄o ꝑ diuerſas naturas non diſtinguitur perſona. Denique Chriſti incarnatio fuit mirabilis ex modo, quia cum tres modi producendi hominē præceſſiſſent, primus videlicet nec de viro, nec de muliere, ſicut in Adam: ſecundus de viro ſine muliere, ſicut in Eua: tertius de viro & muliere, ſicut in omnibus concupiſcibiliter natis: ad complementum decuit

Supra ſēſum hominum oſtenſa ſunt nobis.

A

vni-

vniuerſi quartum modum introduci, vt.ſ. homo de muliere fieret ſine viro per virtutem operatoris. In conceptione ergo Filij Dei ſimul concurrerunt virtus innata, infuſa, & increata. Virtus innata materiam mi-
B niſtrauit: virtus infuſa, purificando ad vnionem verbum adaptauit: (adaptione dico congruenti). Virtus increata ſubito perfecit, quod natura non potuit, niſi ſucceſſiuè.

SCHOLIA.

A Ad communem vniuerſi quartum modum introduci.] Ideſt ad ſalutem dandã homini, qui vniuerſi nomine, vtpote, microcoſmus, & omnis creatura vocatur. Quàm
Cap. 15. verum ſit hoc, patet in Geneſi, vbi ad Abraham loquens Deus de populo fideli, dicit. Quarta generatione reuertentur huc. Huc, ſ. ad Terram promiſſionis, de qua ad litterã, fit ibi ſermo, quæ terra, patriam celeſtem fi-
Nominatio pulcra. gurat. Quarta ergo generatione datur ſpes redeundi ad cœlum fidelibus, vnde peregrinamur ſecundum Apoſtolum: quia per con-
2. Cor. 5. ceptum Beatæ Virginis, hoc modo quarto (vt in textu) expleto datur fiducia totius noſtræ ſalutis.

B Virtus innata materiam miniſtrauit] Cui, ſtante diuina prædeſtinatione, neceſſario libere ex ſe vnitum eſt verbum. Ideo eſt veriſſima Mater Dei, ſicut & aliæ ſunt veræ matres hominum, ex eo quòd materiam diſponendam ad vnionem cum anima rationali miniſtrant. Quemadmodum enim aliæ matres dicuntur veræ matres filiorum ſuorum, non ex eo quod generent animam rationalem. [Hæc namque ex traduce non eſt. 1. q. 118. art. 2.] Sed ex eo, quòd materiam

ſuo modo pro diſpoſitione ſufficienti, ſtante naturali ordine, ad coniunctionem cum anima rationali miniſtrant; Ita Beata Virgo dicitur mater Dei vera, non ex eo, quòd Diuinitatem genuerit (quod eſt nephandū, vel ſomniare, ſed ex eo quòd materiam ſuo modo pro diſpoſitione ſufficienti, ſtante ordine Diuinæ prædeſtinationis, ad coniunctionem hipoſtaticam cum Diuinitate miniſtrauit. Alioquin, ſi ad veram maternitatem requireretur generatio animarum, mulieres noſtræ eſſent matres tantum beſtiarum, & nulla prorſus eſſet mater hominum, quoniam per animam ſenſitiuam, quę generatur [1.q.75.ar.3.q.118.ar. 1.] conſtituitur quis tātum in eſſe beſtiali, & per ſolam intellectiuā quæ non generatur, conſtituitur in eſſe humano, oportet ergo velis, nolis, fateri, ꝙ ad veram maternitatem, nil aliud neceſſario requiritur, quàm miniſtratio materiæ prædicta. Quid inde? Si matres cœteras non beſtiarum, ſed hominum veras eſſe dicis, ſicuti ſe res habet, neceſſario ſequitur, ꝙ tenet, Virginem Matrem non hominis tantum, ſed Dei veram eſſe confiteri ſimili ratione aſtringaris. Hanc interim taceo omnino, neceſſariam conſequētiam, (ſcilicet, eſt vera mater huius hominis, id eſt Chriſti, ergo eſt vera mater Dei) quoniam inſaniam Neſtorianam, duas perſonas in Chriſto ponentem aīos fideles norūt, ac deteſtantur, & fidem Catholicā in Chriſto vnam tantū perſonam, verbi Dei prædicantem. [ſupra huius capitu. 8.] reuerenter auſcultant, & fideliter complectuntur. [3. quæſt. 31. artic. 5. & quæſt. 32. articu. 4. & quæſt. 35. articu. 4.]

Beata Virgo mater Dei veriſſima.

Alia rō ad idē efficaciſſima.

Eccleſia Sancta. Deus qui de Beatæ Mariæ Virginis vtero, &c. verè eam genitricem credimus, &c. Vbi nota: quòd ly verè cadit primo. ſcribitur ly genitricem Dei, & ſcribitur ly credimus. cadit ſecundo, vt ſit ſenſus Eccleſiæ. Nos credimus verè, eam eſſe vere genitricem Dei; & quia realiter eſt verè genitrix Dei, ideo nos ſic credẽdo non fallimur. Ab eo ſiquidem quòd res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa. [Item Conciliũ Conſtantinopolitanum Quintum, capit. 6. ſub anathemate contrarij.

Collecta, ſeu oratio.

De Natiuitate Chriſti.
Cap. XI.

NATIVITAS Chriſti triplex eſt, ſcilicet diuina, humana, gratuita. Prima eſt ex patre: ſecunda ex matre: tertia fit in mente. De patre naſcitur æternaliter, de matre temporaliter, in mente ſpiritualiter. Et iſtę tres natiuitates ſumuntur ſecundum tres naturas, quę ſunt in Chriſto, ſcilicet deitas, caro, & ſpiritus. Nã ex patre naſcitur Deus, ex matre caro, in mente naſcitur ſpiritus, ſcilicet per gratiam. Ex patre naſcitur ſemper, ex matre naſcitur ſemel, in mente naſcitur ſępe. Secundum natiuitatem diuinã Chriſtus habet patrem ſine matre: ſecundũ humanam habet matrem ſine patre: ſecundum gratuitam habet patrem & matrem: ſecundum illud. Qui fecerit voluntatem patris mei, &c. Matth. 12. Has tres Chriſti natiuitates repręſentat eccleſia in die natiuitatis eius. primam, ſcilicet diuinam, in miſ-

ſa

ſa quæ cantatur in nocte. Eſt.n. hęc natiuitas nobis occulta, Iſa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Secundam in miſſa quę cantatur in aurora: quia natiuitas humana partim fuit occulta, partim manifeſta. Occulta quidem quãtum ad modum, quia natus eſt de virgine: ſed manifeſta quantũ ad factum. Tertiam, ſcilicet gratuitam, in miſſa quę cantatur in die, quia natiuitas gratuita eſt manifeſta, in qua Chriſtus per affectum concipitur, per effectum naſcitur, & per amorem perfectum nutritur. Iſa. 26. A timore tuo concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. De diuina itaque generatione habetur in primo lib. ſed nunc de humana proſequendum eſt. Nota itaq; quod ſecundum verba Apoſtoli, ubi ait, Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos, &c. Natiuitas Chriſti fuit gratioſa, glorioſa, copioſa, fructuoſa. Gratioſa, ideſt gratis, non meritis noſtris exhibita. Apparuit enim gratia. Glorioſa, quia Dei Saluatoris noſtri. Copioſa, quia omnibus hominibus. Fructuoſa, quia erudiens nos. Iſte fructus natiuitatis Chriſti duplex eſt, ſcilicet reſpectu temporis præſentis, & futuri. Item reſpectu temporis præſentis duplex eſt fructus: primus eſt declinatio mali, ibi: Vt abnegantes impietatem, quo ad malum quod eſt contra fidem: & ſecularia deſideria, quo ad malum, quod eſt contra bonos mores. Secundus fructus eſt operatio boni, ibi, ſobriè, quo ad nos. iuſtè, quo ad proximum, & piè quo ad Deũ. Item reſpectu futuri temporis duplex eſt fructus. primus eſt ſpei in reſurrectione,

ad Tit. 2. Pulchrè exponit authoritas illa. A

ibi : expectantes beatam ſpem. ſecundus gaudij in glorificatione, ibi: & aduentum gloriæ magni Dei. Apparuit in natiuitate Chriſti benignitas & humanitas Saluatoris de triplici latibulo, ſcilicet de ſinu patris, in quo celabatur: de vmbra legis, in qua figurabatur: de ventre matris, in quo formabatur. Iſte namq; agnus ſoluit ſignacula libri ſignati. Natiuitas Chriſti fuit vtilis, honeſta & iucunda. Quid autem vtilius ſalute hominis? Vocabis, inquit, nomen eius Ieſum, quia ſaluum faciet populũ ſuũ: certe à formidine timoris, ab immanitate languoris, à detentione carceris, à ſubiugatione hoſtis. Quid honeſtius partu Virginis, ubi Virgo eſt quæ generat, Deus eſt qui generatur, ſpiritus ſanctus qui operatur in generatione? Quid iucundius natiuitate Dei & hominis? Gauiſi ſunt, qui præceſſerunt, vt Abraham, qui exultauit, vt videret diem domini. Ioan. 8. Item qui ſequuntur, Gaudete in Domino ſemper. ad Phili. 4. Itẽ qui præſentes erant, vt Angeli decantãtes, & Paſtores videntes: & Ioannes eũ in vtero ſentiens, & Simeon amplexans, ſed maximè Virgo ipſum generans. Luc. 1. Et ex. ſpi. m. in d. ſa. m. Protulit in natiuitate nobis Beata Virgo fructum, qui fuit ſeminatus in conceptione, germinauit in natiuitate, collectus in pannorum inuolutione, ad donũ allatus in purificatione, flagellatus in ſtipite, ventilatus in falſorum teſtium accuſatione, immolatus in paſſione, purgatus in reſurrectione, qui comeditur in quotidiana Euchariſtiæ ſuſceptione, & in cœleſti fruitione. Beata itaque Virgo eſt cœlum

quod

quod Chriſtum rorauit: ipſa nubes, quæ Chriſtum pluit: ipſa terra quæ Saluatorem germinauit. In natiuitate Domini fuit Beata Virgo terra, de cuius limo formatus eſt nouus Adam: terra de qua orta eſt veritas: terra de qua ortus eſt fructus terræ ſublimis: terra bona in qua ſemen cecidit: terra fluens lacte & melle: terra germinans herbam virentem: terra de qua oriebatur fons irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. B. Virgo terra multiplex.

SCHOLIA.

A Non meritis noſtris exhibita.] Hic figurate loquitur auctor (ſicut & Apoſtolus ibi. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos.) minus ſcilicet dicendo, plus ſignificans. Non tantùm enim ſine meritis noſtris venit Chriſtus; ſed etiam contra merita noſtra. Si enim clamauit ſanguis Abel à Cain effuſus, contra Cain; multo magis peccata noſtra omnia clamabant contra nos vindictam. Quid clamabant Deo? Ne venias, ne incarneris, ne appareas pro ſalute hominum; ſed venias contra homines, damnationem, & ſane æternam eis iuſtiſſimè, vt merentur, inferendo. Clamabant ergo duplicem uindictam quotidie imò continue contra nos; vt videlicet non ſaluaremur, & vt æterno ſupplicio torqueremur. Quanta igitur charitate apparuit Chriſtus &c. contempletur quiſque per ſe, de ſe. Hæc omnia patent. Tit, 3. Nos contra nos, quomodo.

De circuncisione domini. Cap. XII.

CIrcuncisionem accepit Chriſtus multiplici ratione. Primò, vt legem quam

dedit alijs, ipſe compleret. Secundò, vt humilitatem oſtēderet, quia ceremonialibus, ad quæ non tenebatur, ſe ſubiecit. ipſe nāq; dominus legis fuit. Tertiò, vt ſanguinem ſuum pro nobis non ſolùm in ętate virili, ſed etiā infantili funderet. Quartò, vt nos circuncidendos fore ſpiritualiter oſtenderet. Quintò, vt hęreticos confunderet, qui dixerunt eū non verum corpus, ſed phantaſticum habuiſſe. Sextò, vt Iudęis ſatisfaceret, qui ſcandalizati fuiſſent ſi circunciſionem non accepiſſet. Septimò, vt legem ueterem approbaret, quę vſque ad ipſum obſeruanda fuit. Legalia enim ſecundū Auguſtinum fuerunt ante paſſionē viua, poſt paſſionem domini mortua: ſed poſtquàm per mundum claruit Euangelium, mortifera.

Hi erant Manichęi.

A

Circunciditur Ieſus nō ſolum circunciſione legali, ſed etiam circūciſione ſpirituali. Vnde poſſumus domini circunciſionem quadruplicē aſſignare. Primò circūcidit eū pater cultello paupertatis in natiuitate. Secundò circunciderūt eū parentes eius octauo die cultello legis. Tertiò circuncidit ſeipſum in omni vita ſua cultello humilitatis. Quartò circunciderunt ei Iudęi in paſſione cultello Crucis, & hoc per milites Pilati. Circunciditur etiam Ieſus in ſuis quadrupliciter. Primò per detractores, qui auferunt amicos, & famā. Secundò per raptores, qui auferunt bona temporalia. Tertiò per hęreticos, qui auferunt animam. Quartò per tyrannos qui auferunt corpus. Circunciſio noſtra ſpiritualis duplex eſt. Prima mētis in pręſenti à culpa. Secunda corporis in futuro à pœna. Prima figurata fuit per circunciſionē,

Circuncidiť quotidie hoc modo.

cuncisionē, quæ facta eſt in Ægypto: & hec triplex eſt, ſ. incipientium, à vitijs, & hoc cultello iuſtitiæ. Item proficientium à ſuperfluis, cultello miſericordiæ. Item perfectorū à neceſſarijs, cultello charitatis perfectæ. Secunda figurata eſt per circuncisionē factam in Galgalis in terra promiſſionis: qa in octaua reſurrectionis per petrā Chriſtum circūcidemur ab omnibus miſerijs. Ex quo patet quòd circuncifio noſtra ſpiritualis efficacior eſt, quàm Iudęorum carnalis & legalis: quia illorum circuncifio licet peccatum originale tulerit, tamen ianuam paradiſi non aperuit: ſed noſtra vtrunque facit. In hac materia duo nobis tanguntur: Primū B eſt Chriſti humilitas in circuncifione, ſecūdum eius ſublimitas in nominis impoſitione. Vocatum eſt, inquit, nomen eius Ieſus. Lucę. 2. Dignitas autem huius nominis multiplex eſt. Eſt enim ab æterno conſecratum, vt dicit ſanctus Bernardus. Ab antiquis præfiguratum, ſ. in Ioſue. A prophetis deſideratum. Iſa. 26. Nomen tuum in deſiderio animæ. A ſanctis patribus prophetatum, Salomonis oraculo. A Deo nominatum. Apoſt. ad Philip. 3. Dedit illi nomen &c. Ab Angelo prænuntiatum, vt dicitur Luc. 1. & 2. A beata Virgine prædicatum. Luc. 1. Sanctum nomē eius. Ab Apoſtolis magnificatum. Act. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. A martyrib. teſtificatum, quia pro nomine iſto paſſi sūt. A confeſſoribus collaudatum. Pſal. 112. Laudate pueri dominum, &c. A ſolis ortu uſq; ad occaſum laudabile nomen domini. A ſanctis virginibus prægustatum. Cantic. 1. Oleum effuſum nomen tuum. Bernard. Ie-

ſus eſt mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Ab omnibus ſanctis exaltatum. Pſal. 33. Magnificate dominum mecum, & exaltate nomen eius in idipſum. Petrus Act. 4. Non eſt aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri, &c. In hoc nomine Ieſu ſunt quinque litterę, quæ poſſunt eſſe initia iſtarum dictionum, Iucunditas mœrentium, ęternitas viuentium, ſanitas languentium, vbertas egentium, ſatietas eſurientium. Et hoc nomen Ieſus Chriſto conuenit tripliciter. Primò ratione naturæ, vt qui ex diuina natura erat ſaluator auctoritate, ex humana natura fieret ſaluator miniſterio, & vendicaret ſibi nomen ſaluatoris. Secundò ratione decentiæ, quia decuit, vt ex re nomen haberet. Vnde quia ſaluat à peccato, à Diabolo, & ab Inferno, meritò nomen habet illi beneficio congruens. Tertiò ratione efficaciç, quia Chriſtus nos ſua paſſione ſaluauit.

SCHOLIA.

A Claruit & vniuerſalium mortifera.] Quidam libri habent ſepulta, ſed idem ſenſus. Quid autem tempore tali ſint mortifera, id eſt peccent mortaliter qui ea ſeruant, non tantum habetur ex Apoſtolo dicente, quòd omnia huiuſmodi ſunt in interitu ipſo vſu; Sed & ab Iſaia de Iudęis tempore poſt Euangelij prædicationem exiſtentibus ſic prophetante. Iſa. 66. Qui immolat bouẽ (Adorabant gentes bouem, non immolabant; ergo ad litteram loquitur de Iudęis,) quaſi qui interficiat virum, qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem (quod erat abhominabile apud Iudęos:) qui offert oblationem,

Seruare antiqua ceremonialia mortiferũ nunc.

tionem, quaſi qui carnem ſuillam (en de Iudęis) offerat; qui recordatur thuris, quaſi q benedicat Idolo. Hæc Iſaiæ verba benè ſemper memoria teneto contra Iudęos, & pro veritate hac.

B Peccatum originale tulerit.] Non tamē in virtute ſua hoc operabatur ſicut circūciſio noſtra, id eſt baptiſmus, virtute ſua facit vtrunque. Neque enim vi legis naturæ, aut ſcriptæ iuſtificari vnquā potuit homo; & ſacramenta legis antiquæ ex opere tantū operantis (id eſt virtute fidei deuotæ habitę in Chriſtum ab operante, ſeu ab exercente ipſa) iuſtificabant [Concilium Tridentinum Seſſ. 6. can. 1. ſub anathemate, & Seſſ. 7. can. 2. 6. 8. Et Florentinum de ſacramentis.] Nec obſtat quòd circuncifio erat ex patribus, nō ex lege, quoniam idem omnino ſequitur, quòd ſcilicet gratis mortuus eſſet Chriſtus (vt Apoſtolus infert:) ſi virtute cuiuſquam creati ante Chriſtum potuiſſet eſſe iuſtitia. Vnde patet, quòd loquitur vniuerſaliter Apoſtolus; licet dicat verbaliter ſolum de lege tanquam alloquens Iudæos, qui de lege gloriabantur. Vide totum decurſum Apoſtoli ad Romanos ad litterā loquentis de circuncifione: Et vide ibi (ni fallor) ab ipſo damnatam eſſe propoſitionem iſtam, quòd, ſcilicet circuncifio virtute ſua tolleret originale peccatū. [Cathechiſmus Pij Quinti de ſacramentis. Vide ſupra huius capitu. 5.] Anno Domini 1578. à Reuerendo Magiſtro ſacri palatij, per ſacram ſynodum Tridentinam Seſſione quarta, ſuper libros corrigendos deputato Romæ expuncta fuit concluſio hæc, circuncifio

De circūciſione.

Friuola obiectio excluditur.

ui ſua

ui ſua conferebat gratiam, è libro qui dicitur flores theologicarũ quæſtionũ in quartum ſententiarum, &c. Ioſeph Angles &c. Vnde liber ille, qui prius extra Romam cũ illa concluſione fuerat impreſſus, tunc non niſi circunciſa concluſione præmiſſa imprimi Romæ permiſſus eſt. Totum vniuerſum hanc differentiam. [Si tamen conferantur ijdem extra Romam typis dati cum his, qui Romæ] Librorum illorum, & videre, & legere, & conſiderare poteſt; proptereaq; ab errore iſto ſibi cauere. [Ibi ponebatur. q. 3. art. vlt. & erat concluſio 3.]

Cenſura Romana, in quendam.

De baptiſmo Chriſti.
Cap. XIII

IN baptiſmo domini notatur ipſius humilitas, & noſtra vtilitas. Ipſius humilitas notatur in quatuor. Primò, quia venit Ieſus, ſcilicet dator ſalutis, & non indigens ſalute. Secundò, quia ad Iordanem, vbi creator elementorum ſubiecit ſe humili elemẽto aquæ. Tertiò, quia ad hominẽ id eſt Ioannem, ſcilicet dominus ad ſeruum, Rex ad ſcutiferum, Sol ad Luciferum. Quartò, quia venit vt baptizaretur ab eo, ſcilicet fons à riuo, plenitudo à ſtilla, auctor baptiſmi à baptiſmi miniſtro. Vtilitas noſtra notatur in quatuor, quæ circa Chriſtum baptizatũ euenerunt. Primò quia Chriſtus confeſtim cum baptizatus fuit, aſcendit de aqua: per quod notatur in nobis gratię infuſio, homo enim per baptiſmum liberatus à culpa, ad virtutes ſtatim aſcendit. Secundò apertum

eſt

eſt cęlum, per quod notatur hominis poſt baptiſmum decedentis euolatio. Tertiò deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: per quod notatur quòd baptiſmus facit hominē ſpiritus ſancti templum. Quartò vox patris facta eſt. Hic eſt filius meus dilectus: in quo notatur quòd per baptiſmum de filio iræ fit filius gratiæ. In baptiſmo Chriſti nominātur ſubſtantialia baptiſmi noſtri, ſ. baptizans, baptizandus, materia, forma, & intētio. Baptizās fuit Ioannes, in quo miniſtri ſanctitas deſignatur. Baptizandus fuit Chriſtus, noſtrum baptiſmum conſecrans: quia tactu ſuæ mundiſſimę carnis, vim regeneratiuam contulit aquis. Materia fuit aqua, magis conueniens & communis cęteris liquoribus ad baptiſmum exiſtens. Forma notatur per teſtimonium Trinitatis. Fuit enim ibi pater in voce, filius in carne, ſpiritus ſanctus in columbæ ſpecie. Intentio conſequitur formam. Voces enim (vt ait philoſophus) ſigna ſunt earum quæ ſunt in anima paſſionum. 1. Perhi hermenias.
Per vocē patris, quæ audita eſt in baptiſmo, Chriſti notātur quinque dignitates, & excellentiæ eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti. Cùm enim dicitur, hic eſt, commendatur Chriſtus à vera eſſentia, quia ſolus Deus habet verum eſſe. Omne enim eſſe à forma eſt; Deus autem forma eſt ſine materia, vt dicit Boetius. Cum dicitur filius, cōmendatur Chriſtus à ſimilitudinis paternæ conuenientia. Ex eo namque dicitur filius, quia vt ille: propter quod filius dicitur imago patris potius etiā quàm ſpiritus ſancti, propter rationē quam habes ſuprà in lib. 1. Cap. 6.

Cùm dicitur, meus, commendatur à ſubſtantiæ indifferentia, dicitur enim, meus, ideſt mihi conſubſtantialis. Cum dicitur, dilectus, commendatur ab amoris beneuolentia. Ioannis 3. Pater diligit filium, & omnia quæ habet dedit in manu eius. Cum dicitur, In quo mihi complacui, commendatur à ſpeciali complacentia. Sed nota, quòd placitum eſt quieta voluntas: vnde complacui, cum ſpiritu ſancto in filio ſecũdum naturam aſſumptam quieui.

SCHOLIA.

A Contulit aquis.] Scilicet omnibus eiuſdem ſpeciei cum aqua illa Iordanis exiſtentibus, Ergo aquis artificialibus non cõtulit hanc virtutem; & conſequenter in eis non poteſt fieri baptiſmus. 3.q.66.ar. 3.

De plenitudine gratiæ Chriſti. Cap. XIIII.

POST hoc conſiderandum eſt verbũ incarnatum, quantum ad plenitudinem charismatum ſpiritualium, quæ ſunt plenitudo gratiæ in affectu: plenitutudo ſapientiæ in intellectu: ac plenitudo meriti in opere & effectu. Circa primum notandum eſt, quod in Chriſto à ſui conceptione fuit plenitudo gratię quantum ad gratiam perſonę ſingularis, & quantum ad gratiam capitis, & quantum ad gratiã vnionis: & hæc triplex gratia eſt eadem in eſſentia, ſed differunt in effectu. Gratia enim perſonæ ſingularis eſt gratia habitualis quã habuit Chriſtus

ſtus completiſſimè & pleniſſimè, excepta ſide & ſpe, quas virtutes non habuit, ſed id quod eis in patria ſuccedit: quia fidei ſuccedit cognitio, ſpei verò ſuccedit comprehenſio rei. Sciendũ autẽ, quòd prædicta gratia perſonæ ſingularis exuberat in Chriſto, ita quòd influit in membra corporis ſui myſtici ſenſum & motum ſpiritualem; ſecundũ fontalem plenitudinem omnis gratiæ in ipſo habitantis; & ob hoc dicitur gratia capitis Chriſto ineſſe. Vnde nota, ꝙ Chriſtus ſecundum vtranque naturam dicitur caput eccleſię; quia non ſolum inquantũ Deus, ſed etiam inquantum homo influit ſenſum & motum ſpiritus & gratiæ in omnes, qui adhærent ei, vel per fidem rectam, vel per fidei ſacramentum. Sed inquantum homo influit eam per motum meriti: meritum autem per quod non ſolum ex congruo, ſed etiam ex condigno influit membris gratiã, hoc habuit ex vnione ad verbum. Ex prædictis collige, ꝙ Chriſtus inquãtum homo dicitur caput Eccleſiæ triplici ratione. Primò propter influentiam gratiæ, ſicut dictũ eſt. Secundò propter conformitatẽ naturę quã habet caput ad membra: quia licet Chriſtus excellat membra ſua quantùm ad naturam diuinitatis, tamen conformis eſt illis in natura humanitatis. Tertiò dicitur caput metaphoricè: quia ſicut corpus Chriſti verum cõſtat ex puriſſimis membris, ita corpus eius myſticum ex puris fidelibus. Præterea ſecundum quòd eadem gratia ſingularis perſonę habilitauit humanã naturã Chriſti ad vnionem verbi, vt videlicet digna eſſet vniri tantæ celſitudini, vocatur A

De plenitudine eius nos oẽs accepimus.

gratia

gratia vnionis, per quam Chriſtus ipſe non tantum fęlicitate glorię, verum etiam adoratione latriæ dignus fuit. Pro quo notandum; ꝙ ſecundùm quòd eſt conſtructio trāſitiua, cùm dicitur gratia vnionis, ſic eſt vna per eſſentiam gratia perſonalis, & gratia vnionis. Sed ſecundū ꝙ eſt cōſtructio intranſitiua, vt ſit ſenſus gratia vnionis id eſt vnio humanæ naturæ ad diuinam, quæ gratis & ſine meritis data eſt humanitati Chriſti: ſic differt gratia vnionis à gratia perſonali, & à gratia capitis: ſicut vnio differt à
Ioan.3. gratia habituali: pp quod dicitur in Ioanne ꝙ ſpiritus ſanctus datus eſt ei non ad mē ſuram, quod dupliciter exponitur. Primò ſic, non ad menſuram, i. totaliter, q a quicquid potuit Deus ei de ſpiritu ſancto dare, dedit ei. Secundò ſic, non ad menſuram, i. ſuper omnem proportionem reſpectu aliorū
Ioan.1. hominum. De hoc quoque, quod dicit Iohannes, Plenum gratiæ & veritatis. nota quòd quintuplex diſtinguitur plenitudo: Prima eſt ſufficientiæ, quæ in quolibet iuſto reperitur. Secunda eſt copiæ, quæ fuit in Apoſtolis. Act. 2. Repleti ſunt omnes &c. & in Stephano, Act. 7. Stephanus plenus gratia, & fortitudine. Tertia eſt vniuerſalitātis, quæ eſt in eccleſia, cui nullum donum deeſt. Quarta eſt excellentiæ, quæ fuit in Beata Virgine, quæ omnes ſanctos excedebat in gratia. Eccl. 24. In me omnis gratia. Luc. 1. c. Aue gratia plena. Quinta ſuperfluētiæ, quæ fuit in Chriſto. Io. 1. Plenum gratiæ & verit. Circa innocentiā Chriſti hoc ſciendum eſt, quòd habuit immunitatem omnis culpæ, & quantū ad actum, & quantum ad
poſſe:

poſſe: quia non peccauit, nec peccare potuit, nec peccatum originale à patre traxit, quia patrem nō habuit carnalem, nec à matre habuit peccatum, quam ſpiritus ſanctus totaliter à fomite liberauit.

SCHOLIA.

A gratia ſingularis perſonæ habilitauit humanā &c.] ſic tamen, vt gratia iſta non præceſſerit vnionem illam, neque ſit medium in aſſumptione humanitatis; quoniā gratia habitualis eſt effectus conſequens vnionem, vt ſplendor ſolem. [3.q 6 articu. 6.] Intelligitur autem iſta habilitas, inquantum gratia habitualis oſtendit: quòd humanitas illa congruè manet vnita Chriſto perſonaliter. Quemadmodum de aliqua iam actualiter ſponſa Regis bene ornata diceremus; quòd talia ornamenta faciunt ipſam eſſe digne ſponſam Regis. [3.q.4 art. 1. & 9. q.7.ar. 13.

Extra Chriſti ad unionē, quomodo.

B Pro quo notandum, quòd ſecundùm quòd eſt conſtructio trāſitiua, &c.] De hoc vide S.Thom. [3. q.8.art.5.per totum.

C Non ad menſuram, id eſt totaliter, qa quicquid potuit Deus ei de Spiritu ſancto dare, dedit ei.] Ita, ſcilicet vt cōdecens erat vnigenito à patre. Vnde S. THOMAS vere (iuxta Vrbanum in bulla confirmationis doctrinæ eius) VNIVERSALIS ECCLESIÆ LVMEN, dictum hoc quaſi exponere volens talia formalia verba [3. quæſt. 7.ar.12.in reſponſione ad ſecūdum ſcribit.] Virtus diuina licet poſſit facere aliquid maius, & melius, quàm ſit habitualis gratia Chriſti; non tamen poſſet facere, q ordinaretur ad aliquod maius, q̄ ſit vnio pſonalis

ad fi-

ad filium vnigenitum à patre. Hæc ille. Ex qua doctrina ſana habes manifeſte, q̀ gratia habitualis Chriſti, eſt & finita, & infinita. Niſi.n.eſſet finita, non poſſet Deus aliquid ea maius facere, itemque niſi eſſet infinita, poſſet Deus facere quòd ordinaretur ad aliquid maius. Erit ergo finita, ſecundū quòd poteſt ea aliquid fieri maius, & erit infinita, ſecundum quòd non poteſt ea fieri maius. Secundum quid ea poteſt fieri maius?

Eccle.21. Secundum quòd eſt ens. (Audiſti verba ſancti Doctoris, bene pondera, quoniam verba ſapientū ſtatera ponderabūtur, & tunc apertè in ipſis ſenſum videbis iam dictū) ſecundum quid nō poteſt ea fieri aliquid maius? Secundum quòd ordinatur ad vnionē perſonalem diuinam. Habet igitur gratia Chriſti, & quod ſit tale ens, i. gratia: & q̀ referatur ad aliud. (Hoc eſt ratione gratiæ Chriſti, non vt gratiæ, ſed vt Chriſti.) Et conſequenter gratia illa, vt ens tale, eſt finita, & eadē gratia, ſecundum propriam rationem gratiæ Chriſti, eſt infinita. Hęc omnia etiam cæcutientibus patent. Verùm vltra prædictum ſensū authoris aliā adhuc in his eiuſdē verbis intentionē inueſtigemus. Nō ad menſuram, inquiebat. i. totaliter. Dictum hoc beatus Ioan. adduxit author (ſi pręmiſſa conſideres) ad oſtendendū, in Chriſto eſſe gratiā capitis, q̄ re eſt idē cū habituali. [3.q.8.ar.1.

Gratia Chriſti habitualis quomodo infinita.

Dicit ergo non ad menſuram &c. ac ſi dicat aperte Gratia habitualis quā dedit ei Deus, extenditur ſine mēſura ad gratificandos alios Deo, alioquin gratiam capitalem haberet menſuram. Ergo gratia Chriſti iuſtificare poteſt infinitos mundos, ſi eſſent.

Alia vera expoſitio.

Cum

Cum igitur gratia ipſa,ſecundum quòd ens tale, ſit quid finitum [vt ſupra habetur,] reſtat,vt infinita dicatur ſecundum aliam conſiderationem. Secundum quam? Secundum rationem iuſtificandi,ſeu gratificandi. Modo iuſtificare cum ſit actus gratiæ iuſtificantis, cadit in definitione eius. quoniam habitus diſtinguuntur,& conſequenter diffiniuntur per actus ſuos . Licet enim actus ſint ordine executionis habitu poſteriores, ordine tamen intentionis ſunt priores habitibus. [1.quæſt.77.artic. 3. ad primum,] & cōſequenter habitus ipſos eſſentialiter, inquantum de eſſentia cuiuſque creati eſt ordinati ad ſuum finem,diffinire ſecundum Philoſophum poſſunt. At demus , interim tacendo, quòd actus non diffiniant illos; nunquid ſaltem aptitudo illorum ad ſuos actus non erit de eſſentia intimiori habituum? Vtique: nec huius oppoſitum vix corde concipi valet. Si itaque gratia in ratione gratificandi, ſiue in ratione poſſibilitatis ad gratificandum eſt infinita, patet, ꝙ gratia in ratione gratiæ eſt infinita. Quòd ſi non, ergo ratio gratiæ iuſtificantis non eſt iuſtificare, quæ procul dubio abſurdiſſima ſunt etiam apud Philoſophos dicentes, ꝙ ratio albedinis eſt albefacere, aut certe poſſe albefacere. Breuibus igitur ex præmiſſis firmiter [quandoquidem , QVI SANCTI THOMÆ DOCTRINAM TENVIT, nunquam INVENTVS EST A VERITATIS TRAMITE DEVIASSE: & qui EVM IMPVGNAVIT, SEMPER FVIT de VERITATE SVSPECTVS. PAPA INNO-

1. de anima. Primus tempus.

Secūdus ſenſus.

Concluſiones de gratia Chriſti.

CENTIVS QVINTVS] propoſitiones has tenendas accipe.

Propoſitio prima: Chriſti gratia habitualis, ſeu capitalis, ſecundum rationem entis, eſt finita. ſecunda: eadem ſecundum rationem gratię Chriſti, eſt infinita. tertia: eadem ſecundum rationem gratiæ [. Modo ratio gratiæ ſumatur, propriè, poſtremo ſaltem ſenſuum illorum, quos ſupra attulimus.] eſt infinita. quarta [Hæc in ſententia eſt idem cum illa tertia, & econuerſo.] Chriſtus per gratiam habitualem, ſeu capitalem ſuam poteſt, quantum eſt de ſe, gratificare Deo homines infinitos. [3. quæſt. 7. art. 10. & 11. & 12.] item opuſculo 60. cap. 3. & opuſculo 3. cap. 33. de fide quantum ad humanitatem Chriſti, & ſupra Iohannis tertium cap. ibi:] Non ad menſuram. Albertus Magnus ibi, ſcribitur Iohannem. Dioniſius Cartuſianus, Hugo Cardinalis Auguſtinum cum Chriſoſtomo, ibi adducens. [Magiſter ſententiarum in 3. diſt. 13. textu ſecundo, maxime. Vide ibi & ſuper Iohãnem, & ſuper Magiſtrum, ſanctos expoſitores. Medina ſuper tertiam partem, 8. q. 7. art. 12. Dubio primo, ibi, Dico eſſe certum ſecundum fidem &c. Et Dubio 1. q. 3. concluſione 4.

Quaſi vnigeniti à Patre plenum grã &c. Ioh. 1. Gratificauit nos ĩ dilecto filio ſuo. Ephe. 1. Eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & totius Mundi. 1. Ioh. 2.

De plenitudine ſapientiæ Chriſti. Cap. XV.

SICVT in Chriſto fuit omnis plenitudo gratię, ita & omnis plenitudo ſapientiæ, non ſolum quãtum ad cognitionem, verum etiam quantum ad modos & differentias cognoſcendi, qui ſunt quinque. Pri-

mus

mus eſt cognitio ſempiternalis ex parte diuinitatis, & hoc modo ſimul cognoſcit omnia finita, ſ. & infinita, quia apud Deum omnis infinitas eſt finita. Deus enim videt multa vno, ſcilicet ſeipſo: vnde non differt ibi quod videt & quo videt ſiuè per quod videt: quia videt ſe per ſe, & in ſe videt omnia: non ſolum quæ fecit, ſed etiam quæ facere poteſt, quæ ſunt infinita. Secundus modus eſt cognitio ſenſualitatis ex parte carnis, & iſte modus eſt cognitio per experientiam, qua Chriſtus non ſenſit omnia ſimul: quia ſenſus non eſt perceptiuus rerum niſi ad præſentiam obiecti. Tertius modus eſt ſpiritualis ex parte mentis: & iſte triplex fuit, ſ. per naturam, per gratiam, & per gloriam. Per naturam eſt igitur tertius modus cognoſcẽdi, quo Chriſtus cognouit omnia, quæ ſpectant ad vniuerſi conſtitutionem, ſed longe excellentius quàm Adam, etiam exiſtẽs in natura inſtituta. Quartus modus eſt per gratiam, hoc modo: Chriſtus cognouit omnia quæ ſpectant ad humani generis redemptionem, longè tamen excellentius quàm aliquis prophetarum, vel etiam Angelorum. Non ſolum enim habuit Chriſtus ſcientiam per habitum innatum vt Adam, & Angeli, ſed etiam per habitum infuſum, velut ſancti per gratiam illuminati. Cognitionem non habuit per habitum acquiſitum, qui propter inperfectionem in ipſo non fuit. Quintus modus eſt per gloriam, hoc modo cognouit omnia Chriſtus: finita quidem cognitione actuali, infinita verò non niſi cognitione habituali, vel exceſſiua. Anima enim Chriſti per A B

gloriam comprehenſionis capiebat quæcũque capere poteſt natura finita vnita infinito. Sciendum ergo, quòd res dupliciter habent cognoſci in arte, ſcilicet vel ab ipſo artifice, vel ab alio artem contemplante. vtroque modo cognouit Chriſtus res. Primo modo per naturam diuinitatis; ſecundo modo per gloriam comprehenſionis. Patent igitur ex præmiſſis quinque differentiæ cognitionis, quæ erant in Chriſto. Per primum enim modum habuit cognitionem vt Deus, per ſecundum vt homo, per tertium vt viator, per quartum vt illuminatus, per quintum vt comprehenſor. Chriſtus ſecundum vtranque naturam dicitur lux, quia ſecundum diuinitatem illuminat intus animam, & ſecundum humanitatem informat exterius vitã: & hoc tripliciter, ſcilicet miraculis, prædicationibus, & exemplis. Primum eſt potentiæ, ſecundum ſapientiæ, tertium bonitatis. Nota præterea quòd ſcientia Chriſti hominis lympidiſſima eſt inter ſcientias creatas, quia nihil habet admixtum de ſuo contrario, vel actu, vel potentia, præſertim cùm non poſſit aliquid ignorare propter ſui vnionem ad verbum, tamen quia anima Chriſti creatura eſt, non eſt ſcientia eius ita lympida ſicut Dei, quamuis ſciat omnia quę ſcit Deus.

C Quod dicitur, Ieſus proficiebat ſapiẽtia & ætate coram Deo & hominibus: non eſt intelligendũ quòd in ſe profecerit, quia ab inſtanti conceptionis ſapientia plenus fuit: ſed in aliis, qui doctrina ſua & exemplo profecerunt, & hoc coram Deo, id eſt ad gloriam Dei: & hominibus, id eſt, ad vtilitatem hominũ. Proficiebat tamen Ieſus etiam

in ſe cognitione experimentali & ſenſuali, quia ſecundum Apoſt. didicit ex his quæ paſſus eſt, obedientiam.

SCHOLIA.

A Cognitio ſenſualitatis ex parte carnis.] Scilicet originaliter. Originatur namque omnis cognitio acquiſita ſeu eſperimētalis (de qua hic loquitur auctor) a ſenſu corporeo. Nō autem dicitur ly ex parte carnis: quaſi quòd ſcientia acquiſita non fuerit vere in anima Chriſti. [3.q.9.ar.4.]

B Non habuit per habitum acquiſitum.] Scilicet per diſciplinam. licet enim Chriſtus acquiſierit ſcientiam, & conſequenter habuerit habitum acquiſitum, a ſenſibilibus obiectis per propriam inuentionem; non tamen didicit vnquam, neque ab homine, neque ab Angelis. [3.q.12.ar.3. & 4. Quomodo acquiſita dicatur.

C Quæ ſcit Deus.] Scientia, ſcilicet viſionis, non ſcientia ſimplicis intelligentiæ. Cum igitur ſcientia viſionis Dei. [1.q.14.ar. 12.] non tantum ſimplicis intelligentiæ, ſit infinita; eo ꝙ cognoſcit obiecta actu quandoque infinita (puta intellectiones, cogitationes, volitiones varias animarum in infinitum durantium.) patet euidentiſſimè, ꝙ ſcientia maxima Chriſti, in ratione ſcientiæ, eſt infinita, licet in ratione entis, (quo tñ ēt modo ſciētia illa Dei eſt infinita) ſit finita. Taceo: ꝙ animæ Chriſti ſcientia ideo etiam eſt infinita; quia ei non eſt denegandum id, quod nulli beato denegatur. Audi. Nulli intellectui beato deeſt, quin in verbo cognoſcat omnia, quæ ad ipſum ſpectant; ad Chriſtum autem pro eius dignitate ſpe-

Sciebat quid eſſet in homine. Iohan. 3. Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere diuinitatē & ſcīam (i. oīum cognitionem) glorioſa.

Apoc.5. Chriſti ſcientia, in ratione ſcīæ, eſt infinita. Requieſcet ſuper eum ſpiritus timoris Dñi &c. ſpiritus conſilij. Eſa.11.

ſtant quodammodo omnia, inquātum omnia ei ſubiecta ſunt, & etiam inquantum eſt omnium iudex, vt homo (Ioh.5. Quia filius hominis eſt.) Quid inde? Ergo anima Chriſti in verbo cognoſcit omnia illa quæ diximus; & conſequenter dicere, ſcientiam eius, modo expoſito, non eſſe infinitam, eſt derogare dignitati eius. Quidni per iſtam cognitionem beatam cognoſceret Chriſtus infinita; qui & per cognitionem infuſam cognoſcit omnia ſingularia, præterita, præſentia, & futura; licet hæc non infinita? Habet enim Chriſtus ab inſtanti conceptionis ſuæ plenitudinem prudentiæ ſecundum donum conſilij; vnde cum ad prudentiam requiratur [ſecundum Tullium in ſua Rethorica] memoria preteritorum, cognitio præſentiū, & prouidentia futurorum, conſequens eſt: quod ad perfectionem eius ſecundum cognitionem practicam, quæ non perficitur abſque cognitione ſingularium (Nam in his eſt operatio, vt dicit Philoſophus 6. Ethicorum) pertineat cognoſcere omnia ſingularia pro quacunque differentia temporis actu exiſtentia. Alioquin quomodo haberet plenitudinem prudentię ſecundum donum conſilij? Cum itaque ad tot obiecta ſe extendat animæ Chriſti ſciētia infuſa; & eius ſcientia beata (vt patet) ſit iſta multo maior, conſectarium erit ex hac probatione tertia Chriſti ſciētiam in verbo ponere modo expoſito infinitam. [3.q.10.ar.2. & 3.q.11.ar.1. opuſculo 60.ca.3. opuſculo 3 cap.34.] de fide quantum ad humanitatem Chriſti. [ſcribitur Iohan. cap. primum ibi.] Plenum gratiæ, & veritatis] Magiſter ſent.lib.3.dict.12. Vi-

de ibi, & ſcribitur Iohan. & ſcribitur Magiſtrum ſanctos expoſitores. Vide ſupra 1. lib. c. 29. in textu, & ſcholiis, & ſupra huius lib. c. 14 Nam vtrumque, ſcilicet gratia, & ſcientia Chriſti, currit ſimiliter.

De merito Chriſti. *Cap. XVI.*

SIMVL fuit Chriſtus viator & comprehenſor ab inſtanti conceptionis ſuæ. Ex tunc enim cępit mereri & frui. Meruit autem inquantum viator, non inquantum comprehenſor. Perfectio autem & plenitudo meriti Chriſti notatur in iſtis. Primo quantum ad eum, qui merebatur, quia non tantùm erat homo, ſed etiam Deus. Secundò quantum ad tempus, quo merebatur, quia ab inſtanti conceptionis ſuæ vſque ad horam mortis. Tertiò quantum ad id per quod merebatur, quia per habitum perfectiſſimæ charitatis, & per exercitium perfectiſſimæ virtutis. Quartò quantum ad eum cui merebatur, quia non tantùm ſibi, ſed etiam nobis. Omnibus. n. operibus quę procedebant ex libero arbitrio, meruit ſibi vitam æternam iam habitam & nobis habendam. Quintò quantum ad id, quod merebatur nobis, quia veniam, gratiam, & gloriã; ſtolam quoq; carnis, & apertionem ianuæ cęleſtis. Ante incarnationem Chriſti Diabolus habuit manũ attrahentem, & manum impellentem. Attrahentem dico potenter in culpã: impellentem autem ſine obſtaculo ad limbum in pęnam. Sed Chriſtus primã manum ſuo merito debilitauit, ſecundam verò penitus amputauit. Igitur in merito Chriſti radicata ſunt omnia merita noſtra, A

Vide quã tũ debeas Christo.

ſiue ſatisfactoria pœnę, ſiue meritoria vitæ æternę: quia nec ab offenſa creatoris digni ſumus abſolui, nec immenſitatem pręmij, quod Deus eſt, digni ſumus aſſequi, niſi per meritum hominis Dei. Sextò quantum ad id quod merebatur ſibi, quia licet non mereretur glorificationem mentis, quam iam habebat, meruit tamẽ ſibi per humilitatem paſſionis accelerationem reſurrectionis, glorificationem ſui nominis, & dignitatem iudiciarię poteſtatis, ſicut ait Apoſt. ad Phil. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obe. vſque ad mor. & ſequitur, Propter quod & Deus exal. il. quo ad primũ, & dedit illi nomen, &c. quo ad ſecundũ, vt in nomine Ieſu omn. g. f. quo ad tertium. Septimò quantum ad modum quo merebatur. Dicitur enim mereri quis tripliciter, ſcilicet de indebito faciendo debitum: vel de debito magis debitum: vel debito vno modo, faciendo debitũ alio modo. Primo vel ſecundo modo meruit nobis, & non ſibi: quia non poterat facere ſibi de indebito debitum, vel de debito magis debitum: cum a principio fuerit ſanctiſſimus, nec in ſanctitate proficere potuerit. Tertiò verò modo meruit ſibi, quia bonum gloriæ, quod ſibi fuit debitum per gratiam vnionis, fecit ſibi debitum alio modo, ſcilicet per virtutem bonæ operationis: meruit enim ſibi vitam æternam iam habitam, ſicut nobis habendam.

SCHOLIA.

A Sed etiam Deus.] Non quia, vt Deus mereretur, ſed quia vt Deus dabat virtutem ope-

operationibus ſuis humanis, vt infinitæ me rerentur. Actiones.n.& paſſiones Chriſti humanæ, erant actiones, & paſſiones perſonæ, quæ erat verus Deus.[3.q.19.ar.2.& 3. Vide ſup.huius c.9.

Chriſtus merebatur.

De voluntate Chriſti. Cap. XVII.

A

VOLVNTAS in Chriſto duplex fuit, ſcilicet creata, & increata. De volũtate increata ſupra lib. 1. dictum eſt, ſed creata voluntas eius duplex fuit, ſcilicet rationis, & ſenſualitatis. Adhuc volũtas rationis duplex eſt, ſcilicet rationis vt ratio eſt: & rationis vt natura eſt. Voluntate rationis vt ratio eſt, conformauit ſe in omnib. voluntati increatę, ſed volũtate rationis vt natura eſt, & voluntate ſenſualitatis voluit aliquid proprium, quod voluit voluntate rationis vt ratio eſt, ſcilicet non mori: & in hoc iſtæ voluntates non fuerunt ſibi contrariæ, licet volita contraria fuerint: quoniam ſecundũ voluntatem diuinam Chriſtus quod iuſtum erat voluit, voluntate rationis ei conſenſit: ſecundum verò voluntatem carnis pœnam recuſauit. & ſic vnaquæque voluntas quod ſuum erat tenuit.ſ. voluntas diuina iuſtitiã, voluntas rationis obedientiam, voluntas carnis naturam, id eſt, pœnę recuſationem. Vnde patet, quòd aliquid velle eſt illicitum rationi quod non eſt illicitum ſenſualitati, ſicut fuit in Chriſto velle non mori. Quamuis autem, voluntas non moriendi fuerit cauſaliter à ſenſualitate, fuit tamen occaſionaliter a ratione: quia Chriſtus ſicut voluit fecit aliquid horribile venire in imaginatio

nem

nem, & æſtimationem, quo facto naturaliter mortem refugit. hoc autem voluit propter noſtram inſtructionem: & ſic ratio pro ſenſualitate aduocauit dicens: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte, & hæc petitio fuit tã ſenſualitatis quàm rationis: ſed ſenſualitatis tanquam affectantis, rationis autem tanquam proponentis: & hoc Chriſtus fieri voluit ad triplicem inſtructionem noſtram. Prima eſt vt ſciamus non eſſe peccatum aliquid velle ex ſenſualitate quod eſt contrarium diuinæ voluntati. Secunda eſt vt martyres Chriſti non deſperent ſi mortem horreant, cum illam etiam filius Dei horruerit. Tertia eſt, vt diſcamus diſcretè petere, ſcilicet ſupponendo voluntatem noſtram voluntati diuinæ: & hoc notatur in conditione appoſita, ſi fieri poteſt, & ibi. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.

SCHOLIA.

A Voluntas in Chriſto fuit duplex &c.] Quoniam habuit veraciter animam rationalem. [3. q. 5. art. 4.] Ideo eadem ratione duplex ĩ Chrõ ĩtellectus, duplex memoria, duplex liberum arbitrium. [3. q. 18. duplex operatio, ibi. q. 19. art. 1.] Non tamen aliqua in Chriſto fuit contrarietas voluntatum. [q. 18 artic. 6.] Concilium Conſtantinopolit. Sextum, per totum: maxime actione quarta, vbi epiſtola Agathonis Papæ recitatur, & octaua vbi a tota ſynodo recipitur, & decimatertia, vbi Hæretici contrarium tenentes nominatim excommunicantur.

Qua dupla ſint ĩ Chriſto; non autem contraria.

De defectibus quos Chirſtus aſſumpſit. Cap. XVIII.

NON ſolùm Chriſtus aſſumpſit humanam naturam, ſed etiam defectus circa naturam: quos videlicet ipſum decuit aſſumere: vnde cum pœnæ ſint exercitatiuæ virtutis perfectę, & teſtificatiuæ humanæ naturæ, non ſimulatè aſſumpſit pœnalitates tam corporales quàm ſpirituales, quæ reſpiciunt noſtram naturam in communi, ſicut famem & ſitim in abſentia alimenti, triſtitiam & dolorem in pręſentia nocumenti, & huiuſmodi, vt eſt calor, frigus, laſſitudo, &c. Nec omnes defectus corporales aſſumpſit, ſicut ſunt defectus ægritudinum multiformium: nec omnes defectus ſpirituales, ſicut ſunt peccatum, ignorantia, rebellio carnis ad ſpiritum. Præterea quia nullus innocens debet inuitus pęnam ſuſtinere, cum hoc eſſet contra ordinem diuinæ iuſtitiæ: Chriſtus ſic pœnalitates ſuſcepit, vt tamen pati non poſſet inuitè, quia paſſio ſua nec fuit contra ordinem diuinæ voluntatis, nec contra ordinem rationis, licet fuerit contra voluntatem ſenſualitatis & carnis. Dicimus etiam quòd Chriſtus verè timuit, & verè doluit, & verè triſtis fuit, prout iſta notant propaſſionem non ſecundum quòd ſignificant paſſionem. Differt autem propaſſio à paſſione, quia tunc affectio dicitur propaſſio, quando anima ſic afficitur, quòd oculum mentis nequaquam turbat: paſſio verò dicitur quando ita fortis A

eſt, quod oculum mentis turbat, & facit vel a rectitudine, vel a Dei contemplatione deuiare, & tunc ratio lęditur & patitur. vnde differunt iſta duo, ſicut diſpoſitio & habitus.

SCHOLIA.

A Quos videlicet ipſum decuit aſſumere.] Hi ſunt, qui conſequuntur ex communi peccato totius naturæ; non repugnantes tamen perfectioni ſcientię & gratię Chriſti. Quicquid ergo Chriſtus aſſumpſit, propter noſtram ſalutem aſſumpſit, quicquid non aſſumpſit, propter noſtram ſalutem non aſ-
Aureum. ſumpſit. [3.qō. 14.art.4.] Quidquid ergo & tu facis, quicquid facere omittis, hoc vel fac, vel omitte, propter amorem erga Chriſtum tuum.

De Paſſione Chriſti. Cap. XIX.

CIRCA paſſionem domini commendamus in opere patiētiam inſuperabilem, in modo humilitatem admirabilem, in cauſa charitatem inęſtimabilem. Circa opus nota quod Chriſtus ſuſtinuit in tactu clauorū aſperitatem. In auditu opprobriorum confutationem. In guſtu aceti & fellis amaritudinem. In olfatu, mortuorum cadauerum,
A & loci fetidi [caluariæ. ſ.] cōtrave odorem. In oculis lachrimarum effuſionem. In corde timorem. De modo patiendi hoc tenendum
Cor meū, eſt, quòd Chriſtus paſſus eſt paſſione genera
tanquam li, quia ſecundum omnia membra corporis.
lique- Iſa. 53. Vidimus eum non habentem ſpeciē
ſcens, in neque decorem. Item paſſione acerba. Thre-
no. 1.

no.1. O vos omnes qui tranſitis per viam. medio vē
Fuit Chriſti paſſio maxima, tum ratione in- tris mei
tenſionis, propter optimam diſpoſitionem &c.
ipſius patientis, tum propter innocentiam
eius, tum propter honoris eius excellentiā.
Honorabilis enim ſi confunditur, plus lęditur, & præcipuè inter ſuos. Item grauis fuit eius paſſio propter ipſius virtuoſitatem, quia homo vilis de morte ſua dolere non debet, cum turpitudo ſua tūc finem capiat. econtra de virtuoſo. Item propter ignominioſam paſſionem. Iſa. 53. Vidimus eum deſpectum &c. Hæc autem ignominia attenditur in patibulo crucis, quæ fuit ſupplicium peſſimorum: & in conſortio iniquorum, ſcilicet latronum, cum quibus erat deputatus. Curat autem Chriſtus paſſione generali infectionem vniuerſalem, paſſione acerba libidinem, paſſione ignominioſa ſuperbiæ præſumptionem. In cauſa paſſionis attēditur charitas maxima, qua nos liberauit ab inferno, veniam dando, qua nos liberauit a peccato, gratiam largiendo, qua cœlum aperuit gloriam conferendo. Hæc tria notantur in titulo crucis. Nam propter primum dicitur Ieſus, propter ſecūdum dicitur Nazarenus: propter tertium, Rex Iudæorum. Chriſtus ſex vicibus ſanguinem ſuum fudit, quinquies viuus, & ſemel mortuus, ſcilicet in circunciſione, in oratione, in coronatione, in flagellatione, in crucifixione, in lanceatione. Per primum docemur peccata abiicere, per ſecundum mentis anguſtiam pro ſalute noſtra tenere, per tertiū animam noſtrā virtutibus ornare, per quartum carnem noſtram domare, per quintum

Nota tu qui fugis inhonorari: quam verum ſit hoc.

Titulus.

membra noſtra mandatis Dei ligare, per ſextum vulneratum cor Dei amore habere. Poſtremò, quia iſtæ paſſiones non attingebant in Chriſto diuinā naturam, ſed humanam; ideo in morte Chriſti facta eſt diuiſio animę ſic a carne, vt tamen ſalua eſſet vnio tā carnis quàm animæ cum diuinitate. Hoc etiam ſciendum eſt, quòd Chriſtus ſi paſſus non fuiſſet, tamen ſenio defeciſſet, quantum pertinebat ad conditionem humanæ naturæ in ſe conſideratæ ſine vnione: ſed in poteſtate naturæ vnitæ fuit vel ſic deficere, vel non deficere.

Quia in Chriſti morte non fuit diuiſa diuinitas p ſonaliter nec a carne, nec ab anima.

SCHOLIA.

A In oculis lachrimarum effuſionem.] Tum propter dolores maximos, tum (& prę ſertim) propter viſam matrem ſic afflictam, quam ſuper omnes creaturas teneriimè amabat. [3.q.46.ar. 5. & 6.

Dolor.

De effectu paſſionis Chriſti.

Cap. XX.

EFFECTVS paſſionis Chriſti multiplex eſt, ſicut patet in his verſibus:

Paſſio debilitat, ſpoliat, īformat, honorat,
Excitat, inflammat, reparat, pacem dat, & armat.
Sanat, viuificat, ducit, decorat, obumbrat.
A culpa reuocat, reſerat, illuminat, ornat.

Primò, paſſio Chriſti debilitat virtutem dęmonum. Iob quadrageſimo. Quaſi in hamo capiet Leuiatham. Spoliat Infernum. Iſa. 8. Voca nomen eius, ſpolia detrahe. Informat per exemplum. 1. Petri. 4. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis re. exēplum.

plum. vnde Chriſtus eſt quaſi liber poſitus in pulpito crucis, vt diſcamus obedientiam, patientiam, humilitatem, charitatem &c. Lege librum. Diſce autem ſpecialiter quomodo ſe hăbuit in capitulo quod tenebatur, vnde Bern. Stetit Ieſus coram præſide inclinato capite, vultu placido, ſermone raro, voce ſubmiſſa, deflexis in terram aſpectibus, paratus ad opprobria, & ad verbera promptus. Honorat imitatores ſuos. Heſter. 6. Sic honorabitur quem Rex voluerit honorare. Excitat ad pugnam ſpiritualem. Machab. 6. Oſtenderunt elephantibus ſanguinem. Inflammat ad diligendum. Bern. Super omnia te mihi reddit amabilem bone Ieſu, calix quem bibiſti, opus redemptionis noſtræ. Reparat naturam Angelicam. Ipſe enim Chriſtus eſt lapis angularis, qui fecit vtraque vnum. Pacem dat inter Deum & hominem, & inter Angelum & hominem, & inter hominem & hominem. Ecc. 44 In tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Armat contra mundum, carnem, & Diabolum: vnde ſignificatur per clypeum quem leuauit Ioſue 8. contra Hay. Sanat mentis vulnera. Num. 21. Aſpicientes in ſerpentem æneum ſanabantur. Viuificat ſpiritualiter. Apoc. ad Ephe. 2. Cum eſſemus mortui peccatis, conui. &c. Augu. Mortuus eſt vnicus, ne maneret vnicus. Ducit per mare huius mundi. Exo. 4. de virga Moyſis. Dulcorat. Exod. 15. de ligno miſſo in aquas Marath. Obumbrat. Cant. 2. Sub vmbra illius quem deſi. ſedi. A culpa reuocat. Iſa. 53. Attritus eſt pp ſcelera noſtra. Reſerat cęlum. Iſa. 22. Dabis clauē Dauid. i. crucē ſuper humerum eius. Illuminat, vnde

crux

Candelabrum, vt ſuper illud ponas lucernam accenſam ad lucendum omnib', qui in domo ſunt.

crux eſt quaſi candelabrum tabernaculi. Itē Thobias illuminatus eſt per fel piſcis. Ornat, vnde dixit beata Agnes. Et ſanguis eius ornauit genas meas. Chriſtus paſſione ſua vicit diabolum quem ligauit: Infernum, quem ſpoliauit: mortem, quam ſuperauit: mundum, quem contempſit: ſupplicium, quod pertulit: cœlum quod aperuit. Paſſio Chriſti tollit ſeptē vitia capitalia. Tollit.n. ſuperbiam capitis inclinatio, per quam videbatur titulum crucis fugere, in quo ſcriptum erat, Rex Iudæorum. Inuidiam, brachiorum extēſio, quaſi ad amplexum inuitans. Auaritiam, multorum erogatio, quæ in paſſione tradidit. Bern. Diſce Chriſtiane quantum debeas diligere Chriſtum, qui dedit nobis carnem ſuam in cibum, ſanguinē ſuum in potum, animam in pretium, aquā lateris in lauacrum, veſtem crucifixoribus, corpus diſcipulis, matrem Ioāni. Accediam, feſtinatio ad paſſionem. Iram, mollis reſponſio. Gulam, fellis, & aceti potatio. Luxuriā, lateris vulneratio. In redemptione noſtra fuit gratia mirabilis. Primò ex parte motiui, quia charitas Dei vidit quòd nec per amicos, nec per prætium poteramus nos redimere, propterea fratrem noſtrum ſe fecit, noſtram naturam aſſumendo & pretium dedit, ſanguinem ſuum pro nobis fundendo, vnde Pſal. 25. Redime me domine, & miſerere mei, quia vnicus, id eſt non habens amicos, & pauper, id eſt non habens pretium, ſum ego. Secundo ex parte redimentis, qui cùm liberare nos poſſet ex potentia, fecit hoc potius ex miſericordia, vt ad amorem ſuum nos adſtringeret, & Iuſtitiæ ſuæ ſatiſface-

faceret. Tertiò ex parte redēpti, qui opprimebatur criminum ſeruitute, & detinebatur in carcere. Sed cōtra primum, magnum erat quod filius ſeruus fieret, & ſeruus fieret liber. Contra ſecundum magnum fuit ꝙ Dominus ad carcerem ſerui deſcenderet, vt ſeruus exiens cęlum aſcenderet. Quarto ex parte iuſtitię, quia nulla iuſtitia dictabat vt innocens puniretur pro reo. Quintò ex parte excellentię diuinę, quia mirum erat ꝙ impreciabile ponebatur ſub pretio vilis creaturæ. Sexto ex parte pretij dati. Si enim redemiſſet nos ſolum, adhuc ad gratias teneremur: nunc autem redemit nos anima, corpore, & vita, vt nihil horum ſibi ſubtraheremus. Circa paſſionem Domini nota ſeptem ſuauitates, ſcilicet capitis inclinationem ad oſculum, in ſignum noſtræ reconciliationis. Brachiorum extenſionem ad amplexum, in ſignum receptionis in gratiam de peccato redeuntis. Lateris apertionem propter effuſionem pretij noſtræ redemptionis, & ablutionis. Exiuit enim ſanguis, & aqua. Clauorum in manibus & pedibus infixionem, propter memoriam noſtræ recordationis. Iſa. 49. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum? Corporis denudationem, in exemplum noſtræ confeſſionis, quæ ſcilicet, debet eſſe nuda. Crucis portationem, in exemplum noſtræ imitationis. Coronæ ſpinæ impoſitionem, in figuram noſtræ glorificationis. De effectu paſſionis Domini, ait Auguſt. per redemptoris noſtri mortem de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium, A

de terris ad cœleſte regnum vocati ſumus. Itē dicit Aug. quòd Chriſtus fuit ſacerdos, per quem reconciliati ſumus. Chriſtus fuit mediator populi Iudaici & gentilis, & ſecundum hoc dicitur lapis angularis. Item hominum & Angelorum, & ſecundum hoc dicitur pacificus. Item Dei & hominum, & ſecundum hoc dicitur redemptor. Bernardus. Quid vltra debuit facere, & non fecit? Abſoluit vinctum, illuminauit cæcum, reduxit erroneum, reconciliauit reum. Item Aug. Ecce pro impio pietas flagellatur, pro ſtulto ſapientia illuditur, pro mendace veritas negatur, pro iniquo damnatur iuſtitia, pro crudeli miſericordia affligitur, pro miſero ſinceritas repletur aceto, dulcedo felle imbuitur, pro mortuo vita moritur.

Percuſſo capite ſanantur membra.

Chriſtus pro noſtra infirmitate medicinas accepit in ſe. Curauit enim nos per diętam, quando ieiunauit quadraginta diebus, & cætera. Per ſudorem, quando factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis. Per minutionem, quando fuit clauis & lancea vulneratus. Per potionem, quando guſtauit acetum cum felle mixtum. Per emplaſtrum, quando eius facies fui ſpuris illita. Per electuarium, quādo corpus, & ſanguinem dedit in cœna diſcipulis.

SCHOLIA.

A Nulla iuſtitia dictabat vt &c.] puniretur. ſ. inuite, vide ſup. huius c. 18. in tex.

De cruce Domini. Cap. XXI.

IN cruce Chriſti notātur hæc. Supplicium, quo nullum maius. Tren. 1. O vos omnes qui

qui tranſitis per viam, &c. Nullum maius dico ex eo quod paſſus eſt ipſe iuſtus pro iniuſtis, ab iniuſtis, cum iniuſtis, ex iniuſtis cauſis, ſub iniuſtis iudicibus, & iniuſtis pœnis. Opprobrium, quo nullum vilius. Sap. 3. Morte turpiſſima cōdemnemus eum. Premium, quo nullū conuenientius, quia ſicut per lignum venit culpa, ſic & per lignum redemptio. Myſterium, quo nullum profundius. Epheſ. 3. Vt poſſitis compræhendere cum omnibus ſanctis, &c. quod expoſuit Auguſtinus de cruce. Exemplum, quo nullum perfectius. 1. Petr. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis &c. Crux multis rebus comparatur. Ipſa enim eſt clauis cœli. Vectis arcæ, Nauis maris, Arbor Danielis, Palma fructuum, Ferculum Salamonis, Baculus Iacob, quo tranſiuit Iordanem, Speculum imitationis, Scala aſcenſionis, Hamus, quo Leuiatham capitur, Torcular, quo Chriſti ſanguis exprimitur, Cithara, qua dæmō Saulis compeſcitur, Palus, in quo ſerpēs æneus ſuſpenditur, Thau, quo frontes fideliū ſignantur, Candelabrū, quo tabernaculum illuminatur, Lignū aquas Marath dulcorans, Virga Moyſi per mare rubrum populum Dei ducens, Gladius impium Goliam decapitans, Vexillum ad pugnam ſpiritualem colligens, Cathedra diſcipulos Chriſti erudiēs, Equus Dei amicos honorans, Clypeus Ioſue Hay impugnans, Liber myſteria profunda continens, Altare acceptiſſimam oblationem recipiens. Septem verba Chriſtus in cruce protulit. Primum, Pater ignoſce illis. Secundū, Hodie meū eris in paradiſo. Tertium, Mulier ecce filius tuus. Quartū, Sitio.

A

Figura.

Verba.

Quintum, Eli, Eli, Lamazabatani. Sextum, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Septimum, Conſummatum eſt. Per primum docemur iniurias dimittere. Per ſecundum petentes exaudire. Per tertium parentes honorare. Per quartum ſalutem noſtram deſiderare. Per quintum ad Deum in neceſſitatibus clamare. Per ſextum auxiliũ noſtrum in Deo ponere. Per ſeptimum vitam noſtram fine debito conſumare. Quatuor brachia crucis ſignificant quatuor virtutes, quibus extendi debet homo noſter interior. Signat enim pars ſuperior charitatem, inferior humilitatem, A dextris obedientiam, A ſiniſtris patientiam. Item in quatuor brachiis crucis notãtur beneficia crucis. Signat enim pars ſuperior ianuæ cęleſtis apertionem, inferior inferni deſtructionem, A dextris gratiæ collationem, A ſiniſtris peccatorũ remiſſionem. Quatuor ligna fuerunt in cruce, ſicut dicit magiſter in hiſto. Pes nanque crucis fuit de cedro, Stipes de cypreſſo, Tranſuerſale de palma. Tabula de oliua. verſus. Crux Domini, palma, cedrus, cipreſſus, oliua. Significat enim cedrus altitudinem contemplationis, Cypreſſus famam bonæ opinionis, Palma fructum iuſtitię, Oliua lenitatem miſericordiæ.

Brachia Crucis.

SCHOLIA.

A Ex iniuſtis cauſis] quantum.ſ.pendebat ex parte hominum, non quantum pendebat ex parte Dei. [3.q.47.artic.2.& 3.& 6. ſupra eiuſdem quarti.c.11.

De

De deſcenſu Chriſti ad inferos. Cap. XXII.

ANIMA Chriſti poſt mortem deſcendit ad Infernum, ſiue ad Limbum, ad liberationē eorum, qui Chriſti membra exiſtentes de hoc ſeculo trãſierunt. Diabolus enim dum manus in eum extendit, in quo nihil iuris habebat, meritò in aliis amiſit poteſtatem. Alia cauſa quare Chriſtus ad inferos deſcendit eſt, vt tantus eſſet deſcenſus, quãtus fuerat liberandorũ caſus. Primus enim homo ſic in ſtatera liberi arbitrij poſitus fuerat, vt poſſet ad vitam æternam aſcendere, vel ad mortem deſcendere, prout vellet. Sed peccato peracto ſit alterum brachium ſtateræ per onus culpæ depreſſum eſt, vt eſſet in imo inferni, alterum verò in ſummo cęli. Non autem aſcenderet brachium depreſſum, niſi deſcenderet brachium aliud. Deſcēdit ergo Dominus vſq; ad infernum, vt hominē captiuum eleuaret vſque ad cęlum. Tertia ratio quare Chriſtus deſcendit ad infernum, eſt, vt ſicut viuus fuerat lumē mundi p præſentiam corporalem, ita mortuus eſſet inferni lumen per diuinitatis maieſtatem. Quarta ratio eſt, vt hoc idem Chriſtus exequeretur per efficaciam, quod paſſione ſua meruerat ſecundum ſufficientiã. Duo quippe meruit per ſuam paſſionem, ſcilicet ſatisfactionem, & ianuæ apertionem, & ideo hęc duo efficit in deſcenſu ſuo ad Inferos, quia per ſatisfactionem ſoluta ſunt vincula captiuitatis: per apertionem autem

Stateræ Extra.

ianuæ facta eſt illuminatio ipſius carceris
A etiam ſecundum lucem exteriorem. Liberauit autem Chriſtus omnes illos, qui meriti ſui capaces eſſe poterant, ſicut fuerunt ſancti patres, qui non propter reatum pœnæ perſonæ, ſed propter reatum naturæ detinebantur. Damnati autem huius meriti capaces non ſunt, neque paruuli in limbo detenti, quia de corpore Chriſti non ſunt nec per fidem, nec per fidei ſacramentum. Dicendum eſt quod anima Chriſti per triduum mortis ſuæ cum ſanctis patribus in limbo fuit. ibidem fuit & latro, cui dominus dixit. Hodie mecum eris in paradiſo: quia nomine paradiſi intelligitur Dei fruitio: quia peracta Dei paſſione, tam ipſe latro, quam alij qui erant in limbo, viderunt Deum per eſſentiam. Ad quem autem Infernum Chriſtus deſcenderit, ſi ſcire volueris, nota quòd infernus ſumitur dupliciter, ſcilicet pro pœna, & pro loco pœnæ. Secundum primum modum dicitur quòd dæmones Infernum ſemper ſecum portant. Item prout Infernus ſumitur pro loco pœnæ, quadrupliciter diſtinguitur. Vnus eſt Infernus damnatorum, in quo eſt pœna ſenſus, & damni, ac tenebræ interiores, & exteriores, id eſt abſentia gratiæ. iſte ſemper habet luctum. Supra hunc eſt limbus puerorum, vbi eſt pœna damni, & non ſenſus: & ſunt ibi tenebrę exteriores & interiores. Supra hunc locum eſt purgatorius, in quo eſt pęna ſenſus, & damni ad tempus, & ſunt ibi tenebræ exteriores & non interiores: quia per gratiam habēt lucem interiorem, quia vident ſe eſſe ſaluandos. Supremus lo-

cus inter hæc eſt limbus ſanctorum patrũ, vbi fuit pœna damni, & non ſenſus, & fuerunt ibi tenebræ exteriores, & non tenebræ priuationis gratiæ. Ad hunc locum Christus deſcendit, ac ſuos inde liberauit, & ſic Infernum momordit: quia partem abſtulit, & partem reliquit: mortem verò quo ad electos Deus penitus deſtruxit. ſicut dicitur Oſeæ 13. O mors, ero mors tua: ero morſus tuus ò inferne. Hic quoque locus ſinus Abrahæ dicebatur, quia ibi Abraham fuit. Sed nunc cœlum Empyreum dicitur ſinus Abrahæ: quia iam eſt ibi Abraham. A nullo prædictorum locorum eſt tranſitus ad alium, niſi a tertio ad quartum, hoc eſt a purgatorio ad limbum ſanctorum patrum. Ex iam dictis patet quare cantamus, Libera animas omnium fideliũ defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: quia infernus ibi ſumitur pro purgatorio, ſicut & ibi ſumitur pro limbo, quando dicitur Chriſtus ad inferos deſcendiſſe vel infernum deſtruxiſſe. Ex prædictis collige quòd Chriſtus mortuus eſt in corpore, deſcendit ad inferos in anima, & ſurrexit in vtroque. Dicẽdum eſt etiam, quòd Chriſtus illo triduo totus fuit in ſepulchro, ſed non totum: & totus fuit in inferno, ſed non totum: quia totus dicit perſonam, totum verò ſubſtantiam & naturam. Similiter dicendum, quòd cum vnio animæ cum corpore faciat hominem, Chriſtus in illo triduo non fuit homo, licet anima & caro vnita tunc eſſent cum verbo.

SCHOLIA.

A Meriti ſui capaces erant.] Ergo ſecun dum authorem, liberauit etiam animas de purgatorio, iam purgatas; de iuſtitia loquẽdo. [3.q.52.ar.8.] licet de ſanctis patribus, tanquam de re nobiliori, fiat tantum in littera mentio. Quòd ſi loquamur de miſericordia fortè dicendum eſt, quòd omnes de purgatorio tunc liberauerit. S. Vinc. ſerm. ſab. ſancti. Ergo ſeruiendum maximè Chriſto, quia numquam obliuiſcitur ſeruorum ſuorum fidelium, nec propter vlla quælibet obſtacula tenetur, vt non viſitet opportuno tempore illos. vnde tranſierũt tot millia annorum, quibus ſub terra manſerunt amici Chriſti, & tetra mors prohibebat, ne viſitarentur. Et tamen Chriſtus nullis in contrarium obſtantibus amicos ſuos tam dulciter inuiſit. O vere & ſolus, fœlix: qui eſt amicus Chriſti. Is ſolus veraciter dicere poteſt: ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Pſal.22.

Deſcenſus ad inferos vtilitas.

Beati sũt ſerui illi.

B Ad hunc locum Chriſtus deſcendit.] ſcilicet realiter in anima. Quoniam ad omnia alia loca deſcendit quo ad effectum, vel iuſtæ exprobrationis reſpectu damnatorũ, vel aliqualis conſolationis, reſpectu puerorum in originali, ex S. Vincentio in ſermone de ſabbatho Sancto, vel reuelationis reſpectu in purgatorio exiſtentium extra de ſumma Trinitate, & fide Catholica. [3.q.52.ar.2.& 3.&c.]

C Licet anima, & caro vnita tũc eſſent cum verbo.] Hinc patet quomodo intelligant, & intelligi debeant ſancti Doctores,

quando dicunt, quòd diuinitas Chriſti, nõ eſt ſeparata in triduo mortis ab humanitate eius, licet mortuus reuera fuerit, tuncq; deſierit eſſe homo. Homine ſiquidẽ humanitatis ſic dicentes intelligunt humanã animam, & corpus ẽt ꝙ hæc duo ſint ab inuicem realiter diuiſa. Nec mirũ ſi diuerſi imò ijdem quandoque artifices ijſdem inſtrumẽtis diuerſimode vtantur, vnuſquiſq; pro ut expedit magis negocio proprio. Huic igitur dicto ſanctorum nõ obſtat, quod per humanitatem intelligat Philoſ. 7. Metaph. totum coniunctum, & quòd idem ſentiant plerunque Theologi ipſi; qm̃ ne cui suboriretur error hic, diuinitatem videlicet fuiſſe tunc diuiſam ab humanitate eo modo, quo remanſit humanitas, pro expedienti iudicarũt ſacri doctores, propoſitionẽ præmiſſam huic verbaliter oppoſitã dicere in ſenſu prędicto. vide S. Brigidæ reuelationes approbatas [lib. 1. c. 1.] cui hæc formalia verba Chriſtus dicit: Deitas mea nũquam ab humanitate ſeparata eſt, nec in morte. S. Tho. doctor angelicus ſic formaliter quærit. [3. diſt. 21. q. 1.] verum in morte Chriſti fuerit ſeparata Deitas ab humanitate; & hoc quæſitum in duas quæſtiunculas diuidẽs ait ar. 1. q. 1. vtrũ &c. à carne. Itẽ ar. 1. quæſt. 2. vtrum &c. ab aĩa. Vbi clarè patet ẽt mediocriter erudito, ꝙ per humanitatẽ intelligit aĩam, & corpus, à ſe inuicẽ diſiuncta. Sic nomen humanitatis accipiunt BB. Põtifices Romani Grego. ſuper Iob, & Leo in Natiuitate Domini. Ex his concludas, quòd contrariũ (videlicet diuinitas ĩ triduo, eſt ſeparata ab humanitate, vel humanitas eſt ſeparata à diuinitate) fateri,

Quomodo de humanitate in triduo mortis loquẽdum eſt reſpectu diuinitatis, & eſt cõtra.

fateri, nil aliud pro declaratione afferendo, non eſt bene tutum, & quia non conſonat ſtilo ſanctorum Doctorum, de hac materia in ſpeciali loquentium, & quia conatus horum ad gloſandum, ſi qua ſonare videatur oppoſitum, (vt patet. 3. quæſt. 50. ar. 2. ad primum lib. 3. diſtinct. 21. in textu ipſo) hoc demonſtrat; & quia ly ſeparatum eſſe non dicitur propriè, niſi de remanentibus vtrinque ſeorſum poſt diſſolutionem. Durãdus. 3. diſtinctio. 21. quæſt. Magiſter Silueſter in Roſa aurea. quæſt. 30. circa finem. Medi. ſuper 3. par. qu. 10. ar. 3. circa finem in ly quod ſemel aſſumpſit &c. Cum ergo locutio illa prædicta, ſit tum impropria, tum ſanctorum vocibus diſſona, merito reijcienda videtur, & ſua in ſono, licet non in catholico ſenſu, oppoſita (quam prætulimus) ob reuerentiã ſanctorum cum pia expoſitione amplexanda. Hæc pro zelo patrum dicta ſint. Cæterum, ſi vera, propria, ſolida, clara locutione in hac materia vti vis, ſic dicas addendo ad patres. Diuinitas Chriſti in triduo mortis, non fuit ſeparata ab humanitate, ſed tunc ceſſauit eſſe in humanitate iam non exiſtente, cum tamen & animæ vnita hypoſtatice remanſerit, & corpori ab inuicem realiter diſiunctis. Caue autem ne ſine limitatione declaratoria vnquam dicas, quòd Diuinitas eſt ſeparata in triduo illo ab humanitate, quoniam (quantum eſt de proprietate ſermonis) dicere videreris, quòd humanitas pro coniuncto ſumpta tunc & remanſiſſet, & diſiuncta ſeorſum a diuinitate ſtetiſſet, quæ proculdubio erronea ſunt.

Reſſolutio ꝓ patribus ad ædificationem.

De

De reſurrectione Chriſti. Cap. XXIII.

CHRISTVS reſurrexit tertia die a mortuis, reſumendo idem numero corpus non tale, quale prius habuit, ſed impaſſibile, & immortale. Caro enim Chriſti, quæ in natiuitate floruit, in paſſione aruit, per gloriam reſurrectionis refloruit, & renouata eſt vt Aquilæ iuuentus Chriſti: tunc leo catulum ſuum ſuſcitauit, tunc Phœnix reuixit: tunc (ſicut dicitur Ier. 18) figulus ex eodem luto fracti vaſis fecit vas aliud, ſicut placuit in oculis eius. Tunc Ionas de ventre Ceti illæſus exiuit: tunc veſtitum eſt candelabrum auro, tunc ſuſcitatum eſt tabernaculum Dauid, quod cecidit: tunc refulſit Sol, qui prius erat in iubilo, tunc viuificatum eſt granum frumenti quod cadens in terram mortuum fuerat: tunc Ceruus reſumpſit cornua: tunc Sanſon tulit portas cum poſtibus: tunc Ioſeph eductus de carcere tondetur, & conſtituitur dominus Aegypti: tunc conſciſſus ſaccus circundatur lætitia. Dominus probauit reſurrectionem ſuam eſſe veram per Angelos, qui non mentiuntur. Matt. 28. Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus, &c. Item per inimicos, quorum validiſſimũ eſt teſtimonium, Matt. 28. Ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus ſacerd. &c. Item probauit eam non arte magica factam, & hoc per comeſtionẽ. Item non eſſe phãtaſtici corporis, & hoc

Figura. Probatio

hoc per tactum. Item probauit in eodẽ corpore quo paſſus eſt factam, & hoc per oſtenſionem cicatricum Item probauit eam fuiſſe in corpore glorificato vnito deitati, & hoc per ingreſſum in domũ ianuis clauſis. Item probauit eam multis apparitionibus. Apparuit enim ipſa die reſurrectionis quinquies. Primò Mariæ Magdalenæ. Ioan. 21. Mulier quid ploras? Secundò mulieribus redeuntibus à monumento. Matth. vlt. Tertiò Petro, ſed non inuenitur modus. Quartò duobus diſcipulis euntibus Emaus. Luc. vlt. Quintò diſcipulis congregatis propter metum Iudæorum, ianuis clauſis, quando Thomas non fuit cum eis. Ioan. 20. Itẽ apparuit inter reſurrectionem & aſcenſionem quinquies, ſcilicet Thomæ cum alijs. Io. 20. Secundò diſcipulis piſcantibus ad mare Tiberiadis. Ioan. 21. Tertiò diſcipulis in monte Thabor. Matth. vlt. Quartò in Hieruſalẽ.

Quare. Quintò quando comedit cum diſcipulis, Matth. & Lu. vlt. & actuum 1. Multis de cauſis ſurrexit Dominus. Vt ſcripturas impleret, Quando.n. Dominus dixit. Ecce aſcendimus Hieroſolymã, &c. Luc. 18. ſubiunxit, & die tertia reſurget. Vt nos ad ſurgendum ſpiritualiter prouocaret: quia turpe eſt, vt ſedeat ſeruus, quando coram eo ſurgit Dominus. Vt futuram reſurrectionem eſſe probaret. Vt potentiam ſuæ diuinitatis oſtenderet, quia mortuos ſuſcitare non eſt opus naturæ, ſed potentiæ diuinę. Non eſt enim regreſſus a priuatione ad habitum. Vt nos ad contemnenda terrena pro adipiſcenda tali gloria animaret. Surrexit Chriſtus velociter, quia tertia die. Nam ſicut ianuis clauſis ad

ad diſcipulos intrauit, & ſicut ſalua virginitate de vtero matris exiuit, ſic eùm mortuum nec petra in qua iacuit, nec militum cuſtodia potuit retinere. Integraliter, quia in corpore & anima. Socialiter, quia multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt. Æternaliter. Apoſtolus ad Rom. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam nō &c. Similiter ſurgendum eſt nobis ſpiritualiter, ſicut eis modis reſurgemus die iudicij corporaliter. Reſurrectio Chriſti eſt cauſa, & figura noſtræ reſurrectionis ſpiritualis. Cauſa dico motiua, & hoc dupliciter, quia cauſa motiua eſt in comparatione noſtri. Dum enim conſideramus gloriam reſurrectionis Chriſti, mouemur ad ſurgendum in nouitate vitæ. Item cauſa motiua eſt conſideratione Dei patris: quoniam pater dans reſurrectionem filio, mouetur ad dandam eandem gloriam fratribus ſuis: ſicut Rex quando facit filium ſuum militem, mouetur amore filij, vt cum eo faciat multos milites. Figura verò fuit, quia ſicut Chriſtus ſurrexit, ita in nouitate vitæ ambulemus. Item ſicut diem reſurrectionis Chriſti præceſſit dies mortis in paraſceue, & dies quietis in ſabbatho ſequenti, ita gloriam reſurrectionis noſtræ præcedat in nobis mortificatio membrorum, & vitiorum, & quies contemplationis ęternorum. Nota quòd ſicut duplex eſt mors, ſcilicet animæ per culpam, & corporis per extinctionem, ita duplex eſt reſurrectio, ſcilicet animæ per gratiam, & corporis per gloriam. Et ſicut animæ mors cauſauit mortem corporis, ſicut habetur Gene. 3. ita reſurrectio animæ

B

Notent, q. volunt cum Chriſto reſurgere.

cauſabit reſurrectionem corporis glorioſam. Sciendum autem quod quidam reſuſcitantur fictè, ſicut Samuel, qui licet verè Sauli apparuerit, vt habetur primi Regum viceſimo ſeptimo: non tamen verè reſuſcitatus fuit, vt quidam dicunt. Quidam imperfectè, ſicut Lazarus iterum moriturus. Quidam perfectè, ſicut Chriſtus ſemper victurus. Prima reſuſcitatio ſignificat conuerſionem, ſiue pœnitentiam hypocritarum. Secunda recidiuantium. Tertia perſeuerantium.

SCHOLIA.

In ſerm. Paſchæ. lib. 6. cap. 84. ſerm. Angelico. ca. 19. & prima oratione

A Primò Mariæ Magdalenæ], i. pro quãto habetur ex Euangelio, non abſolutè. Abſolutè. i. primo apparuit ſuæ ſanctiſſimæ matri (vt habet ſanctus Vincentius. S. Brigida, fortè omnes, & ſuadet ratio) licet non apparitione eiuſdem rationis cum apparitionibus in Euangelio lectis. Apparitio nãque facta eſt ad conſolandum, non ad reuocandam, vel confirmandam fidem in ipſa cum ſemper plena in fide manſerit. Alijs autem factæ ſunt apparitiones ad reuocandum, vel confirmandum illos in fidem. Hãc enim (vt ait Chriſtus per ly vos omnes ſcandalizabimini in me in iſta nocte) perdiderant: id quod annotauit Lucas in actibus Apoſtolorum dicens, quod Chriſtus eis apparuit in multis argumentis. Quid enim eſt argumentum, niſi ratio rei dubię faciens fidem? Apparuit igitur in argumentis, primo Mariæ Magdalenæ, poſt alijs. Apparuit non in argumentis primo Beatiſſimæ Virgini Matri ſuæ. Ex his ergo patet, quòd Euangeliſtæ conſulto omiſerunt apparitionem factã

De apparitionib. Chriſti.

ctam B.Virgini, tum quia hoc (vt dicit) recta ratio naturalis dictabat, tũ quia ſi eam inter cæteras connumeraſſent, vel deſcendere de genere in genus (quod eſt cõtra philoſophiam) vel B. Virginem aliqualiter defeciſſe cum aliis in fide per hoc inſinuare videretur (quod eſt Conc. Trid. contra Eccleſiam canon.23.)

B Integraliter quia in corpore.] habente.ſ. quicquid pertinet ad veram naturam corporis humani. Ergo & oſſa, & ſanguinẽ reaſſumptum, & quicquid pertinens eſt ad veritatem integram corporis humani, puta capillos, vngues habuit in reſurgẽdo Chriſtus. [3.q.54.art.3. Multa pro ſtudioſis annotat Silueſter in Roſa aurea.q.30.vide.]

De Aſcenſione Chriſti. *Cap.* XXIIII.

DIfferentia eſt inter aſcenſionem, & aſſumptionem, & euolationẽ: quoniam aſcenſio pertinet ad Chriſtum: aſſumptio ad beatam Virginem: euolatio autem ad alios ſanctos. Et ratio huius eſt, quoniam aſcenſio fit propria virtute aſcendentis, aſſumptio autem virtute Chriſti aſſumentis, quia filius ſpecialiter obſequitur matri. Euolatio verò fit miniſterio Angelorũ. Alia eſt differentia, quia locus euolantium eſt diſtinctio chororũ. Locus verò aſſumptæ Virginis eſt ſuper choros Angelorũ. Locus verò Chriſti aſcendentis eſt ſupra locũ aſſumptæ Virginis. Circa aſcenſionem Chriſti octo ſunt conſideranda, quę circũſtant aſcenſionem, & colliguntur ex officio de aſcenſione.

ſione. Primum eſt ꝙ.ſ.eleuatus eſt videntibus omnibus diſcipulis, vt deſiderium veniẽdi ad ipſum excitaretur in eis. Secundũ eſt, ꝙ nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Per vmbram nubis figuratur, quòd in hoc mortali corpore Ieſum in alto videre non poſſumus. Tertium eſt ꝙ eleuatis manibus ferebatur in cęlum. Eleuauit autem manus propter duo.ſ. vt ſuos patri offerret, & vt inimicos altè retracta manu percuteret. Quartum eſt, quòd benedixit eis, vt eos cõtra hoſtem muniret, & bonis cęleſtibus augeret. Quintum eſt, ꝙ aſcendit in iubilatione; quod refertur ad vocem iucunditatis redemptorum aſcendentium cum ipſo, qui prius voce lachrymabili in portis inferni clamauerunt. Aduenisti deſiderabilis, quẽ expectabamus in tenebris. Sextum eſt, ꝙ aſcendit in voce tubæ, quod refertur ad ſonum prædicationis Apoſtolorũ, qui ſonus fuit eis iniunctus, dicente domino Matth. 28. Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ &c. Ex tunc enim in omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ. Septimum eſt, quòd aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, ideſt captiuos captiuitate Inferni, quos ſecum victor captiuos eduxit. Octauum eſt, quòd dedit bona hominibus: quia omnia bona noſtra deſurſum ſunt, quo Chriſtus aſcendit. Horum prima duo habentur ex actibus, ſed tertium & quartum ex fine euangelij ſecundum Lucam. quintum & ſextum ex Pſal. Item ſeptimum & octauum ex Pſalm. Aſcẽdit Chriſtus regreſſus ad cœlum multipliciter, ſcilicet tamquam verus obediens

com-

completa obedientia quo ad patrem: tanquam bonus mediator facta pace & concordia quo ad homines: tanquam ſtrenuus ꝓpugnator contra dæmones. Aſcendit Chriſtus pluribus de cauſis, ſcilicet ad quieſcendum poſt labores, quibus fatigatus fuit triginta tribus annis nobis ſeruiens. Ad intercedendum pro amicis, pro quibus vtiliter laborauit. Securum acceſſum habes ò homo ad Deum, vbi habes filium mediatorem, & matrem interuentricem. Filius oſtendit patri latus, & vulnera, mater oſtendit filio pectus, & vbera. Ibi nulla poteſt eſſe repulſa, vbi tot concurrunt amoris ſigna. Chriſtus ergo optimus aduocatus eſt, quia tot habet linguas pro nobis loquētes, quot vulnera pro nobis accepit. Ad cōquerendū de inimicis, pro quibus vires ſuas inutiliter expendit. Iſa. 49. In vanum laboraui. Itē aſcendit Chriſtus, vt nobis locum præpararet. Ioan. 16. Vado vobis parare locum. Vt fiduciam in ipſum ſperandi nobis tribueret, vt in corporalem poſſeſſionem æternæ hæreditatis nos mitteret, Ioan. 13. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad uos. Vt deſiderium noſtrum poſt ſe traheret, Can. 1. Trahe me poſt te. Vt viam nobis ad cœlum oſtenderet, quia ſicut dicitur Luc. vlt. eduxit Dominus diſcipulos ſuos foras ciuitatē in Bethaniam, vt ipſa eductione cognoſcerent ſe hic non habere manentem ciuitatē. Quòd autē in Bethaniam eduxit eos prius, quæ interpretatur domus obedientię, ſignificat, quòd per bonum obedientiæ tranſituri eſſent ad cœleſtia. Poſt hoc fecit eos tranſire in montem oliuarum, vt per mon-

Et tamen videbantur dies pauci prę amoris magnitudine.

Nota obedientiam ſanctam.

tem intelligatur eminentia ſpiritus in contemplatione, per oliuas autem pinguiſſimi pectoris deuotio. Vlterius vero poſt iſta non reſtat niſi ſaltus animæ in cœlum. Exaltatus autem fuit Chriſtus tripliciter, ſ. in terra per vitæ meritum: ſuper terram per crucis ſuſpendium: ſuper cœlos per aſcenſionis iubilum. Aſcenſio Chriſti fuit Angelis mirabilis. Iſa. 63. Quis eſt iſte qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſra? Dæmonibus terribilis. 1. Reg. 8. non fuit tantũ gaudium heri & nudiuſtertius. Væ nobis. Hæc ſunt verba Philiſtinorum quando vociferabantur filij Iſrael dum adduceretur arca fœderis in Sylo in caſtra, vt per eam haberent diuinum adiutorium in prælio. Hominibus ſalutaris, ſicut ſupra patet de multiplici fructu aſcenſionis Chriſti. Aſcendit Chriſtus multipliciter, ſ. potenter, quia eleuatis manibus ferebatur in cœlum. Patenter, quia videntibus illis eleuatus eſt. Gaudenter: quia in iubilatione. Decenter: quia cum duabus turmis regrediebatur. ſ. hominum, & Angelorum. Non autẽ dico quòd ibi fuerint Angeli in adiutorium neceſſitatis, ſed in obſequium dignitatis, Homines quoque illos dico, quod de inferis liberauit, & qui poſt reſurrectionem vſque ad aſcenſionem mortui ſunt de numero ſaluandorum, nec purgatorio vlterius indigentes. Clementer, qa benedixit eis. Chriſtus nõ ſtatim poſt reſurrectionem cœlum aſcendit, triplici ratione. Prima, quia differenda erat aſcenſio, vt multipliciter probaretur reſurrectio, vt dicitur. 1. Act. In multis argumentis apparens eis per dies 40. Secunda eſt, vt patientiam noſtram

ſtram informaret, qua mercedem debemus æquanimiter expectare, ſicut agricola non ſtatim poſt ſeminationē metit, ſed fructuū maturitatem expectat. Tertia eſt propter diſcipulorum cōſolationē, vnde dicit gloſſa. Act. 1. Sicut 40. fuerunt horæ mortis Chriſti, ita 40. diebus cum eis conuerſatus eſt poſt reſurrectionem, quia conſolatio diuina excedit triſtitiam humanam. Nota quòd Chriſto conuenit deſcendere de cęlo tantummodo ſecundum diuinam naturam, quia Deus illuc venire dicitur, vbi ſpeciali effectu apparet: ſed aſcendere propriè ei conuenit ſecundum humanam naturam, quia ſecundū illam ſolummodo mutat locum, non ſecundum diuinam naturam. B

Exemplū quòd longanimitate.

Præmiat vltra condignum.

SCHOLIA.

A Ex tunc. n. in omnem terram exiuit.] ideſt de propinquo exire incępit. Tali modo loquendi in Geneſi dicitur de Iſaac. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus &c. ideſt de propinquo benedicere diſponens, quoniam poſt formalem benedictionē introducens ſcriptura dicit, Benedicens illi ait. Ecce odor filij mei &c. Det tibi De' &c. ſic & quandoque in Euangelio habes. Aſcēdens Hieroſolymam &c. ideſt aſcendere de propinquo diſponens, &c. vt patet per contextum.

B Aſcendere proprie.] Dicitur ly ꝓprie ad differentiam de ly cauſaliter. Nam cauſaliter, ideſt loquendo de cauſalitate aſcenſionis, aſcendit Chriſtus, ſecundum naturā diuinam. Vnde Auguſtinus in ſermone de Aſcenſione. De noſtro fuit, quòd filius Dei in cruce pepēdit, ſed de ſuo quod in cęlum

Aſcēſio.

aſcendit. 3.q.57.art.2. Propriè aſcendit ſecun dum naturam, quæ mutat locum, cauſaliter aſcendit ſecundum naturam, cuius virtute mutat illa locum.

De conſeſſu Chriſti ad dexteram patris. Cap. XXV.

ASCENDENS Chriſtus in cęlum, ſedet ad dexterã Dei patris omnipotentis. Duo intelliguntur per dexteram. Primum eſt æqualitas maieſtatis, ad quam Chriſtus ſedet ſecundum diuinitatem. De hac dextera loquitur Apoſto. dicens. Talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera maie-
Heb. 8. ſtatis in excelſis. Secundò per dexteram intelliguntur potiora bona gloriæ, in quibus Chriſtus ſedet ſecundum humanitatẽ. quoniam collatum eſt ei à Deo quicquid conferri potuit, & licet inſtanti conceptionis Chriſtus accepit bona gratiæ & gloriæ in anima, eadem tamen bona fuerunt in aſcẽſione manifeſtata, & in loci congruentia cõpleta. De hac dextera dicitur ad Coloſ. 3. Quæ ſurſum sũt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, vbi dicit glo. ꝙ ſurſum ubi ſedet Chriſtus, ſunt potiora bona gratię, & gloriæ. Dicimus ergo, ꝙ Aſcenſio Chriſti fuit tam ad locum, quàm ad dignitatem. Inquantum quidem fuit ad locum, ſic aſcẽdit ſuper omnes cęlos, ideſt ad digniſſimũ locum cęli Empyrei, ſiue ad altiſſimam eius partem, eo ꝙ nobiliſſimo Chriſti corpori congruit locus talis. Non tamen eſt dicendum quòd corpus ſuum ſit obligatũ ad

locum

locum illum, ſed quia locus ille ſit ſibi ſecundum congruentiã deputatus. Inquantum autem aſcenſio fuit ad dignitatem, ſic ſedet ad dexteram patris, non tamen quo ad finem, qui patri non conuenit, ſed quo ad excellentiam duplicem, ſicut dictũ eſt, quia per dexteram intelligitur, vel æqualitas maieſtatis, quæ competit Chriſto ſecũdum diuinitatem, vel perfectio præmij, quę ſibi competit ſecundum humanitatem. Prętereundũ quoq; non eſt, ꝙ credimus Chriſtum ad dexteram Dei patris ſedentem; Stephanus autem vidit eum ſtantem à dextris Dei: quia nos credimus eum regnantem & quieſcentem, ꝙ notatur in ſeſſione: ſed Stephanus in tribulatione poſitus habuit propugnatorem, & ſuſceptorem, vnde vidit eũ ſtantem. Merito Chriſtus ſedere dicitur ad dexteram Dei. Sedere quidem, quia laborauit. Pſal. 87. In labore ſui à iuuentute mea. Ad dexteram autem, quia diu fuit in ſiniſtra aduerſitatis. Pſal. 37. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis &c. Dei, quia poſt abiectionem merito debet conſequi gloria, quia qui ſe humiliat, exaltabitur. A

SCHOLIA.

A Sedentem Stephanus vidit eum ſtantem.] Quoad officia, igitur accipit Eccleſia ly ſedere, & ly ſtare. Officium iudicis ſine perturbatione iudicantis plenè aliquid poſſidentis, eſt ſedere (vt patet.) officium pręliantis, expeditè iuuantis, fortẽ ſe ꝓteſtantis, eſt ſtare &c. ergo Euãgeliſta Marcus dũ poſt aſcenſionẽ intẽdit oſtẽdere eſſe iudicẽ

venturum taliter, vt ſupra, regni plenum poſſeſſorem, ideo ſcribit, quòd ſedet, quia verò Steph. Chriſtum ad ſe iuuandum accinctum fortiter præliatū monſtrare vult ait, quòd ſtat. An autem quo ad ſitum localem, ſedeat aut ſtet Chriſtus, Deus ſcit. Qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. 3. quæſt. 58. articu. 1. Ibi & Caietanus, & ſuper Marcum vltimo dicens probabiliter, quòd quo ad ſitum ſtat.

Deo Gratias.



COMPENDII THEOLOGICAE VERITATIS, LIBER QVINTVS.

De gratiarum ſanctificatione.

Quomodo ſpiritus rationalis efficiatur dignus æterna beatitudine. Cap. I.

QVEMADMODVM de cęlis Deus non deſcendit per eſſentiam ſuam incommutabilem, ſed per influentiam ab ipſo manantem; ita nec ſpiritus rationalis eleuatur ſupra ſe per ſitum localem, ſed per habitum deiformem: vnde neceſſe eſt ſpiritui rationali, ſi debet eſſe dignus ęternę beatitudinis, quòd particeps fiat influentiæ bonitatis diuinæ. A

De origine virtutum & gratiæ. Cap. II.

AD bonum gratiæ non poteſt quis per ſe venire, cùm hoc non ſit ſecundum limites naturæ, ſed ſecundum influētiam largitatis diuinæ. Sicut enim creatura pro ſua defectibilitate ſuo principio ſemper eget, vt ſit in eſſe naturæ, ſic idem principiū pro ſua bonitate influere non ceſſat creaturæ rationali in vitam ſpiritualem, vt bene ſit ei in eſſe gratię, quam habere non poteſt ſine Deo largitore. Veruntamen inexcuſabilis eſt homo ſi gratiam gratum facientem non recipit, quia gratia gratis data ſemper præſto eſt liberum arbitrium excitare, & commouere, cuius eſt huic admonitioni conſentire: & hoc eſt, quod in ſe eſt facere: quo facto poteſt homo ad gratiam gratum faciētē ſe præparare. Quamuis.n. gratia Dei ſic hēat Dei dono efficiente, non tñ ſine libero arbitrio conſentiente; quia ſicut ait Aug. Qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Igitur gratia gratum faciens à tribus eſt, ſed aliter & aliter. Eſt enim à Deo efficiente, à gratia gratis data liberum arbitrium excitante & mouente, & à libero arbitrio conſentiente. Quamuis enim liberum arbitriū non poſſit gratiam efficere in homine, poteſt tamen ſe ad hoc habilitare, & præparare vt habeat. ſicut aliquis non poteſt illuminare domum, poteſt tamen aperire feneſtram, quo facto Sol intrat, & domum illuminat. Quod autem dico de libero arbitrio

Exēplū: ꝙ diuinū auxiliū ſemꝑ eſt in promptu.

A

bitrio

bitrio conſentiente, intelligo de adultis, q̃a in paruulis ſufficit fides parentum, & ſacramentum Eccleſiæ, & meritum Chriſti, & excuſat eos impotentia ſui. Sciendum etiã, quòd habilitatio, ſiue præparatio ad gratiã triplex eſt, ſ. efficiens, formalis, & materialis. Prima eſt à Deo. Secunda à gratia gratis data. Tertia à nobis. Anima namq; habet B facultatem & inſtinctum cognoſcendi, & diligendi Deum ex natura, ſed non habet cognitionem veritatis, & ordinem dilectionis niſi ex gratia. Ad opera bona tria nos incitant, ſ. lex naturæ, quæ ſcripta eſt in corde hominis, dicens. Quæ vultis, vt faciãt vobis homines, ita & vos facite, &c. Matth. 6. Ratio, q̃ dicit ea eſſe delectabilia, vtilia, & honeſta. Gratia, quæ dicit ſeruiẽdum eſſe Deo, quia ſummè bonus: ſubueniendum proximo, q̃a Dei filius, quia imago Dei, quia in beatitudine ſocius. Gratia non datur ei, qui ſe non habilitat ad gratiam: & de hoc multa habes exempla, ſcilicet in illo, qui ad largientem manum non extendit, quia Deus quantum in ſe eſt, dat omnibus affluenter. In illo, qui contra lumen oculos claudit, cũ Deus faciat oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos. In illo qui fontem reperiens, fundum vaſis ſurſum erigit, quia Deus, ſicut ait Auguſtinus, ingenti liberalitate, atque vbertate replet omnes creaturas pro captu earum. In illo qui domum ſuam ſepit ſpinis, ne amicus ingrediatur. Ipſe verò Deus ſemper ſtat ad oſtium, & pulſat. In illo qui zizaniam nõ extirpat de agro ſuo, propter quod fructus proficere nõ poſſunt. In illo qui ligna igni ſubtrahit, quia tunc ignis deficit.

deficit. In illo qui ad ſumendum cibum negligit os aperire, quia talis debet meritò fame mori. In illo qui tempore pugnæ arma proijcit, quia talis ſæpe capitur & vulneratur. In illo qui mouere negligit remos tempore tempeſtatis, quia talis ſubmergitur. In illo qui exiſtens in ægritudine, medico contradicit. Gratia nobis procedit à Deo, ſicut radius à ſole, ſicut germen à radice, ſicut mel à flore, ſicut riuus à fonte, ſicut imago ab artifice ſecundum exemplar interius, & facturam exterius.

SCHOLIA.

A Et hoc eſt, quòd in ſe eſt facere; quo facto &c. Præparare.] Ecce quòd non poteſt homo ſine gratia gratis data, ſe ſufficienter præparare. Nā dicere quòd ſine gratia præmiſſa ſe ſic ſufficienter præparare poſſet, vt ei gratia iuſtificationis conferretur, eſſet contra Concilium Tridentinum Seſſ. 6. capitu. 3. ſub anathemate. 12. q. 109. art. 6. & q. 112. articu. 3. Vide infra huius. 12.

Præparatio ad gratiam.

B Anima namque &c. niſi ex gratia.] Id eſt homo naturaliter inclinatur ad diligendum, & conſequenter ad cognoſcendū Deum, etiam ſuper omnia: vt Deus eſt vniuerſale bonum, à quo dependet omne bonum naturale: licèt ſtatu naturæ integræ diligere eum ſic non poſſit, niſi eum auxilio Dei ad hoc eum mouentis, & in ſtatu naturæ corruptę vltra hoc cum auxilio gratię naturam ſanantis. [12. q. 109. ar. 3.] Sed cognoſcere per fidem, & diligerę per charitatem Deum vt eſt bonum ſupernaturali beatitudine nos beatificans, non niſi ex habituali gratia poteſt. [12. cap. q. 109. ar. 1. & 3.]

Diligere Deum ſupra ſe quō poſſit, vel nō.

Ergo

Ergo homo hoc non poteſt, neque etiam ægrè difficulter ex ſolis ſuis naturalibus. Concilium Trident. Seſſ. 6. can. 2. ſub anathemate.

De diſtinctione gratiarum. *Cap. III.*

GRATIA dicitur tripliciter. Primò generaliter, & ſic gratia eſt adiutoriũ diuinum creaturę gratis impenſum, & indifferenter ad quemcunque actum ſine huiuſmodi adiutorio gratiæ nihil poſſimus facere, imò nec in eſſe durare. Secundò dicitur gratia ſpecialiter, & talis gratia dicitur gratis data, ſcilicet donũ quo ſe homo præparat ad ſuſcipiendum donum ſpiritus ſancti. Huius enim gratiæ eſt reuocare liberũ arbitrium à malo, & excitare ad bonum, ſine qua nullus facit ſufficienter quod in ſe eſt, vt præparet ſe ad ſalutem. Tertiò dicitur gratia propriè, ſcilicet donum diuinitus datum ad merendum: quod quidem donum gratia gratum faciens appellatur. Sine iſta gratia nullus poteſt mereri, nec in bono ꝑficere, nec ad gloriam peruenire. Iſta triplex gratia ſumitur ex verbis Apoſtoli, vbi ait. 1. Cor. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum, ecce prima: & gratia eius in me vacua nõ fuit, ecce ſecunda: ſed gratia eius ſemper in me manet, ecce tertia. Præter prædicta dicitur gratia gratias dans, ſ. Deus. Item gratia gratiæ ſignum, vt eſt prophetia, & poteſtas faciendi miracula. Gratia gratum faciens diſtinguitur in operantem & cooperantem.

Gratia operans dicitur præueniens, & incipiens, ac liberans, quia peccatum expellit. Gratia cooperãs dicitur ſubſequens, & perficiens, ac adiuuans. quia liberũ arbitrium adiuuat, & ei cooperatur in merito. Multipliciter diſtinguitur bonum. Eſt.n.bonum per eſſentiã, & hoc eſt Deus. Vnde nemo bonus niſi ſolus Deus. eſt & bonum per participationem, & illud diſtinguitur in bonum gratiæ, & in bonũ naturæ. Vnde Aug. Omne quod eſt, inquantum eſt, bonum eſt. Gen. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant val de bona. Item eſt bonũ in obiecto, ſicut eſt eleemoſyna. Nam ibi eſt actus in debita materia, etiam ſi deſit forma ſubſtantiarũ. Itẽ eſt bonum ex circunſtantia, hoc autem eſt quando bonũ ex ſe, veſtitur debitis circunſtantiis, ſicut eſt dare eleemoſynam indigenti tẽpore debito ex cõpaſſione, & huiuſmodi. Itẽ bonum virtutis, & hoc eſt quando additur operi perfectio ex parte operantis, quæ eſt per habitum mentis bene conſtitutæ. Item eſt bonum meritorium, quãdo additur ipſi operi debitus finis, hoc eſt bona intentio ſuper motum naturalem. Item eſt bonum gratiæ, vt eſt ipſe habitus gratũ Deo faciens. Item eſt bonum gloriæ, vt bonum remunerationis æternę.

SCHOLIA.

A Gratię ſignum.] Huiuſmodi dr̄ magis ordine gratiá gratis data: de quibus gratijs Apoſtolus dicit [1.Cor.12. Alij datur ſermo ſcientiæ, &c. & illa quæ ab authore vocata eſt gratia gratis data, ſemper præſto exiſtẽs cuiq; dr̄ ordinarie magis auxiliũ gratuitũ.

Gratiæ nomen quomodo.

B. [12. & q.109. ar.6. & 2.2.q.121. ante articulo.

De effectu gratiæ. Cap. IIII.

EFfectus gratiæ eſt, quòd excitat liberũ arbitrium ad bene cogitandum, & ſanat ipſum mutando affectum, ipſumq; corroborat perducendo ad actum. Item gratia hominem Deo reconciliat, à peccato liberat, & pœnam ęternam in temporalẽ commutat. Item gratia opera noſtra meritoriã facit, & bona per peccatum amiſſa reſtituit, ac ſtabulum in palatium cõuertit. Item per gratiam efficitur anima ſponſa Chriſti, filia regis ęterni, & templum ſpiritus ſancti. Itẽ gratia ipſam animam purgat, illuminat, & perficit. Item gratia mentem eleuat, Deo aſſimilat, & ſpirituali ſolatio cibat. Nota qđ q̃uis virtus gratuita ſimul inſit animæ cum gratia, non tamen habet effectũ ſuum tam cito ſicut gratia: quoniam effectus gratiæ eſt facere gratum Deo, & facere dignũ vita æterna, & hic effectus ſtatim ineſt puero poſt baptiſmum. Virtutis autem effectus eſt elicere actum meritorium de potentia, & hic effectus non ſtatim ineſt puero poſt baptiſmum. hoc autem non eſt propter defectum virtutis, ſed propter impotentiã naturæ agentis. Puer enim non eſt aptus ad actus voluntarios. Vnde ſciendum, quòd triplex eſt perfectio. Prima eſt gratiæ, & cauſat gratuitum. Secunda eſt virtutis, & cauſat bonum actum. Tertia eſt operis virtutis, & cauſat meritum. Prima perfectio perficit animam, & ſecunda perficit animæ potentias, tertia perficit ipſos actus.

SCHO-

SCHOLIA.

De operibus. A Gratia opera noſtra meritoria facit.] Scilicet vitæ æternæ. Alias, licet quæcunq; bona opera ſine gratia non mereantur vitã æternam, merentur tamen aliquid aliud, puta temporalia; etiam diſponunt aliquo modo ad gratiam, tantum abeſt, vt ſint peccata. Concilium Tridentinum Seſſ.6. can. 7. & 8. Item 12.q.114.ar.10.

De virtutibus, & primò quid ſit virtus. *Cap. V.*

NVNC de virtutibus eſt agendum, & primò quid ſit virtus. Virtus eſt, vt ait Augu. bona qualitas mentis, qua bene viuitur, qua nullus malè vtitur, quam ſolus Deus in homine operatur. Hæc diffinitio datur in comparatione ad agentem. Item ſecundum Augu. virtus eſt habitus mentis bene inſtitutæ, hæc datur in comparatione ad bonum in quo eſt. Itẽ dicit Philoſophus, Virtus eſt habitus voluntarius in mediocritate cõſiſtens quo ad nos, terminata ratione prout ſapiens determinabit. Hæc diffinitio datur in comparatione ad actum circa quem eſt. Item Philoſophus, Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, hæc datur ſecũdum comparationem ad finem. Item Iſidorus. Virtus eſt naturæ habitus, animæ decus, vitæ ratio, morum pietas, cultus diuinitatis, honor hominis, ęternę beatitudinis meritum. hæc datur in comparatione ad effectum. Diffinitio Aug. ſic exponitur. Virtus eſt bona qualitas; hic exponit qualitas pro genere, bona verò dicitur ad dr̃iam malorũ

quali-

qualitatũ animę. Dicitur quoq; bona, qm̃ à bono Deo datur, & bonos tantũm inhabitat, & bonos facit, & ad bonum perducit. Mentis ponitur ad differentiam qualitatũ, quæ ſunt in corpore. Qua bene viuitur, ponitur ad differentiam qualitatum, quibus rectè intelligitur, ſicut eſt ſcientia. Qua nullus malè vtitur, ponitur ad differentiã qualitatum, quibus bene & male vti poſſumus. Quam ſolus Deus operatur in homine, ponitur ad differentiam virtutum cardinaliũ, quæ habentur per acquiſitionẽ. Circa aliã diffinitionem Augu. notandum eſt, ꝙ ibi ponitur habitus mentis bene inſtitutæ, & hoc ad ſimilitudinem regni, quod tunc bene inſtituitur, quando rectè conſulitur, & bene imperatur, & iuſtè obeditur. Eodem modo bene inſtituta eſt mens, ſi ratio rectè conſulit, ſi voluntas bene imperat, ſi ſenſualitas debito modo obtemperat. Ethimologia virtutis hæc eſt. Virtus dicitur quaſi uis intus, & hæc vis conſiſtit in aggreſſione arduorũ, in tolerantia aduerſorum, & in abſtinentia placitorum. Item dicitur virtus quaſi viror nitens. Item dicitur virtus quaſi virũ tuẽs. Item dicitur virtus quaſi viribus nitens. Itẽ dicitur virtus quaſi viri ſtatus. A

Tria concurrũt ad faciendũ, quòd aliquis ſit bonus.

SCHOLIA.

A Qua nullus malè vtitur.] Qua ſcilicet, vt principio vſus non vt obiecto. Aliquis enim poteſt malè vti virtute, vt obiecto, puta male ſentiendo de virtute, id eſt fide &c. odiendo eam, ſuperbiendo de ea; non autem vt principio ita, ſcilicet quòd ſit malus actus virtutis. Hoc modo poteſt male vti opinione, cum ſit ad bonum, &

Vſus virtutis.

& malum, id eſt verum, & falſum. [12. q. 55. articu. 4.

De perfectione virtutum. Cap. VI.

CVM virtus in medio conſiſtat, ſecundũ Philoſophum, illud medium eſt in tribus, ſcilicet in agendis, in habendis, & in ſuſtinendis. In agendis, ſ. intra, ſupra, & citra modum. Apoſto. Rationale ſit obſequium veſtrum. Rom. 12. In habendis, ſ. inter ſuꝑfluum & indigentiam. Prouer. 30. Diuitias & paupertates ne dederis mihi. In ſuſtinendis, ſcilicet inter eleuari in ꝓſperis, & deijci in aduerſis. vnde illud Deut. 5. Non declinabitis neque ad dextram, neq; ad ſiniſtram. Multiplex eſt perfectio, ſ. ſufficientiæ: hanc habent omnes exiſtentes in charitate. Ordinis, huius proprium eſt ſeruare continentiam. Religionis, huius proprium eſt re-
A nunciare omnibus. Prælationis, ad hanc pertinet ponere animam pro ouibus ſuis. Securitatis, huius proprium eſt habere mortẽ in deſiderio, & vitam in patientia. Ad primã perfectionẽ tenetur quilibet, ad vltimã verò nullus tenetur: ſed ad tres medias tenẽtur aliqui ex voto, ex officio, &c. Virtus cõparatur multis rebus, ſ. Auro. Eccl. 2. Aurũ probat fornax. Theſauro abſcondito. Matt. 15. Simile regnum cœlorũ theſauro abſcondito. Gemmis. Eccle. 50. Quaſi vas auri ſo. or. o. la. preci. Armis. 2. Regum. 1. Quomodo ceciderunt fortes in prælio, & perierunt. ar. bel. Arboribus. Matth. 7. Omnis arbor bona

fructus

fructus bonos facit. De hoc Hugo de ſancto Victore. Arbor ſapientiæ per timorem ſeminatur, per gratiam irrigatur, per fidem radicatur, per deuotionem germinat, per deſiderium creſcit, per charitatem roboratur, per ſpem viret, per circunſpectionem frondet, per diſciplinam floret, per virtutũ doctrinam fructificat, per patientiam matureſcit, per mortem carpitur. Item virtus cõparatur floribus. Cãt. 2. Fulcite me floribus. Fontibus. Cant. 4. Fons hortorum, puteus aquarum viuentiũ. Semitis, Prou. 3. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius paci. Veſtibus. Pſal. 44. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deau. Stellis. Baruch. 3. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis. Pigmentis. Cant. 3. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus? Cibarijs. vnde dominus in Euange. Io. 4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me. Alis. Pſal. 54. Quis dabit mihi pennas ſicut col. Tres ſunt bonæ conditiones virtutis, quæ ſunt tentationis remotio, actuũ multiplicatio, & in bono delectatio. Primum ipſam virtutem in radice firmat: ſecundum quaſi floribus decorat: tertium ſapore fructuum delectat. Similiter dicendum eſt quòd conſumationem virtutum quatuor iſta concurrunt, ſcilicet diſpoſitio præparans, habitus informans, operatio probans, præmium coronans.

De arbore ſapientiæ. Dic & cõtra de arbore ſtultitiæ.

Hoc cibo alebent. ſ. hæremi heremitæ p aliquarem. eſſe redundãtiã in corporis ſuſtentationem.

SCHOLIA.

A. Securitatis.] Non tamen certæ reſpectu gratiæ, nec prædeſtinationis, nec perſe-

 ueranti{æ}

uerantiæ; niſi ex ſpeciali reuelatione: Sed ſecuritatis coniecturalis tantùm. Conciliũ Tridentinum. Seſſ. 6. cap. 9. 12. can. 13. 15. 16. 1. 2. & q. 112. art. 5.

De æqualitate virtutum.

Cap. VII.

VIRTVTES omnes in homine ſunt æquales, licet inter ſe diſtinctæ ſint per proprias excellentias: & hęc æqualitas in multis conſiſtit. Æquales namq; ſunt virtutes, primò quantum ad eſſentiã: quia omnis uirtus ſimplex eſt: Secundò quantum ad æqualem radicationem in anima, ſecundũ quod ſunt in ipſa. Tertiò quantum ad relationem ad eundem finem, quia omnes propter Deum operantur. Quartò quantum ad æqualem effectum, quia æqualiter faciunt dignum vita æterna. Quintò quantum ad æqualem facilitatem ad actus ſuos quantũ in ipſis eſt, niſi impediantur. Sicut virtutes ęquales ſunt prædictis modis, ita inęquales ſunt alijs modis. Primò quantum ad vſum, quia ſunt ſicut arma. Sed ſicut miles nõ pugnat æqualiter cum omnibus generibus armorum, quę habet, imò melius pugnat cum illis, quæ frequentius vſitauit, ſic de virtutibus. Secundò quantum ad auctoritatem, quia ſecundum hoc maior omnibus virtutibus eſt charitas. Et quælibet virtus poteſt eſſe maior alia, ſecundum aliquam prærogatiuam, quam habet ſecundum aliquẽ effectum.

Exemplũ pro exercitio virtutum. Vt parati ſiamus pugnatur ex improuiſo.

fectum. Tertiò quantum ad feruorem, quia virtus vna feruētius operatur, q̃ alia. Sciendum eſt, ꝙ eadem virtus non eſt ęqualis ſibi ſemper. Creſcunt.n.virtutes multis modis, ſ.quantum ad intentionem, quantū ad radicationem, quantum ad potentiam virtutis, quantum ad maiorem expreſſionem diuinę ſimilitudinis, & quantum ad diuturniorem permanentiam. Præterea creſcente vna virtute creſcunt omnes, & habes exemplum in cithara: in qua ſi debet eſſe debita proportio ſonorum, neceſſe eſt, vt quando vna chorda tenditur, etiam omnes aliæ tendātur, ne in harmonia fiat diſſonantia. Quare autem polleat aliquis vſu vnius virtutis potius quàm alterius; multæ ſunt rationes. Prima eſt, quia Deo ſic placet, qui dator eſt virtutis. Secunda eſt natura complexionis, quæ magis eſt conſona operibus vnius virtutis, quàm alterius. Tertia eſt vſitatio: qa exercitauit ſe quis magis circa vnam virtutem, quàm circa aliam. Quarta eſt quia minus impugnatur à vitio contrario illi virtuti. Quinta eſt quia maiorem habet diſcretionem in operibus vnius virtutis, quàm alterius. Quælibet enim virtus habet ſuas ꝓprias rationes. Sexta eſt difficultas ſtatus, quia cum de nouo quis conuertitur, licet habeat maiorem charitatem, quàm alius qui diu fuit in charitate, non tamen eſt ita bene expeditus ad bene agendum, ſicut ille, propter reliquias peccatorum, quæ adhuc inhærent. Magnitudini ſcientiæ reſpondere debet magnitudo virtutis, & hoc multiplici ratione, ſcilicet ratione exempli diuini. Ioan.1. Plenum gratiæ & veritatis. Lucæ

Exemplū ſatis accommodum.

A

Notate docti. Et bene.

Quantũ igitur malum: qñ magnitudini ſciẽtiæ correſpondet magnitudo vitiorum?

vltimo. Potens in opere & ſermone. Act. 1. Cœpit Ieſus facere & docere, &c. Ratione exempli Angelici, qui quantò plus cognoſcunt, tanto plus diligunt. Ratione exẽpli humani. Matthæi quinto, Qui autem fecerit, & docuerit, hic maior, &c. Ratione exẽpli naturalis, quoniam lux & calor in Sole proportionantur. Ratione obligationis. Luc. 12. Seruus ſciens volunt. dom. ſu. & nõ fac. plagis vapul. multis.

SCHOLIA.

A Quare autẽ polleat aliquis vſu &c.] Ex hoc loco deſumas rationem, vel rationes, quare Apoſtolus elegantiori ſtilo vſus eſt in Epiſtola ad Hebræos, quàm in alijs. Licèt ſpiritum ſanctum ſibi per gratiã tùm gratificantem, tùm gratis datam in omnib⁹ epiſtolis in ſe loquentem habuerit. [S. Tho. in prohęmio in epiſtola ad Hębreos.

Pro Apoſtolo ad Hæbr.

De connexione virtutum.
Cap. VIII.

A Connexæ ſunt ſibi virtutes & coordinatæ, ita vt qui vnam habet, habeat omnes. Prima ratio eſt largitas Dei dantis, quia non dat unam ſine alia. Secunda ratio eſt, quia ſicut vnum membrum indiget alio, ſic eſt in virtutibus. Tertia ratio eſt, quia ſicut in cithara, ſi defuerit vna chorda, non erit harmonia perfecta, ita nec in anima erit ſpiritualis melodia, niſi adſint oẽs virtutes. Quarta ratio eſt, quia contra ſingula vitia ſunt aliquæ virtutes. Vnde oportet omnes virtutes habere, vt omnia vitia impugnentur.

Sonet vox tua ĩ auribus meis. Applica.

tur. Nam ſicut miles mundi non eſt expeditus, niſi omnia ſua arma habeat, ita nec miles Chriſti, ſi aliqua virtus ſibi defuerit. Quinta ratio eſt, quia ſicut ſtellæ & planetæ ſemper ſunt in ſpheris ſuis, ita & virtutes in anima eſſe debent. Sexta ratio eſt, quia anima eſt ſicut vas auri ſolidum, ornatum lapide pretioſo, ideſt virtutibus. Septima ratio eſt, quia anima eſt ſicut hortus nobilis, cui non deeſt decor alicuius floris vel arboris. Octaua, quia anima eſt ſicut apotheca, cui deeſſe non debet alicuius radicis, vel pigmẽti medicina. Ea autem quæ de connexione virtutum dicta ſunt, intelligi debent de virtutibus gratuitis aliàs infuſis, quæ omnes quo ad habitus ſunt connexæ, ſicut quo ad actus meritorios ſunt æquales. Et licet ſimiles ſint virtutes, tamen aliquæ dicuntur matres virtutũ, ſicut dicit Ber. vbi inquit, Lectio parit cognitionẽ, cognitio amorẽ, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia facilem impetrationem. Secundum hunc modum quatuor dicuntur eſſe matres virtutum, ſ. fides origine, quia ex motibus fidei ſurgũt motus aliarum virtutum. Charitas educatione. Prudentia regimine. Humilitas conſeruatione. Vitia vero non ſunt connexa ſicut virtutes: cuius ratio eſt, qa vitia ſunt in nobis ex operationibus noſtris, quæ ſimiles nõ ſunt. Virtutes autem theologicę non ſunt in nobis per acquiſitionem, ſed per infuſionem. Alia ratio eſt: quia vitia ſunt oppoſita adinuicem, ſicut auaritia, & prodigalitas, quod nõ eſt in virtutibus.

O beatũ ſtudium.

SCHOLIA.

A Qui vnā habet, habeat omnes.] Vnā ſcilicet ſecundum perfectum eſſe virtutis, propriè loquendo hoc eſt mereri vitā æternam; non ſecundum imperfectum, vel ſecundum perfectū impropriè loquendo. Sic igitur poteſt quis habere fidem veram, & ſpem ſine charitate: licet fides, & ſpes ſine charitate propriè loquendo, virtutes non ſint. Neque.n.propter mortale peccatū, quo ſemper amittitur charitas, amittitur ſemper fides vera, & ſpes. Concilium Tridentinum. Seſſ.6.cano.12.q.65.art.4.

Connexio Theologarum virtutum quomodo.

De commendatione virtutum. Cap. IX.

A VIRTVS commendabilis eſt primò à cauſa efficiente, quæ eſt Deus. Ipſam enim, vt ait Aug. ſolus Deus in homine operatur. Secundò à cauſa materiali in qua eſt, quia non niſi in bonis inhabitat. Non eſt autem ſic de bonis naturalibus & fortuitis, quia talia pluit Deus ſuper iuſtos, & iniuſtos. Tertiò à cauſa formali, quæ eſt decor ſpiritualis. Pſal.44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus &c. Quartò à cauſa finali. Auguſt. Præmium virtutis eſt ipſe, qui virtutē dedit. virtus eſt bona multipliciter. Primò in ſe: quia ſicut ait Auguſt. virtus eſt bona qualitas mentis. Nota quòd bona poſſeſſio eſt, quæ propinqua eſt ciuitati, hęc autē eſt intra ciuitatem, quia in anima. Secundò in cooperatione. Hęb. 13. Optimum eſt gratia ſtabilire cor. Tertiò in operatione, quia bo-

num facit hominis opus, quòd nõ eſſet meritorium, niſi ex virtute procederet. Grego. Nihil habet viriditatis ramus boni operis, niſi manſerit in radice charitatis. Quartò in commutatione, quia de lupo facit agnũ, & tenebras conuertit in lucem. Malũ enim culpæ mutat in bonum gratiæ: & malũ pœnæ mutat in bonum gloriæ: quòd ſignificat aqua mutata in vinum. Quintò in diſtinctione, quia per virtutes diſtinguuntur filij Dei à filijs Diaboli. Io. 13. In hoc cognoſcẽt omnes quod diſcipuli mei eſtis, ſi dil. ha. adinuicem, Sextò in exemplificatione, quia omnes ſancti ſtudebant virtutibus. Vnde commendamus in Abel innocentiam, in Abraham obedientiam, in Ioſeph continentiam, in Moyſe manſuetudinem, in Dauid humilitatem, & ſic de alijs. Laudabilis eſt virtus propter multa. Quia magnæ dignitatis. Chriſtum enim doctorem habuit. Vnde Matth. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Quia magnæ ſublimitatis. Tull. Virtus vna eſt altiſſimis defixa radicibus. Quia magnæ iucunditatis. Pſal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundũm. Quia magnę retributionis. Pſal. 18. In cuſtod. illis retr. mul. Quia magnę vtilitatis. Boetius, Nunquam ſine pœna ſunt vitia, & nunquã ſine prĕmio ſunt virtutes. Quia magnæ ſecuritatis. Tullius, Hæc demũ ſapientia eſt, vt omnia tua in te poſita eſſe dicas. Commendabilius eſt ſtudiũ virtutis ſtudio ſcientię, ratione exempli, quia ſancti ſic fecerũt. Ratione authoritatis. Apoſt. Non in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. primę Corinth. 3. Rõne effectus, quia virtus peccatũ

Magna metamorphoſis.

A Bonitas morũ pręſtat bonitati literarum.

A

 expellit,

expellit, ſcientia non. Ratione originis, quia virtus à Deo infunditur: ſcientia per ſtudiũ acquiritur. Ratione finis, quia finis virtutis eſt gloria, & non ſcientia. Ratione obiecti, quia virtutis obiectum eſt bonum: ſcientiæ autem verum. Ratione materię in qua eſt, quia virtus non niſi in filijs Dei: ſcientia non ſemper. Ratione ſecuritatis, q̃a ſecurius eſt eſſe bonum, quàm eſſe philoſophum. Ratione honeſtatis, quia maior gloria eſt ſequi Deum, quàm Ariſtotelem. Ratione vitandi mali, quia primi parentes ſi extendiſſent ita manum ad lignum vitæ ſicut ad lignum ſcientiæ, non incurriſſent tot mala in ſe & in poſteris ſicut incurrerunt.

SCHOLIA.

A Solus Deus in homine operatur.] Solus, id eſt, Sine homine agente, non tamen ſine homine conſentiente. [12. quæſt. 55. articu. 4.

De effectu virtutum. Cap. X.

VIRTVTIS gaudium præcellit gaudium mũdi in iugitate, ſeu duratione. Prouer. 15. Secura mens quaſi iuge conuiuium: ſed gaudiũ hypocritæ ad inſtar puncti. Iob. 20. In puritate cõſcientiæ, ſicut mundius quieſcitur in floribus quàm in luto. In dignitate. Glo. ad Gala. Elatio animi de his quæ digna ſunt, gaudium mundi de indignis eſt. In ſalubritate, Sap. 8. Nihil vtilius in vita hominis. Econtra extrema gaudij luctus occupat. Prouerb. 14. In libertate. Ad Gal. 4. Qua libertate Chriſtus nos liberauit.

uit, & rurſum. In libertatem vocati ſumus. Peccator autem ligatus eſt. Prouerb. 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. In diuina pręſentialitate. Aug. Tale bonũ eſt Deus, vt nemini eum deſerenti bene ſit. Sed nota contrarium in malis. Virtus operatur mira multipliciter, ſ. in cœlo, cui vim facit. Vnde Matth. 11. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. In mundo, quia cuſtodit hominem ne comburatur igne cõcupiſcentiæ, & ne mergatur in aquis voluptatis, ne inquinetur luto incõtinentiæ, & ne laceretur ſpinis auaritiæ. In corde humano, quia vulneratum ſanat, inquinatũ mundat, mortuum viuificat, & excęcatum illuminat. In inferno, quia ignis infernalis nõ poteſt lędere virtuoſum, ſicut nec ignis materialis Salamandram. Virtus rationabilem illuminat ad cognitionem veri, concupiſcibilem excitat ad amorem boni, irraſcibilẽ cõfortat ad deteſtationem mali. Itẽ Deo aſſimilat, quia patri per virtutis vigorem, filio per ueritatis ſplendorem, ſpiritui ſancto per charitatis feruorem. Angelis conformat. Hieronymus, In carne enim præter carnẽ viuere, naturæ eſt Angelicę, nõ humanę. Mentem iucundat, ornat, ſubleuat, honorat, ſanat, viuificat, cibat, ditat, mundat. Itẽ virtus mala pręterita expellit, præſentia impugnat, & à futuris præmunit. Item virtus mentem bene inſtituit, dilectum Deo hominem facit; fructũ tam præmij, quàm meriti adducit, tẽporalia diſcretè diſponit, opera, quæ in ſe indifferẽtia ſunt, bona facit. Sicut ea quæ dicta ſunt declarant nobis effectus

Aureum.

Ergo tale bonũ eſt Deus: vt nemini ei inhærẽti malè ſit, i. (ſic intelligitur Aug.) eſſe poſſit.

virtutum generales, ita ſunt etiam ſingularum virtutum effectus aliqui ſpeciales. Sicut eſt quòd humilitas Deo ſubijcit, pœnitentia reducit, iuſtitia deducit, obedientia conducit, patientia perducit, perſeuerantia introducit, puritas iūgit, charitas Deo vnit.

SCHOLIA.

A In libertate.] Scilicet vera, de qua Chriſtus, verè liberi eritis. Io. 8. Hæc conſiſtit in eſſe verum Chriſti ſeruum, vnde Apoſto. 2. Cor. 3. Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas: & conſequenter non facit nos exemptos ab obſeruatione mandatorum, tum Dei, tum ſponſæ ſuæ Eccleſiæ. [Concilium Tridendent. Seſſ. 6. can. 20. & 21.] Huius ſignum euidentiſſimū eſt hæc Dei operatio. Ecce. Poſtquam inſpirauit in corpus ſpiraculum vitę. [Gen. 2.] mox homini iam facto in animam viuentem, dat Deus mandatum, ne ſub interminatione mortis comedat de ligno ſciētiæ boni, & mali. Quare homini iam libero conſtitutó (illa enim anima inſpirata eſt, ſecundum ſanctos Doctores, anima rationalis à Deo immediatè creata: quæ vtique liberum arbitrium habet) adijcit præceptum tàm ſtrictè ligans? Vt oſtendat ad planum ſenſum: quòd libertas data eſt homini ad finem ſuum, vt liberè obediat Deo: nō vt viuat de ſuo capite. Ligari ergo præceptis diuinis non eſt contra libertatē: ſed fouet ipſam. Monſtrauit etiam per hoc Deus: quòd obedientia ſola nō ſaluat [alioquin omnia ſaluarentur, cū oīa ſeruiant Deo: Pſal. 118.] ſed obedientia voluntarie facta. Vt ergo ſaluaretur homo, dedit ei libertatē: & verū finem libertatis mandató facto ei declarauit.

Nota de libertate, & bene nota contra falsā.

De meritis virtutum. Cap. XI.

MERITVM eſt boni operis efficacia ad obtinendum id quod non habetur: vel ad habendum iuſtius quod habetur. Vnde per meritum de non debito fit debitũ, & ipſum debitum fit magis debitũ. Sicut Rex dat equum quem miles non meruit, ſed per vſum equi meretur eundem equum iam datum. Ad intelligendum autem prædicta ſciendum, quòd triplex diſtinguitur meritum, ſ. congrui, digni, & condigni. Meritum cõgrui eſt per quod diſponitur ſubiectum, vt poſſit recipere gratiam ſecundum rationẽ diuinæ iuſtitiæ. Iſtud vocatur diſpoſitio materiæ, ſ. dum quis facit quod in ſe eſt. Meritum digni dicit idoneitatem operantis ad aſſequendum id quod meretur. Meritũ condigni dicit æqualitatẽ meriti ad remunerationem. dico autem æqualitatem nõ arithmeticam, ſed geometricam, ideſt non quantitatis, ſed proportionis. Et hoc patet, quia Deus ſemper remunerat ſupra meritũ, ſicut punit citra condignum. Vnde non eſt inter meritum & pręmiũ æqualis quantitas, ſed proportio, qa apud Deum non eſt iuſtitia cõmutatiua, cùm nulli debeat aliquid, ſed diſtributiua. Vocatur autem iuſtitia commutatiua, iuſtitia fori, qua datur vnus panis pro vno denario, vel vlna panni pro ſolido. Iuſtitia verò diſtributiua eſt principium quo diſtribuuntur dõna ſecundũ proportionem ad merita; & iſta eſt apud Deũ. Vñ Apoſtolus. 1. ad Corinth. 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.

Diffinitio meriti.

Diuiſio meriti.

rem. Dicendum ergo quod nullus meretur ſibi primam gratiam merito digni, vel merito condigni: ſed tantummodo merito cō grui. Similiter exiſtens in charitate non poteſt alteri mereri primam gratiam merito condigni, ſed merito digni, & merito congrui. Poteſt autem exiſtens in gratia mereri ſibi augmentum gratiæ ex condigno, & per conſequens merito digni, & merito con grui, prout ſuperius expoſita ſunt. Præfati tres modi merendi generaliter habentur, vnde ſi alij inueniuntur, ad eoſdem tres reduci poterunt. Cùm ergo dicitur quòd Beata Virgo meruit portare Chriſtum, intelligendum eſt comparatiuè, id eſt meruit ipſa potius quòd portare debuit quàm alia. A Item mali dicuntur mereri temporalia, quia nullum bonum irremuneratum, ſicut nullū malum impunitū: ſed hoc dicitur improprie, quia opera in mortali facta nō ſunt directè bona, cùm non ſint informata charitate: ſed quia opera aliquid boni habent, dominus interpretatur ea vt bona, & aliquid dat pro eis. Item peccator quandoq; meretur occaſionaliter, quia pauperes interdum obtinēt benefactoribus gratiā ſuis precibus, quarū precū occaſio ſunt eleemoſynæ. B Item ſatis impropriè ſumitur meritū vbi dicitur: Fœlix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem. Ibi enim ponitur meruit, pro exigebat.

SCHOLIA.

Quē meruiſti portare.

A Intelligendum eſt comparatiue &c.] Hæc comparatio tamen non excludit, vt patet profundius ſenſum authoris inſpicienti,

ti,hanc poſitiuam veram, quòd ſcilicet Beata Virgo ex gratia ſibi data, meruerit illum ſanctitatis puritatiſq; gradum; vt congruè poſſet eſſe mater Dei.[3.q.2.ar.11.]

B Satis impropriè ſumitur meritū &c.] Sicut ſatis impropriè dicitur fœlix. Nam ſecundum ſe omnis culpa eſt infœlix, & ad malū aliud ſuo pondere trahit: quæ tamen, ratione bonitatis diuinæ elicientis bonum ex malo, dici poteſt fœlix.[1.q.2.ar.3.

De habilitatione virtutum.
Cap. XII.

QVAMVIS nullus ſibi mereatur primam gratiā, ſecundum quod dictū eſt, poteſt tamen peccator ſe habilitare ad gratiam, faciendo quod in ſe eſt, q a nulli talium gratia denegatur. Hoc autem non eſt ex meritò digni, vel condigni, ſed congrui. Hæc autem congruitas multo magis eſt ex parte Dei gratiam conferentis, q̄. ex parte hominis ſe ad gratiam habilitantis: quia in præparatione ad gratiam, & in infuſione gratię habet ſe anima ad modum materiæ, ipſe verè Deus, vt primum mouens & efficiens. Alia ratione patet, quòd huiuſmodi congruitas magis eſt à Deo quā ab homine, quia habilitatio, quæ eſt ex parte hominis, ſolummodo dat locum diuinæ miſericordiæ, vt ſalua iuſtitia poſſit alicui conferri gratia: quia iniuria fieret diuinæ iuſtitiæ, ſi tali daretur gratia, in quo eſſet obex, id eſt voluntas peccandi. Sufficiēs igitur habilitatio ad gratiam eſt, ſi homo facit A

quòd

quod in ſe eſt. Facere autem quod in ſe eſt tria complectitur, ſcilicet vt homo actū peccandi, & voluntatem peccādi deſerat, & conetur in bonum, prout eſt ſibi poſſibile. Nota quòd omne meritum vel demeritum acquiritur in hac vita. Item non bonum facere, ſed bene facere, laudabile eſt. Non enim verbis, ſed aduerbijs meremur. Vnde verſus. In vitæ meritis præſunt aduerbia verbis.

Valde notandum: quanto à paucioribus ē obſeruatū.

S C H O L I A.

A Nulli talium gratia denegatur.] Si huiuſmodi præparatio conſideretur ſecundū quòd eſt à Deo mouente; non ſecundùm quòd eſt à noſtro libero arbitrio. Nam ſi infallabiliter daretur gratia habitualis homini præparanti ſe ad illam, ſecundum quòd præparatio eſt à libero hominis arbitrio; tunc collationis gratiæ prima cauſa eſſet ex nobis; quod eſt Pelagianum. Nunc autem quia infallibiliter datur præparanti ſe ad illam, ſecundum quòd præparatio illa principaliter eſt à Deo mouēte, prima cauſa collationis gratiæ eſt à Deo; licet prima cauſa defectus gratiæ, quando illā non conſequimur, ſit ex nobis. 1.2.q.112.argu.3. Vide ſupra huius.2.].

Contra Pelagiū.

De operibus meritorijs. Cap: XIII.

OPERA meritoria totaliter ſunt à gratia, & totaliter ſunt à libero arbitrio, licet principaliter à gratia: quia gratia comparatur ad liberum arbitrium, ſicut ſeſſor ad equum. Sicut enim ſeſſor equum dirigit: ita gratia dirigit liberum arbitrium in exercitio virtutum. Per nos enim malum

facere

facere poſſumus,ſed non bonũ. Ad efficaciã merendi tria valent. Primũ eſt difficultas operis; qđ patet in martyrio. Secundũ promptitudo voluntatis. Apoſto. Hilarem datorẽ diligit Deus. Tertium eſt magnitudo charitatis. Ipſa enim charitas pondus eſt ſanctuarij, ſecundum quòd omnia quæ erãt in templo, ponderabantur. Ad hoc quòd aliqđ opus ſit meritorium,;tria requiruntur. Primo quòd ipſum opus fiat in charitate, quia opera quæ fiunt extra charitatem, mortua ſunt, ſicut carbo extinctus. Secundò quòd fiat ex charitate: multa enim fiunt in charitate, quæ tamen non ſunt meritoria, ex eo quòd non fiunt ex charitate, id eſt, quia nõ referuntur ad finẽ debitum. Tertiò, quòd idem opus ſit referibile ad bonũ. Hoc ideo dico, quia mala non poſſunt bona intentione fieri, alioquin ſequeretur abſurditas, ꝙ idem opus eſſet meritorium & demeritoriũ. Attenduntur aũt tria in merito ex parte hominis, ſ. ſubiectũ, hoc eſt anima. Itẽ liberum arbitrium. Item intentio, ſicut finis. His tribus reſpondent tria ex parte Dei, ſcilicet gratia, virtus, charitas. Et gratia quidẽ reddit ſubiectum Deo gratum, virtus autẽ habilitat liberum arbitriũ: charitas verò dirigit intentionem ad debitum finem. Dicit Augu. ꝙ meritum cõſiſtit penes liberum arbitrium occaſionaliter. Hoc dicit, quia liberum arbitrium facit ad meritũ, ſed non ſufficit. Formaliter hoc dicit, quia ex virtute tanquam ex forma procedit motus, & elicitur de potentia penes motum virtutum. Eſſentialiter, hoc dicit, quia motus eſſentialiter eſt meritũ: quia quod eſt penes ipſum, eſt

2. Cor. 9.

Secũdum charitatẽ principaliter ponderantur oĩa merita.

eſt penes gratiã. Efficialiter, hoc dicit, quia ſine gratia nullus motus eſt meritorius penes opus. Inſtrumenraliter, hoc dicit, quia opus exterius eſt quaſi cauſa inſtrumentalis ipſius meriti. Nota generaliter, ꝙ non meremur ſine gratia, neque paſſionibus, in quantum paſſiones ſunt, neque motibus naturæ. Dicit enim Philoſophus. Natura, neque boni, neque mali ſumus, neque inuiti. Auguſt. Nemo inuitus bene facit, etiam ſi bonum eſt quod facit, neque libero arbitrio ligato. Quiſquis enim non habet vſum rationis, & liberi arbitrij, non meretur vel demeretur, ſicut ſunt infantes, dormientes, inſani, & animalia bruta.

SCHOLIA.

A Gratia dirigit liberum arbitrium.] Ita tamen, vt liberum arbitrium non ſe habeat merè paſſiuè, neque etiam in ipſa prima ſui motione a Deo; Sed ita vt cooperetur Deo monẽti, & poſſit diſſentire ſi velit. [Conc.Trid.ſeſſ.6.can.4.ſup.lib.3.c.10.]

De libero arbitrio.

De fine actionis. Cap. XIIII.

QVia meritum, vel demeritum circa finem actionum attenditur, ideo nota regulas de hac materia. Ex fine dicitur actus bonus, vel malus. Malus actus, non fit ex fine bonus. Vna intentio multos actus informat. Vnde, ſi aliquis intendit vnum ſolidum dare pro Deo, ita quòd quotidie det vnum denarium, ſi quandoque obliuiſcitur, & non refert in Deum dationem huius denarij, tamen datio eſt meritoria propter ipſam intentionem primam.

Finem

Finem ſub fine poteſt quis ponere: verbi gratia, Aliquis intendit ire ad forum, & hoc intendit vt emat medicinas, & ad hoc emit eas, vt curetur ab infirmitate: & ad hoc curari deſiderat, vt melius Deo ſeruiat, In iſto præcedentes voluntates omnes ſunt meritoriæ propter vltimam. ſecũdum enim vltimum finem omnes præcedentes voluntates iudicantur bonæ vel malæ, quando priores actus ſunt indifferentes. Diuerſi fines non ſunt faciendi, quorum vnus non ſit ad aliũ referibilis. verbi gratia: aliquis intendit ire ad quandam domum vt luxurietur, ad hoc vult luxuriari vt ſanior ſit, ad hoc vult eſſe ſanus vt ſeruiat Deo. Iſte finis vltimus illam voluntatem quæ eſt luxuriari, non informat, ſed potius econuerſo illa voluntas iſtam intẽtionem deformat, quia vna intentio peruerſa plures deprauat voluntates. Nota quòd actio corporalis poteſt referri ad finem temporalem, dummodo poſtea referatur ad Deum. Actio autem ſpiritualis, vt prædicatio, non poteſt referri ad finẽ temporalẽ, ẽt ſi illud temporale referatur ad Deũ. Et hoc eſt quod dicit Aug. Debemus manducare vt euangelizemus, non euangelizare vt manducemus. Si autem in actionibus finis primus ponatur Deus, & finis vltimus aliquod temporale, peruerſiſſimum eſt: Bene autem licet conſtituere duos fines, ſcilicet temporalem & æternum, vt ſcilicet illud quod eſt æternum, finis ſit vltimus.

Omnia opera ergo facta pro fami lia a gubernante in charitate propter Deũ ſunt meritoria.

Modicũ fermentũ totam maſſam corrumpit.

A

S C H O L I A.

A Actio ſpiritualis.] Et a ſimili nulla res compoſita, ex ſpirituali, & corporali ita, vt

Caſus cõ ſcientiæ de ſimonia.

principale illius ſit ſpirituale. Hinc habes, quòd non licet prædicatori pro prædicatione, ſacerdoti pro celebratione, pro officio mortuorum, ordinatori pro collatione ordinum, cæteris ſimilibus paciſci; aut quouis modo hæc ſub pretio ponere abſolute. Non tamen per hoc intendit author negare: quod licitum ſit pro ſuſtentatione miniſtrantium ſpiritualia velle, & accipere temporalia; imò etiam poſt exhibitionem ſpiritualium prius gratis factam. (Ne nomen clericorum blaſphemetur tamquam auarum ac ſimoniacum) cogere authoritate ſuperiorum ad ſeruandas laudabiles cõſuetudines, pro ſubuentionibus talium miniſtrorum. [D. Cardinalis Caietanus in Summula. tit. ſimonia regula ſecũda & quarta.]

Quid mereamur bonis operibus.
Cap. XV.

OPERA bona ſunt meritoria trium, ſcilicet vitæ æternæ, augmenti gratiæ, remiſſionis pœnæ. Primum reſpondet radici operis, ſcilicet charitati: & hoc eſt præmium ſubſtantiale vitę æternæ, præmium verò accidẽtale reſpondet generi operis, ſicut & augmentum gratiæ, qui operibus excellentibus & ſupererogationis meremur magis augmentum gratiæ; quam aliis operibus. Remiſſio autem pœnæ reſpondet pęnalitati operis, quia opera, quæ magis ſunt pœnalia, magis ſunt meritoria remiſſionis pœnæ. Eſt.n.regula in theologia. quòd pœna pœnæ eſt reſolutoria. Nota igitur, quòd

licet.

licet tota vis merendi vitam æternam, & etiam alia, conſiſtat in charitate, non tamen totus effectus: quia effectus merendi conſideratur etiam penes magnitudinē operis; ſicut patet in merito remiſſionis pœnæ, quod non ſolùm conſiſtit in charitate, ſed etiā in operibus pœnalibus: & huius exemplum habemus in Chriſto, qui meruit nobis apertionem ianuæ paradiſi cum effectu: hoc autem meritum non erat in ſola charitate, ſed in charitate & excellentia operis; id eſt, in ſua paſſione. Sciendum eſt quod de premio ſubſtantiali meretur homo tantum per vnum actum, quantum per mille, manente eadem radice & non creſcente. Valēt tamen huiuſmodi opera ad multa alia. vnde verſus. Iucundat (.ſ. mentem) ſtabilit (.ſ. virtutes) auget (.ſ. meritum accidentalis præmij) Peccata remittit (quantum ad pœnam, quæ iam dimiſſa ſunt quo ad reatum per gratiam). Debilitat (fomitem) remouet (acediam) exercitat hominem (ideſt aſſuefactione boni) atque repellit (tentationes diaboli.) Nota quòd primam gratiam nullus peccator poteſt mereri propriè, & hoc multiplici ratione. Primo, quia talis non habet radicē merendi .ſ. gratiā. Secunda propter ſtatus indignitatem, quia peccator nō eſt dignus pane quo veſcitur. Tertia; quia nullius hominis opus placet Deo, niſi placeat ipſe prius. Vnde prius reſpexit Deus in Abel, quā ad munera eius, vt dicitur Gen. 4. Quarta, quia naturaliter antecedit cauſa ſuū effectū, ſic & gratia cū ſit cauſa meriti, precedit meritum. Ipſa. n. ſecundum Aug. voluntatē noſtrā preuenit vt velimus, & ſequitur

A

Vide: quàm vilis ſit, vltra cæteras vilitates.

tur ne fruſtra velimus. Gratia (ſicut ſuprà dictum eſt) per bonum vſum eius, & merito condigni meretur augeri in via, vt aucta mereatur perfici in patria. & hoc a Deo, cuius eſt gratiam infundere, augere, & perficere ſecundum cooperationem voluntatis noſtræ. Nam ſicut Deus eſt ipſius gratiæ fontale principium influendi, ſic ipſe ſolus eſt principium augendi per modum infundentis, gratia verò per modum meriti & dignitatis, ſed liberũ arbitrium per modũ cooperantis. Sicut liberũ arbitriũ per gratiam meretur merito condigni augmentum gratiæ in ſtatu viæ, ſic etiam meretur merito condigni ipſius complementum in ſtatu patriæ. Quod autem ex condigno mereamur vitam æternam, multæ ſunt cauſæ. Prima eſt efficacia doni ſpiritus ſancti cooperantis in merito. Secunda veritas Dei promittentis. Tertia, perſuaſibilitas liberi arbitrij conſentientis, & finaliter perſeuerantis. Quarta, difficultas ſtatus merendi. Quinta dignitas Christi capitis noſtri interuenientis, quod glorificari debet cum membris ſuis. Sexta, liberalitas Dei tribuentis, quem non decet parua reddere. Septima eſt obſequium fideliter obtemperantis. Octaua, notabilitas operis quod ex charitate procedit, quod tantum ponderat in conſpectu iudicis, quantum amor ex quo procedit, & ideo non poteſt ſufficienter, niſi ſummo bono remunerari.

Bona extra charitatem. Opera quæ non fiunt in charitate, licet non valeant ad vitam æternam, valent tamen ad alia multa, vnde verſus. Aptat cor (ſcilicet ad ſuſceptionem gratiæ) minuit pœnam (ſcilicet illam quæ deberetur ſi non fieret

illud.

illud opus, non autem illam, quæ iam debetur) & dat bona terræ (ſcilicet temporalia). Occupat (ſcilicet ne ſit homo interim ocioſus vel operi malo deditus) aſſueſcit (ſcilicet ad bene operandũ) delectat (ſcilicet mẽtem) mitigat (ſcilicet fomitem) arcet (ſcilicet fluxum peccati) Vltimò ſciendum, quòd nullum malum erit impunitum, & nullum bonum irremuneratum.

Regula de omnibus.

SCHOLIA.

A De præmio ſubſtantiali meretur homo tantum &c.] Ratio huius eſt; quia præmium eſſentiale datur operibus bonis, inquantum illorum bonitas eſt ex charitate; Sicut accidentale bonis, inquantum illorũ bonitas eſt ex genere operum. Hac ratione fit; quòd quandoq; minus meretur de præmio eſſentiali ſeruans præcepta, & conſilia ſimul; quàm ſeruans præcepta tantùm: Et quandoque minus habet de præmio eſſentiali aliquis martir, quàm ſimplex cõfeſſor: quia ſcilicet ille vtrumque ſeruabit, & ſuſtinebit martirium, ex minori charitate, & iſte ex maiori ſeruabit vnum, ac Deo ſine opere martirij confitebitur. [addit quæſt. 96. art. 1. ad ſecundum. & artic. 6. ad tertium idem S. Thomas ſuper 1. Corin. 3. lectio 2. Non enim difficultas operis in ſe primo penſatur: ſed magnitudo charitatis.

De præmio eſſẽtiali, accidentali, mirum.

De diffinitionibus, & differentijs virtutum. Cap. XVI.

VIRTVTES ſecundum Macrobium dicuntur quandoque politicæ, quandoque

que purgatoriæ, quandoque purgati animi, quandoque exemplares. Primas docet Salomon in Prouerbiis, ſecundas in Eccleſiaſte, tertias in Cāticis, quartas in Deo legimus. Politicæ nanque dicuntur ſecundum quòd regunt vitam humanam quo ad opera exteriora; & ſecundum quòd pugnant contra vitia. Purgatoriæ dicuntur ſecundum quòd iam ſunt in victoria vitiorum; & reſpiciunt partim interiora, partim exteriora. Purgati animi dicuntur, quando deuictis iam vitiis poſseſſor virtutum quieſcit, rarò inſurgētibus primis motibus. Exemplares dicuntur quæ in mente diuina conſiſtunt. Nam ideæ virtutum in Deo ſunt; & ipſe rerum omniū eſt exemplar. Ariſtoteles diuidit virtutes in intellectuales & conſuetudinales. Intellectuales diuidit in ſophiam, id eſt ſapientiā, & intelligentiam, & phroneſin, id eſt, prudentiam ſpiritus. Et hæc tria ordinant nos ad Deum, quia ſophia regit affectum, intelligentia intellectum, ſed phroneſis vtrumque: Prudentia enim ſpiritus regit cogitationes & affectiones. Virtutes verò conſuetudinales diuidit in honeſtatem & liberalitatem. Hæc duo ordinant nos ad hominem: quia honeſtas ordinat hominem quo ad ſeipſum, liberalitas quo ad proximum. Item philoſophia moralis diuiditur in ethicam, œconomicam, & politicam. Horum prima mores quo ad ſeipſum inſtruit, ſecūnda familiam diſponit, tertia vrbes & regna gubernat & regit. Circa virtutes & hoc notandum eſt, quòd cùm ſit vna gratia gratificans animam, ſeptem tamen ſunt virtutes quibus humana vita regitur: tres ſcilicet

theolo-

theologicæ, & quatuor cardinales. Et licèt A hæ virtutes ſint gratuitæ per informantem diuinam gratiam, poſſunt tamen informes fieri per culpam, & iterum informari per pœnitentiam adueniente & gratia, quæ eſt habituum virtutis origo, finis, & forma. De hac lege ſola charitas excipitur, quæ informis eſſe non poteſt ſicut cæteræ virtutes, cũ ſit virtutum forma. Nam cum habitus aliarum virtutum habentur ſine gratia & charitate, in quibus conſiſtit vita virtutũ: tunc ſunt informes. Cũ autem gratia ſuperuenerit, tunc formantur & decorantur, & Deo fiunt acceptabiles. Vnde virtutes informes ſunt ſicut colores in tenebris, ſicut carbones extincti, & ſicut rami aridi, & ſicut alæ mortuæ, & ſicut aurum obſcuratum, & gẽmæ conuerſæ in ſilices. Econuerſo virtutes formatæ ſunt ſicut colores in luce, viſibiles quidem, & aſpectui complacentes: & ſicut carbones ardentes, & ſicut rami virentes, & ſicut alæ viuentes ac volantes, & ſicut aurum fulgens, & ſicut gemmæ vas aureum decorantes. Differentia eſt inter virtutes, & præcepta, & dona, & fructus, & beatitudines; quia virtutes potentias diſponunt, præcepta opera reſpiciunt, dona operibus addunt, fructus facultatem ſpiritui, ſiue guſtui ſaporẽ ſpiritualem apponunt, beatitudines ipſis virtutibus præmium ſiue vitę ſiuę patrię coniungunt. Alia eſt differentia, quia virtutibus bene operamur, donis expeditè, beatitudinibus perfectè operamur, ſed fructibus fruimur Deo.

Exempla virtutum formatarum, informium.

SCHOLIA.

A Et quatuor cardinales.] Scilicet ſingulæ

A gulæ cum ſingulis ſuis partibus, tùm integralibus, tùm ſubiectiuis, tum potentialibus. Sic enim quatuor cardinales totã moralem vitam, atque doctrinam, continẽt: Vt ex toto decurſu circa iſtas quatuor, [habes a Sancto Thoma in ſecunda ſecundæ, Summæ Theologiæ.

Doctrina moralis quomodo in cardinalib.

De differentia virtutum cardinalium, & Theologicarum.
Cap. XVII.

DIFFERENTIA virtutum theologicarum & Cardinalium hæc eſt: quia theologicæ mouent ad finem, ſed Cardinales ad ea quæ ſunt ad finem. Alia differentia eſt quia theologicarum virtutum finis & obiectum eſt ipſe Deus: ſed virtutum Cardinalium finis eſt ipſe Deus, & non obiectum propriè. Item virtutes theologicæ mouent ad opera ex rationibus ſumptis a iure diuino, ſed Cardinales a iure naturali. Item virtutes theologicæ attenduntur quantum ad actus interiores, Cardinales verò quoad ad opera exteriora. Item virtutes theologicæ non habentur ſine donis: Cardinales verò ſine donis haberi poſſunt. Itẽ virtutes theologicæ ſunt diſcretiuæ actuum in Deũ, Cardinales verò in proximum. Item in theologicis ſic eſt ꝙ habitus generãt actus, ſed A in Cardinalibus eſt econtra, quia ibi actus generat habitus. vnde philoſophus. Quales inquit ſunt actus, tales ſunt & habitus.

S C H O L I A.

A Sed in Cardinalibus.] Scilicet acquiſitis.

tis.Nam Cardinales quandoque infunduntur. [prima 2.quæſt.63. articulo tertio,] & tunc illarum habitus generant actus. In virtutibus autem theologicis, cùm ſemper ſint totaliter ab extrinſeco [1.2.q.63.art.1.] non dantur hæ diuerſæ conſiderationes de infuſo & acquiſito.

De virtutibus theologicis in genere. Cap. XVIII.

ANIMA quantum ad ſuperiorem partem, in qua conſiſtit imago Trinitatis rectificari habet per tres virtutes theologicas. vnde ſicut imago creatoris conſiſtit in trinitate perſonarum, & vnitate eſſentiæ: ſic imago recreationis, in trinitate habituũ, cùm vnitate gratiæ. Per hos autem tres habitus virtutum anima fertur in ſummam Trinitatem ſecundum tria appropriata tribus perſonis: ita quòd fides dirigit in ſummè verum credendo, & aſſentiendo: Spes verò in ſummè arduũ innitendo, & expectando: charitas autem in ſummè bonum deſiderando, & amando. Virtutes theologicæ differunt inter ſe multipliciter. Primò ſecũdum actus proprios. Nam fides facit Deo aſſentire, ſpes in Deo confidere, charitas facit Deum diligere. Secundò differunt ratione ſubiecti: quia fides eſt in intellectu ſpes & charitas in voluntate aliter & aliter. Tertiò differunt ratione obiecti. Nam fides eſt circa verum, ſpes circa arduum, charitas circa bonum. Quartò ratione effectus differunt. Nam fides in præſenti Deum ſe- Pulchrũ.

quitur, ſpes in cœlum comitatur, charitas perenniter amplexatur. Quintò, differt ratione cognitionis: quia per fidem cognoſcitur Deus vt veritas, per ſpē habetur vt æternitas, per charitatem diligitur vt bonitas.

SCHOLIA.

A Spes in cœlum comitatur.] Ita tamē, vt cœlum non ingrediatur. Sola.n. charitas ex theologicis virtutib' remanet in patria, iuxta id, fides, ſpes, charitas &c. Maior horū charitas. 1.2.q.67.art.3. & 4. & 6. 1.Cor.13

De fide. Cap. XIX.

Hebr.11. FIDES ſecundum Apoſtolum eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. In hac diffinitione fides dr̄ ſubſtantia, ideſt fundamentum ſubſtans ędificio ſpirituali, quod eſt gratia, & gloria. Ipſa nanque fides facit aliqualiter iam res ſperandas in nobis ſubſiſtere ꝑ gratiam, & faciet tandē per gloriam. Vel ideo fides eſt fundamentum gratiæ & gloriæ, quia ipſa eſt primus habitus virtutum: primus dico non tp̄e, ſed natura. Rerū ſperandarum dicitur, quia fides per aſcēſum facit in nobis ſubſiſtere res ſperandas. Argumentum dicitur. id eſt arguens mentem, quia fides inclinat intellectum ad credendum ea, quæ non apparent, & propter hoc dicitur fides potius argumentum, quàm concluſio: quia fides probat de non apparentibus ꝙ ſint, & non probatur. Non apparentium dr̄, quia fides ſua luce, & virtute manifeſtat ea,

Aedificiū ſpirituale

quæ

quæ non apparent, tam præterita quàm præſentia, quam etiam futura. Præterita quidem, quia ſecundum Apoſtolum fide intelligimus aptata eſſe ſecula. Præſentia verò, ſicut ait Aug. demus Deo aliquid poſſe, & nos intelligere non poſſe. Futura autem, quia per fidem credimus reſurrectionem mortuorũ, & huiuſmodi. Fides dicitur multipliciter, ſ. habitus informatus charitate, illuminans mentem ad credendum. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Qualitas informis. Iacobi 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Motus fidei. Aug. Fides eſt credere quod non vides. Facilitas credendi. Matt. 8. Non inueni tantam fidem in Iſrael. Deuotio fidei. Matth. 15. Mulier, magna eſt fides tua. Articulus fidei. Vnde in ſymbolo Athanaſij. Hæc eſt fides catholica, vt credamus & confiteamur. Sicut in aliqua ſcientia quædam ſunt antecedentia: vt ſuppoſitiones: quædam verò conſequentia, vt concluſiones: quædam quaſi media, vt propoſitiones probantes: ita in doctrina fidei quædã ſunt ibi ad modum ſuppoſitionum, vt ea, quæ ſunt de iure naturali, & vniuerſalia antecedentia articulos fidei, ſ. ꝙ ſcriptura ſit condita & expoſita inſpiratione ſpiritus ſancti, & quòd vera ſunt quæ loquitur dominus in ſcriptura, & per ſanctos ſuos, & huiuſmodi: quædam ad modum concluſionum, vt ea quæ ad mores pertinent ſcilicet non eſſe fornicandum, fornicationem eſſe mortale peccatum, & huiuſmodi: quædam ad modum propoſitionum, vt articuli fidei. Et nota quòd fides eſt quaſi media inter opinionem & ſcientiam, quia opinio ſe habet

Contra nimiũ curioſos: qbus videtur, ſe poſſe intelligere qcquid De' potuit facere; puta quia hunc præđſtinauerit; iſtum autẽ nõ: fides ergo eſt certiſſima ſine alterius partis vlla formididine cognitio, ſine euidenti credibilium in ſe ipſis cognitione. 22. q. 1. ar. 4. & q. 4. ar. 8.

ad vnam partem contradictionis cum formidine alterius partis, & ſine cauſæ cognitione: Scientia vero ſe habet ad aliam partẽ contradictionis ſine formidine reliquæ, & cum cauſæ cognitione per media neceſſaria: vnde ſcientia eſt neceſſariorum; & ita patet quòd fides participat cum vtraque. Ad fidei perfectionem ſeptem pertinent. Primum eſt, quòd ſit primæ veritati innixa, ſicut fides Moyſi, qui negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Secundum eſt quòd ſit charitate formata, ſicut Mariæ Magdalenæ, quã fides ſaluam fecit, & cui dimiſſa ſunt peccata multa, quoniam dilexit multum. Tertiũ eſt quòd ſit deuotione feruida, ſicut illius mulieris cui dixit dominus: O mulier, magna eſt fides tua. Quartum quòd ſit bonis operibus probata, ſicut fides Cornelij. Quintum, quòd ſit fortitudine roborata, ſicut fides Stephani, Laurentij, & aliorum martyrum, qui per fidem fortes facti ſunt in bello. Sextum quòd ſit obedientia decorata, ſicut fides Abrahæ. Septimum, quòd ſit humilitate ſubiecta, ſicut fides Beatæ Virginis, quæ ait: Ecce ancilla domini. Nota quòd fides magis innititur authoritati, quam rationi, quia ſecundum Grego. Fides non habet meritũ, cui humana ratio perhibet experimentum, intellige, ſufficiens. Quanuis enim fides rationibus firmetur, tamen nec talibus, nec experimẽto ſenſibili debet quis credere contra fidem: ſicut patet in Euchariſtia, vbi & viſus, & guſtus, & tactus, & olfactus dicit eſſe panem & vinum, ſed fides di-

dicit eſſe corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti. vnde Aug. Quod intelligimus, debemus rationi, quod credimus, debemus authoritati, quod opinamur, debemus errori. Nota quòd duplex eſt cognitio de Deo, ſcilicet naturalis, & accidentalis. Naturalis cognitio duplex eſt, ſcilicet ante peccatum, qua homo cognoſcebat aperte Deum in creaturis, & poſt peccatum, & hoc eſt per ſpeculum, & in ænigmate. Accidentalis cognitio triplex eſt, prima eſt acquiſita per rationes naturales, quam habuerũt philoſophi, & hæc dicitur ſcientia. Secunda eſt quæ habetur teſtimoniis ſcripturarum & miraculorum: & hæc cognitio dicitur fides informis. Tertia eſt quæ habetur per infuſionem gratiæ gratum facientis, & hæc dicitur fides formata, & per talem cognitionẽ aſſentit anima primæ veritati propter ſe, & ſupra omnia. Vnde ea aduenichte pereunt omnes aliæ cognitiones accidentales, ad minus quo ad actum. Cum enim aliæ cognitiones veniunt in animam, tunc fides tanquam velociter præoccupat motũ omniũ, cum fides ſit de non apparentibus, & difficile ſit occulta credere. Duo autem ſunt neceſſaria ad hoc vt firmiter credatur. Primũ eſt illuſtratio veritatis animam eleuans. Secundum eſt rectificatio authoritatis animã firmans, & inſtruens: quorum primum eſt per fidem, ſecundum per ſcripturam authenticam, & per ſpiritum ſanctum editam. Authoritas ergo præbet fulcimentum fidei, & fides aſſentit authoritati. Vtrumq; verò per Chriſtum eſt, propter quod & ſplendor, & verbum dicitur, quia mentem per fidem

 illu-

illuminat, & veritatem per doctrinam oſtẽdit. Hoc quoq; ſciendum eſt, ꝙ tantum vna eſt fides, tam in præteritis, q̃ in præſentibus, q̃ etiam in futuris, licet magis clara ſit in eis, & explicita, qui ſequuntur Chriſtum, q̃ in eis qui præceſſerunt eius aduentũ; ſicut nouum Teſtamentum clarius eſt, q̃ vetus. Quòd enim nos credimus eſſe factum, antiqui Patres credebant eſſe futurum, exceptis articulis, qui adhuc reſtant complẽdi, ſicut eſt reſurrectio mortuorum, & iudicium extremum, & remuneratio bonorum, & punitio reproborum.

SCHOLIA.

A Bonis operibus probata.] Alioquin non ſufficit ad ſalutem; ſicut ad literã Chriſtus dixit Matth. 7. Non omnis (inquit) qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in Regnum cœlorum, ſed qui fecerit volũtatem Patris mei. Item: Multi dicent mihi in illa die, Domine, in noĩe tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus: Et ego (inquit) confitebor illis, quia nunquã noui vos; diſcedite a me operarij iniquitatis. Quid clarius? Quid firmius? Quid certius a quoquam dici poteſt? En fides iſtorum, & tamen non ſaluat: Sed audiunt hi fideles: Diſcedite a me, &c. Et nunquam noui vos. Quid eſt, nunquam noui vos; niſi aperte dicere; etiam tunc quando in virtute fidei operabimini illa miranda quæ narraſtis, ego non approbabam vos? Probabam quidem vestra, ſed vos minime; quia veſtra aliquid

Impiũ eſt & contra expreſſũ Eu ig. dogma; q' ſola fides ad ſalutẽ ſufficiat.

quid

quid erant, vos autem quo ad meritum vitę æternæ nihil eratis. Hoc eſt illud quod Chr̃s ſubſcribens Apoſt. 1. Cor. 13. dicit. Si linguis hominum loquar & Angelor. &c. ſi habuero omnem fid. &c. Si diſtribuero in cibos paup. omnes facultates meas &c. Charitatem aũt non habuero, nihil ſum. Quam ſententiam Auguſt. ad minutum expendens aiebat. Illa quidem magna ſunt: Sed, ſi ego hęc ſine charitate habeam, inquit: Non illa, ſed ego nihil ſum. Verum age ad verba Domini reuertentes inibi profundius adhuc inſipientiam noſtri temporis Antichriſtorũ inſpiciamus; ſi forte & ipſi hanc inſpiciẽtes a laqueis diaboli reſipiſcant; vel certè vt obſtruatur os loquentium iniqua. Non omnis (inquit) q dicit &c. Multi dicẽt &c. Et reliqua textualia verba. Si Chriſtus fidem ſolam expreſſe dicit in his locis non ſufficere ad ſalutem, q̃ temerarij blaſphemi, falſarij, &c. Sunt hæretici illi, qui ſolam fidem ſufficere ad ſalutem blaterant? Vt quid Chriſtus ad hoc venenoſum dogma a ſuis explodendum, tàm apertè inſũdat, hucuſque etiam progrediẽs, vt damnationem quoq; dogmatis huius ſectatoribus pronunciet, niſi vt Antichriſtos merito vocandos inſinuet illos, qui huiuſce doctrinæ a ſemetipſo perſonaliter damnatę contrarium annunciare præſumpſerint? Tã horribile contra ſalutem veram chaos aperiturũ hoc dogma hominibus pręuidit Chriſtus, vt non expectauerit Conciliũ aliquod Eccleſiæ Sanctæ, ad huiuſmodi inſaniam profligandam, congregandum; vbi & ipſe in illius medio conſiſtens tam peſtiferum dogma detruderet: Sed ipſe idem, dùm adhuc

Hom. ſcribitur. Io. 10. cap.

Text' ad litteram pleniſſimam, cõtra illud dogma, & quidẽ a fortiori. Nota per totum.

uiueret in carne mortali, & in ſermone quidem. primò in monte coram Apoſtolis totius orbis ſenatoribus habito, tàm ſolenniter, tàm perſpicuè, tàm terribiliter damnarit, excommunicarit, anathematizarit. Multi (inquit) mihi dicent &c. A fortiori conteſtatur hic Chriſtus, quòd ſola fides non ſufficit. Audi. Si fides ad dominum habita (hęc ſignatur per ly domine, el primo,) iuncta fidei confeſſioni (hæc ſignatur per ly Domine, el ſecundo) ac miraculorum operationi (hæc ſignatur per ly virtutes multas fecimus) non ſufficit ad ſalutem; quomodo eſſe vnquam poterit, aut ſapiens aliquis unquam imaginari valebit, quòd ſola ipſa fides ſufficiat ad ſalutem? Si talis homines fidei, etiam his iunctis, vocantur per Euangelium ſtulti, niſi habita per fidem Chriſti verba fecerint, id eſt obſeruarint; quomodo nõ ſtulti, magiſq; ſtulti, verè dicentur illi, qui ſolàm fidem ſaluatricem eſſe contendunt? Si talis homines fidei, etiam his mirabilibus additis ſine cuſtodia mandatorum Dei ruituram miſerrimè domum ſuper arenam ædificare pronunciat Chriſtus; quomodo non talem domum, magiſque fictilem, ædificare veraciter dicẽtur hi, qui ſoli fidei tanquam ad ſalutem ſufficienti innituntur? Dant quotidie hi, (quod patet ad ſenſum) minas magnas, errantes, & in errorem alios mittentes; ita vt fantaſiarum ſuarum ſtultarum, ac ſuper arenam fundatarum nullus ſit numerus: Et Babilone ipſa confuſiores exiſtant. Quę (ſodes) ruina peior, quàm cadere, & caſum ſuum non agnoſcere, imò tũc ſe viriliter ſtare, atq; ad altiora cõſurgere,

certo

certo certius arbitrari? Fantaſias ſuas pro Achilleis rationibus, reclamante Chriſto Domino, mordicus continere, quantam rui nam facit? Tales ſunt hi cæci, cæcitatem amantes, imò cæcitatem hanc ſuam pro magna luce habentes, ac effrontè paſſim ſic prędicantes, & (quod peius eſt) profitentes ſe duces cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, magiſtros infantium, eruditores inſipientium. Hui quantæ ruinæ.] 12.q.5.ar. 7.& q.108.ar.3. Rom.2.

B Humana ratio præbet experimentum; intellige ſufficiens.] Id eſt mouens voluntatem ad credendum; ita vt voluntas nollet credere, vel non promptè credere; niſi haberet tale experimentum. Non enim debet homo credere propter rationem humanã; ſed propter authoritatem diuinam. Quòd ſi voluntas ſit prompta ſine tali ratione ad credendum; & intellectus ex veritate diuinitus credita moueatur ad inueniendum humanas rationes fidei concordes, (vt vides ſcriptores theologos paſſim facere) per quas magis quodammodo confirmetur in fide præhibita; tunc ratio humana non minuit fidei meritum, ſed eſt ſignum maioris meriti. [2.2.q.2.ar.10.] De merito fidei.

De effectu fidei. Cap. XX.

Fides multa bona facit, hominem ſaluat. Vnde dictũ eſt Mariæ Magdalenæ. Luc.7. Fides tua te ſaluam fecit. Mentem purgat. A Act.15. Fide purificans corda eorum. Contra mundum pugnat. Hebr.11. Sancti per fidem vicerunt regna. Poſtulata impetrat. Vnde il-

lud Matt.15. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti. Perſeuerantiam dat Apoſto. Roma.11. Tu autem fide ſtas. Temporalia contemnit. Hebr.11. Fide Moyſes grandis effectus, negauit ſe filium eſſe filiæ Pharaonis. Iuſtificat. Rom.4. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Beatificat. Ioann.20. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti, beati qui &c. Super fundamentum fidei quidam ædificant aurum cõtemplationis, quia qui contemplantur ſine fide, quaſi qui nititur videre ſolem ſine oculis. Quidam argentum prædicationis, quia qui prædicat ſine fide, non loquitur eum qui ſecundum Deum eſt fidelem ſermonẽ. Quidam lapides precioſos bonorum operũ, quia qui bene operatur ſine fide, eſt ſicut qui facit ſtructuram ſuper arenam. Item alij ædificant ligna, ideſt amorem ardentẽ temporalium. Alij fœnum, ideſt, fumum delectationum carnalium. Alij ſtipulam, ſcilicet ocioſorum verborum, & operum infir-
B morum. Iſti quidem ſaluantur merito fundamenti, ſic tamen quaſi per ignem purgatorij, quo exuretur ædificium nõ idoneum tanto fundamento. Fides habet quosdam effectus eſſentiales, & principales, vt eſt facere filios Dei, & facere dignos vita æterna, & facere ſimiles Deo, & purgare animam a tenebris peccati ſiue infidelitatis: & iſti effe-
C ctus ſunt a Deo. Alios habet effectus voluntarios, & ſecundarios, vt eſt credere, & diri-
A gere operam aliarum virtutum, & imperare omnibus ſuo modo. Et iſti effectus a libero arbitrio ſunt.

SCHO-

SCHOLIA.

A Fides tua te ſaluam fecit.] Pro præſenti alijsq; ſimilibus locis catholicè intelligendis aduertas acriter, ꝙ per multa etiã alia iuſtificatur homo. Per timorem.n.iuſtificatur. Iuxta illud, Timor Domini expellit peccatum. Eccl.1. Nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Item per charitatem. Iuxta contextum hunc. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7. Item per humilitatem. Iuxta id, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã. Iaco. primo. Item per miſericordiam ſecundum illud, Per miſericordiã, & fidem purgãtur peccata. Prou.15. Cum ergo omnibus his ſalus noſtra, ſeu iuſtificatio tribui debeat, cur ſoli fidei, aut magis fidei, quam aliis tribuitur hic a Domino? Concludendum igitur, etiam a mediocriter eruditis, ex ſuperioribus relinquitur, quòd fidei non attribuitur hic noſtra ſalus, niſi pro quanto fides eſt perfecta, ideſt includens tamquam fundamentum omnia prædicta. Quomodo? Audi. Motus fidei non eſt perfectus, niſi ſit charitate formatus, ſicut nec equitare eſt actus perfectus, niſi ſit actus procedens ſimul, & a bono ſeſſore, & a bono equo, vnde in peccatoris iuſtificatione cum motu fidei eſt etiam ſimul neceſſario motus charitatis. Mouetur autem liberum arbitrium in Deũ ad hoc, vti ei ſe ſubiiciat, vnde cõcurrere quoque neceſſario fatendũ eſt actus iſtos duos, videlicet timoris filialis, & humilitatis. vnũ.n. eundemq; actũ liberi arbitrij diuerſarum virtutũ eſſe cõtingit, ſcđm ꝙ vna imperat, alia imperatꝰ: prout.ſ.actꝰ eſt ordinabilis

Multa ad ſalutem neceſſaria.

ad diuerſos fines. Actus verò miſericordiæ circa peccatum operatur, vel per modum ſatisfactionis, & ſic ſequitur iuſtificationem; vel per modum præparationis, inquantum miſericordes miſericordiā conſequuntur, & ſic poteſt præcedere iuſtificationem, aut etiam ſimul cum præmiſſis virtutibus ad iuſtificationem concurrere, ſecundum quòd miſericordia in proximi dilectione includitur. His itaque viſis patet, quod fides qua iuſtificamur, non excludit alias virtutes, immò neceſſario includit. alioquin alijs a fide, non tribueret ſcriptura iuſtificationem noſtram. Ideo autem ſola nominatur hic, & in aliis pleriſque locis, quoniam ipſa eſt fundamentum totius boni ſpiritualis. Quomodo autem eſſet, aut intelligi poſſet fundamentum fabricæ ſpiritualis, niſi aliæ etiam virtutes concurrerent? Non enim fundamentū dicitur, niſi ſuper ipſum alia ad ædificium pertinentia fundentur, [Chriſoſtomus in Homilia ſuper Matt. 22.] Vnde patet quòd fides ſola non poteſt dici fundamentum ſine charitate, qua eſt vinculum perfectionis. Et conſequenter quod dicere fidem ſolam, excluſis videlicet aliis concomitantibus, eſſe fundamentum ſalutis noſtræ, eſt ignorare propriam vocem. Hoc annotare voluit Apoſtolus, quando dixit; in charitate radicati, & fundati. Cur nō dixit in fide radicati, & fundati? Vt clare demonſtraret, quod fides ſine charitate non eſt, neque dici meretur fundamentum, ſeu radix, ſed charitati iuncta vtrumque iure vocatur. In charitate ergo radicati &c. ideſt in fide charitate veſtita radicati, ſeu (quod

Ratio efficaciſſima.

Eph. 5.

Fides informis non eſt fundamentum ſed formata.

idem

idem eſt) in charitate fidem veſtiente &c. Impoſſibile namque eſt in viatoribus reperire charitatem ſine fide, licet fidem ſine charitate inuenire poſſis, quo fit, vt breuitati cum veritate dilucidanda ſtudens Apoſtolus, prælegerit dicere, in charitate radicati &c. quàm in fide radicati &c. Talis autem fidei actus in iuſtificatione peccatoris exigitur, quantum ad hoc, quòd homo credat, Deum eſſe impiorum iuſtificatorem per miſterium meritorium Chriſti. Vnde Apoſtolus Rom.4. Credenti autem in eum qui iuſtificat impiũ, reputabitur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei. Vide quod non dicit credenti ei, ſed quaſi gloſans teſtamentum vetus (ibi, credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam) in bono ſenſu dicit credenti in eũ, ſcis quare? Quia credere Deo, vt ſic præciſe, ſtat ſine charitate; Credere in Deum, vt ſic, motum charitatis verſus Deum vltimũ finem neceſſario includit, & conſequenter non ſtat ſine charitate. Auguſtinus in libro de verbis domini, & ſer. ſuper Iohannem.1. 2.quæſt.113.art.4.2.2.q.2.artic.2.Concilium Tridentinum ſeſſ.6.cap.6,7.8.item in 2.q.89. art.2.2 2.quæſ.4.ar.33.quæſt.68.ar.4.Idem S. Thomas ſuper 1. Cor.3. lect.2.ſuper Ioannẽ cap.3.lectione 3.Auguſtinus libro de fide, & operibus.Gloſ.1.Cor.13.

Fides pro iuſtificatione, quomodo.

B Iſti quidem ſaluantur merito fidei] ſcilicet ſi talia ædificata fuerunt venialia, vel de illis, ſi mortalia fuerunt, dignè penituerunt. Alioquin eſſet hæreſis hoc dictũ. Non.n.fides mortua ſaluat, ſed tantum illa, quæ per dilectionem operatur. Concilium

Regula.

Trid.ſeſſ.9.can.9.vide ſupra huius.c.19.20.S. Thomas vbi ſupra, maximè ſuper Ioann.3. ibi, Qui credit in eum non iudicatur. Et ſuper 1.Cor.3.ibi, ſi quis non ædifica.&c.

C A libero arbitrio ſunt.] moto a Deo. ſemper, & vbique memento B. Hyeronimi dicentis, ſic noſtrum eſſe liberum arbitriū, vt dicamus nos ſemper indigere Deo auxilio.ſup. Epiſtola ad Roman.2.12.q.109.ar.4.

De articulis fidei. Cap. XXI.

SI reſpectus habeatur ad eos, qui ſymbolum ediderunt, tunc articuli ſunt duodecim ſecundum numerum duodecim Apoſtolis. Si autem conſideremus quæ radicaliter ſunt credenda, tunc articuli ſunt 14 quorum.7.ſpectant ad diuinitatem, & 7.ad Chriſti humanitatem, & hæc ſignata ſunt in 7. ſtellis, & 7.candelabris aureis: in quorum medio filius hominis ambulabat. Sunt igitur ſeptem articuli fidei, qui pertinent ad diuinitatem. Primus eſt vnum Deum eſſe, qui ibi notatur, Credo in Deum. Secundus eſt, Patrem Deum eſſe, ibi. Patrem omnipotentem. Tertius eſt, Deum filium eſſe: ibi, & in Ieſum Chriſtum filius eius. Quartus eſt, Deum Spiritum ſanctum eſſe: ibi, Credo in Spiritum ſanctum. Sic patet quòd prædicti quatuor articuli ſunt de vnitate diuinæ eſſentiæ, & trinitate perſonarum. Quintus eſt credere remiſſionem peccatorum his, qui
A ſunt in eccleſia: ibi. Sanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorū. Sextus eſt credere mor-

tuo-

tuorum reſurrectionem. Septimus eſt credere bonorum remunerationem, ſub quo comprehenditur & malorum punitio, ibi. Vitam æternam. Et iſti tres articuli ad diuinitatem pertinent: quia virtute diuinitatis fit peccatorum remiſſio, quæ eſt animæ viuificatio, & corporum reſurrectio, atque corporis ſimul & animæ glorificatio. Alij ſeptem ſunt articuli qui pertinent ad humanitatẽ Chriſti: Primus eſt credere filium Dei eſſe conceptum de Spiritu ſancto, ibi. Qui conc. eſt de Spiritu ſancto. Secundus eſt, credere filium Dei natum ex Maria Virgine. Tertius, filium Dei pro nobis mortuum in cruce, ibi. Paſſus ſub Pont. Pil. cru. mor. & ſep. Quartus eſt filium Dei deſcendiſſe ad Inferna ſecundum animam, ibi. Deſcendit ad Inferos. Quintus eſt filium Dei ſurrexiſſe a mortuis, ibi. Tertia die reſur. a mor. Sextus eſt eundem aſcendiſſe ad cœlos, ibi. Aſcendit ad cœl. ſedet ad dext. Dei pat. om. Septimus eſt filium Dei iudicaturum viuos, & mortuos, ſiue bonos, ſiue malos, ibi. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. Iſti 14. articuli colliguntur ex ſymbolo, quod Apoſtoli ediderunt. Articulum primum & ſecundum de diuinitate poſuit Petrus. Tertium Andreas, Bartholomæus Quartum, Quintum Simon, Thadæus Sextum, Septimum Matthias. Item primum articulum de humanitate Chriſti poſuit Iacobus maior. Secundum & tertium Ioannes. Quartum Thomas. Quintum Matthæus. Sextum Iacobus minor. Septimum Philippus. Tria ſunt ſymbola. Primum Apoſtolorum. Secundum Niceni Concilij. Tertium

Athanaſij. Primum factum eſt ad fidei inſtructionem. Secundum ad fidei explanationem. Tertium ad fidei defenſionem. Nota ꝙ aliud eſt credere Deum, aliud eſt credere in Deum, & aliud credere Deo, quoniam credere Deum eſt credere ipſum eſſe. Credere autem in Deum eſt credendo ipſum amare, & credendo in Deum ire, ac membris eius incorporari. Credere verò Deo, eſt credere verbis eius.

SCHOLIA.

Vbi ſalus nulla. A Remiſſionem peccatorum his qui ſunt in Eccleſia.] ſunt, vel re per baptiſmũ fluminis actu ſuſceptum, vel voto per baptiſmum flaminis illum fluminis includentẽ. Nam extra Eccleſiam catholicam nulla ſalus. ex Aug. Hom. ſup. Iohan. 10. Lucius primus Papa, in epiſtola prima ad epiſcopos Galliæ, & Hyſpaniæ. Felix primus Papa in epiſtola ad Benignum epiſcopum.

De ſpe. Cap. XXII.

SPES eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex Dei gratia & meritis proprijs proueniens. In hac diffinitione non ſumitur certitudo rationis in qua plenè vni parti conſentitur, ſed certitudo opinionis, qua vni parti conſentitur, quia ratione probari videtur, nec tamen omnino, ſed cum formidine. Huius autẽ expectationis cauſa principalis eſt gratia Dei, & non noſtra merita: quia opera noſtra non ſunt meritoria niſi ex Dei gratia. Sine meritis tamen aliquid ſperare, non eſt ſpes, ſicut ait Gregorius, ſed præſumptio. In prædicta diffinitione diffini

tur

tur motus ſpei, & non virtus, ſed virtus ſpei diffinitur ſic. Spes eſt audacia mentis de largitate Dei concepta habendi vitam æternã per bona merita. Inter fidem & ſpem talis eſt differentia. Fides enim eſt de præteritis & futuris, ſpes autem de futuris tantùm. Fides eſt de bonis & malis, ſpes autem de bonis tantum. Fides eſt de bonis tam ſibi quã aliis, ſpes autem de bonis ſibi tantùm; conueniunt tamen in hoc, quod tam fides quã ſpes eſt de inuiſibilibus. Certitudo ſpei ex tribus oritur, ſcilicet ex diuina largitate, ex abundantia meritorum, & ex prægustatione æternorum. Nota ꝙ ſpes prout eſt viatorum, ſic eſt cum certitudine opinionis vt dictùm eſt. Spes autem illorum qui ſunt in purgatorio, & qui fuerunt in Limbo, eſt cũ certitudine ſcientię, & non opinionis, vt eſt illa viatorum, vnde declinat aliquo modo a ſpe propriè dicta. Spes verò quæ fuit in Stephano quando vidit cœlos apertos, & quæ fuit in Paulo quando dixit, Scio cui credidi, &c. & quæ fuit in Adam ante peccatum, fuit cum certitudine viſionis, tamẽ ſatis debilioris quàm in cœlo. Vnde ſpes ſic ſumpta adhuc eſt minus propriè dicta. Ex his patet quòd in patria nõ eſt ſpes præmij: quia beatitudo eſt omnium bonorũ ſimul tota poſſeſſio. Vnde ibi nihil eſt futurum quod ſperetur. Et licet ſanctis adhuc futura ſit reſurrectio corporum ſecundum rem, tamen præſens eſt ſecundum cognitionem. Spes autem ſic futurum reſpicit, quod priuat tam præſentiam rei, quàm cognitionis, prout ſpes propriè ſumitur. Duplex eſt ſpes, ſcilicet ſuffragij, & primę authoritatis,

Prima poſita eſt in Sanctis, ſecunda in ſolo Deo: & hæc triplex eſt, ſcilicet veniæ. Pſalm. 30. In te Domine ſperaui non confundar in æternum. Gratiæ. Pſalm. 31. Sperantes autem in Domino miſericordia circundabit. Gloriæ. Prouerb. 28. Qui ſperat in Deo ſaluabitur. Effectus ſpei multiplex eſt. A tribulatione liberat. Pſalm. 21. In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos. Exemplum de Suſanna, & Daniele. Confortat. 2. Machab. 7. Pereuntes ſeptem filios ſub unius diei tempore conſpiciens mater bono animo ferebat propter ſpem, quam in Deum habebat. Mentem eleuat. Iſa. 40. Qui ſperant in Domino, muta. forti. & aſſument pennas, &c. Saluat. Pſalm. 16. Qui ſaluos fecit ſperantes in ſe. Temporalia miniſtrat. Pſalm. 144. Oculi omnium in te ſpe. d. &c. Spes multis rebus comparatur. dicitur enim Galea. 1. Theſſal. 5. Induti galeam ſalutis. Anchora. Hebr. 6. Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam. Medicina. Pſal. 25. Sperans in Domino non infirmabor. Gemma. Prouerb. 17. Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis. Solatium. Hebr. 6. Fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam nobis ſpem. Clauis. Glo. ſuper illud Pſalm. Sperate in Domino, per ſpem enim intratur ad illud videndum quod creditur. Lignum vitæ. Sapien. 3. Si coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt.

SCHOLIA.

A In hac definitione non ſumitur certitudo &c.] ſi ſcilicet attendatur ex parte noſtri liberi arbitrij, non autem ex parte ſpei in ſeipſa. Poteſt enim noſtrum liberum arbitrium deficere a beatitudine & hinc eſt formido, non poteſt autem fieri, vt gratia Dei, & merita, quantum eſt ex ſeipſis, non conducant certitudinaliter in vitam æternam, & hinc ſperanti fideli nulla prorſus dubitatio. 2.2.q.18.ar.4. & 3.diſt.26.q.2.artic.3. Concilium Tridentinum ſeſſ.6.cap.13. Spes quo modo certa.

De charitate. Cap. XXIII.

CHaritas ſecundum Apoſtolum ſic diffinitur. 1.Tim.1. Charitas eſt finis præcepti de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Et ſumitur hic finis pro conſummatione, quia charitas eſt conſumatio, ſiue perfectio omnis præcepti. Poteſt etiam dici finis terminationis omnium præceptorum, quia omnia opera, quæ ſunt in præcepto, tendunt ad charitatem, vt magis, ac magis habeatur. De corde puro, ideſt de intellectu puro, dicit Gloſſ. Et ſumitur hic intellectus pro actu intelligendi, ſecundum quem cauſatur motus charitatis. Quanto enim quis Deum magis intelligit, tanto magis diligit, niſi aliàs impediatur. Et hic iſta præpoſitio denotat cauſam efficientem. Et conſcientia bona, ideſt ſpe, quia qui puram habet conſcientiam, ſecure ſperat. Et fide non ficta, ideſt ſimulata vel fragili, ſed inter aduerſa forti. Proſper in libro de vita contemplatiua deſcribit charitatem ſic.

Cha-

Charitas eſt (vt mihi videtur) recta voluntas ab omnibus terrenis & præſētibus prorſus auerſa, iuncta Deo inſeparabiliter, & vnita, igne quodam Spiritus Sancti (a quo eſt, & ad quem refertur) incenſa, inquinamenti omnis extranea, corrumpi neſcia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, ſuper omnia quæ carnaliter diligunt excelſa, affectionum omnium potentiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma bonarum actionum, ſalus morum, finis cœleſtium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, ſanctarum mētium armatura, cauſa meritorum bonorū, præmium perfectorū, ſine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis Deo diſplicere nō potuit, fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerātibus, victorioſa in martyrib. operoſa in omnibus omnino fidelibus: ex qua quicquid eſt boni operis viuit. Charitas quantum ad actū diffinitur quatuor modis. Primò ſic in tertio libro ſententiarum. Charitas eſt dilectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum, & in Deo. Secundò ſic. Quid eſt charitas, niſi vita copulans amantem cum amato? Tertiò ſic ſecundum Aug. Charitas eſt virtus, qua videre Deū & perfrui deſideramus. Quartò ſic ſecundū Aug. Charitas eſt virtus quæ animi noſtri rectiſſima affectio eſt. Harum diffinitionum prima datur in comparatione ad Deum, ſecunda in comparatione ad eius poſſeſſorem, tertia in comparatione dilecti ad dilectum.

A

SCHO-

SCHOLIA.

A Corrumpi neſcia] ſcilicet quantum eſt ex parte charitatis. Nam charitas ex parte ſua, habet vnde ſemper augeatur, tãtum abeſt, vt hac ex parte habeat, vt aliquando corrumpatur. Quòd autem quandoque corrumpatur in nobis, ideſt quòd ab ipſa cadamus, hoc habet ex parte noſtri liberi arbitrij, cum non niſi per peccatum mortale, quod vtique a voluntate noſtra libera procedit, perdatur. vnde qui ſemel dixit, Charitas numquam excidit. [1. Cor. 13.] ille idem ait. Ne quis veſtrum deſit gratiæ Dei. Heb. 12. ibi charitatem ex parte charitatis attendere ſe, hic verò ex parte noſtræ libertatis, inſinuans, [2.2. q. 24. artic. 11.] & Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 23.

An amittatur charitas.

De differentia inter charitatem & alios amores. Cap. XXIIII.

AMor triplex eſt, ſcilicet gratuitus, naturalis, & vitioſus. Amor gratuitus, eſt laudabilis, quia virtus eſt, & habet finem principalem bonum incommutabile. Hic diuiditur in amicitiam, & concupiſcentiam. Secundum amicitiã diligit quis Deũ puriſſimè, non reſpiciens vtilitatem ſuam, ſed bonitatem amati. hoc modo diligit homo plus Deum quàm ſeipſum. Secundum verò concupiſcentiam diligit quis Deum, remunerationem expectans. Amor naturalis nec laudabilis eſt, nec vituperabilis eſt: & habet finem indigentiam vel vtilitatem propriam. Iſte ſimiliter diuiditur in amicitiam,

tiam,& concupiſcentiam. Secundum amicitiam diligimus hoc amore nos, & noſtrã perfectionem, & noſtram conſeruationem, & magis ea quæ ſunt plus neceſſaria, vt caput pro quo totum corpus exponimus. hic communis eſt nobis & brutis. Secundum concupiſcentiam verò diligimus Deũ, quia neceſſitati noſtræ ſubuenit, quia hoc amore non diligitur res propter ſe, ſed propter vſũ

A eius: vnde hoc modo plus diligit homo ſeipſum dilectione naturali, quàm Deum. Amor vitioſus vituperabilis eſt, quia peccatum eſt, & habet finem voluptatem, ſiue delectationem in creatura. Hic amor diuiditur etiam in amicitiam, & concupiſcentiã. Secundum amicitiam diligimus hoc amore creaturam, ſiue delectationẽ creaturæ propter ſe, quamuis vtilitas inde nobis non habeatur: ſecundum concupiſcentiam verò diligimus voluptatem creaturæ propter nos. Amor iterùm multiplex eſt. ſ. naturalis erga

Modo illo. Et violenti rapiunt illud.

ſe, pius erga parentes, iucundus erga ſocios, iuſtus erga amicos, violẽtus erga inimicos, ſanctus erga Deum. Item differentia eſt inter amorem, dilectionem, & charitatem: q̃a amor ꝓpriè eſt naturę, & dicitur amor quaſi animorum vnio: quia quietat appetitum in re amata. Dilectio eſt amor proximi, & dicitur dilectio quaſi duo ligans, ſociat.n. amãtem cum amato in amore, vt ſe mutuo diligant. Charitas eſt amor in Deum. hæc amicum determinat, & iudicat omnibus cariorem: vnde dicitur charitas, quaſi chara vnitas, vel quaſi charum faciens Deo. Alia eſt differentia inter prædicta: quia amamus Deum propter ſe, diligimus eum ſuper om-

nia

B

nia propter ſua beneficia: quia dilectio eſt diuerſorum electio, charitas vtrunque complectitur, ſcilicet ſuper omnia, & propter ſe. Diligere Deum in hoc differt a dilectione proximi, quia diligere Deum eſt velle ei bonum quod habet, ſcilicet, quòd ſit omnipotens, & ſummè bonus, & huiuſmodi. Item diligere Deum eſt velle præcepta eius ſeruare cum intentióne fruendi eô. Item diligere Deum, eſt eum velle poſſidere, & ab ipſo poſſideri. Item diligere Deum, eſt voluntatem eius voluntati noſtræ in omnibus præferre. Diligere verò proximum, eſt velle ei bonum non per eſſentiam, ſed per gratiam. Item diligere proximum, eſt idem velle, & idem nolle in bono. Item diligere proximum, eſt ſucceſſum bonum ei optare, & quærere. Item diligere proximum, eſt velle ei, quod ſibi. Eſt iterum differentia inter dilectionẽ Dei, & proximi: quia Deum diligimus in ſe, & propter ſe, proximum verò diligimus in Deo, & propter Deum. Quando autem dicimus duplicem eſſe charitatem, ſcilicet Dei, & proximi, hæc duplicitas non intelligitur quantum ad habitus, ſed quantum ad actus, quia vno habitu charitatis diligitur Deus & proximus. Charitas quandoque dicit habitum. Ro. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Quandoq; motum. Cant. 2. Ordinauit in me charitatem. Quandoque ſignum. Vnde Ioann. 15. Maiorem charitatem nemo habet, ideſt maius ſignum charitatis. Quandoque tertiam perſonam in Trinitate. 1. Ioann. 4. Deus charitas eſt; & ſic ſumitur perſonaliter.

Nota diligẽtiſſimè vt intelligas ly Diliges Dominum Deum.

Quan-

Quandoque ſumitur eſſentialiter, & ſic tota Trinitas dicitur charitas. Quandoque ſumitur pro feruore charitatis. Vnde Luc. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

SCHOLIA.

A Hoc modo plus diligit homo.] in ſtatu naturæ corruptę, non vt homo, ſeu in ſtatu naturæ integræ. Homo.n. in ſtatu naturæ corruptæ non poteſt diligere Deũ, pluſquã ſeipſum ſine gratia, id quod dilectione naturali, in ſtatu naturæ integræ poterat. Quinimmo, & omnis creatura vt ſic, dilectione naturali (modo quo ſibi talis dilectio conuenit) plus Dominum, quàm ſemetipſam diligit ſine gratia habituali. Cæterũ Deum vt obiectum beatificum nullus, nec etiã Angelus, dilectione naturali pluſquam ſe diligere poteſt. Quoniam Deum ſic diligere eſt proprium charitatis, vt littera ſupra loqui voluit. [1.q.60.ar.3.& 1.2.q.109.ar. 3.

Dilectio erga Deum.

B Propter ſua beneficia.] ly propter nõ dicit finem, ſed dicit rationem amoris ex parte amantis. Nõ enim beneficiatus à Deo naturaliter diligit Deum propter bonũ proprium ſuum (id quod eſt dicere, propter beneficia habita, vel habenda) immo ſic diligit Deum propter Deum: licet ex hoc, quòd beneficiatus eſt, ab ipſo moueatur ad diligendum Deum. Alioquin ſi ly propter diceret finem, dilectio naturalis beneficiati eſſet peruerſa, quod eſt abſurdiſſimum. [1, quæſt.60.articu.5.] maximè ad ſecundum.

De effectu Charitatis. Cap. XXV.

CHaritas peccatū expellit: vnde de Magdalena dicitur, Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Legem cuſtodit. Rom. 13. Qui diligit proximum ſuum, legem impleuit. Deum homini iungit. 1. Ioa. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Mentem virtutibus ornat. 1. Cor. 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. Perfectionem adducit. Apoſt. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Gloriam tribuit. Io. 14. Si quis diligit me, &c. & ſequitur, ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Dilectione Dei dignū facit. Io. 16. Si quis diligit me, diligetur a patre meo. Charitas in cordibus noſtris diffunditur, cum ad proximum dilatatur. Effunditur per prædicationem, & per opera miſericordiæ, infunditur per illuminationem gratiæ, ſuperfunditur per opera perfectionis, & ſuperrogationis. Per charitatem venit Deus ad homines in incarnatione, & in homines gratiæ collatione. Per ipſam charitatem currunt homines ad Deum bona operatione, & perueniunt ad eum in glorificatione. Amoris eſt vulnerare, quia intima cordis penetrat. Cāt. 2. Vulnerata charitate ego ſum. Lāguidum facere, & hoc per deſideriū eſſendi cū amato. Cant. 5. Nuncietis dilecto meo, quia amore lāgueo. Inebriare, quia ſic tendit in amatum, ꝙ ſui ipſius, & omnium rerum præter illū obliuiſcitur. Cant. 5. Co-

In odorē vnguētorum currimus.

Sancta ebrietas. medite amici mei, & bibite, & inebriamini chariſſimi. Liquefacere, quia cor in diuina dulcedine ſic reſoluitur, ꝙ appetens cum appetibili mirabili amicitia vnit. Cant. 5. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Amor habet vim diffuſiuam in bona operatione, vnitiuam in proximi dilectione, transformatiuam in iuſtificatione. Item aliter hoc oſtenditur, ꝙ habet vim diffuſiuam, vt patet in creatione, vnitiuam vt patet in Chriſti incarnatione, transformatiuam vt in glorificatione.

S C H O L I A.

A Perfectionem adducit.] Ita tamen vt ſemper, dum viuit homo quantumcunque charitate perfectus, poſſit proficere, ſeu cũ Apoſtolo ad vlteriora ſe extendere. Hac ratione charitas noſtra appellatur via. 1. Cor. 2. vt in textu adducitur. [2. 2. q. 24. ar. & Clementina de hæret. c. Ad noſtrum.

Charitas quare uia.

Quibus rebus charitas aſſimiletur. Cap. XXVI.

CHaritas eſt bonorum principium, quia a Deo: bonorum medium, quia ſecundum Deum: bonorum finis: quia propter Deum. Charitas dicitur bonæ operationis principiũ, q a mouet ad id. Gre. Charitas magna operatur ſi eſt. Dicitur etiam medium, quia opera informat. Dicitur quoque finis, quia opera dirigit, & ad debitum finẽ perducit. Quomodo autem charitas dicatur finis, ſciendum eſt, ꝙ triplex eſt finis. ſ. conſumptionis, conſumationis, & terminationis.

nis. Primo modo charitas eſt finis peccatorum, quia ea conſumit. Secundo modo eſt finis præceptorum, quia ea perficit. Tertio modo tam vita æterna, quàm ipſe Deus eſt finis noſtri laboris: ſed vita æterna finis eſt quo quieſcitur, Deus verò terminus in quo quieſcitur. Charitas dicitur forma virtutum multipliciter. Primò, quia mouet omnes virtutes ad opera exteriora, per quę perficiuntur virtutes, & merentur augeri. Secundò, quia omnes virtutes mouentur ad finem charitatis, ſ. ad bonum. Charitas enim habet bonum pro fine & obiecto: alię autem virtutes habent bonum, non ꝓ obiecto, ſed pro fine tantum, & ille finis virtutum perfectionē denotat. Tertiò, quia charitas auget virtutum dilectionem, & tollit faſtidiū, & alleuiat onera propter ipſius deſiderium. Quartò quia componit animā & perficit, non quidem in eſſe naturæ, ſed in eſſe gratuito, & meritorio. Charitas multis rebus aſſimilatur, quia comparatur auro, qd̄ fornax tribulationis probat. Auroræ, quam ſequitur dies æternitatis. Arcæ Noe, in qua qui non fuit inuentus, perijt. Arbori bonos fructus proferenti. Alæ ad cęleſtia ſubleuanti. Bitumini animā Deo cōiungenti. Claui cęlum aperienti, coronæ mentem decoranti, capiti ſenſum & motū influēti. Charitas.n. influit ſenſum, i. rationē merendi alijs virtutibus, & motum, ideſt af fectum mouendi meritoriè dum de Deo mentem illuminat, ſponſæ thorum Deo exhibenti. Funi Deo attrahenti. Firmamento aquas voluptatis, ab aquis æternitatis diuidenti. Fonti mente irriganti. Gēmæ animā ornanti.

A Nam uita æterna eſt clara operatio in Deum ideo dicitur queſt.

ornanti. Gladio flammeo paradiſum cuſtodienti. Igni affectum accendenti. Iugo ſuauiter prementi. Mannæ de cœlo deſcendenti. Roſæ rubenti. Radici humorem gratiæ, quem a ſummo trahit, ad virtutes transmittenti, vt ſic nutriantur, & conſeruentur in bono. Soli fulgenti. Theſauro latenti. Vinculo omnes rationes diligēdi in dilecto colliganti. Vino inebrianti. Veſti peccatorum turpitudinem cooperienti. Vnguento vulnera lethalia curanti.

Veſtis nuptialis.

SCHOLIA.

A Forma virtutum].ſ. extrinſeca, non intrinſeca. In ſignum huius, charitas eſt forma, etiam virtutum in intellectu exiſtētiū, vt fidei, cum tamen charitas ſit in voluntate. Item ſi eſſet forma intrinſeca, tunc remota charitate, fides remanens non eſſet vera fides, vt patet ſciēti, quod ſit munus intrinſecæ formæ. Hoc autem eſt contra ſacrum Conc. Trid. ſeſſ.6.c.15.can.28.2.2.q.23.art.8.

Charitas, qūo forma.

De excellentia charitatis. *Cap. XXVII.*

CHaritas excellit alias virtutes in multis. Primò, in Dei conformitate. Ioan.4. Diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos. Secundò, in ſpeciali dignitate. Richardus: Charitas eſt regina virtutum. Tertio, in precioſitate, quia eſt aurum de Ophir. Quarto, in ſpecioſitate, quia eſt planeta Veneris, & animæ pulchritudo: quia ſicut pulchritudo exterioris hominis eſt in decenti membrorum ordinatione, & venuſtate coloris,

loris, ſicetiã pulchritudo animæ eſt ex decenti ordinatione actuum, & habito venuſto. hoc autem facit charitas in anima, cuius actus ordinatus eſt, & venuſtus habitus. Quintò in ſupportatione laboris. Auguſt. Omnia grauia, &immmania leuia facit amor. Sextò in vigoroſitate. Cant. 8. Fortis eſt vt mors dilectio. Septimo in vtilitate. Auguſt. Habe charitatem, & fac quod vis. Octauo in delectatione, quia charitas ſecundum actũ ſuum facit nos delectare in Deo non ſolum in patria, ſed etiam in via. A

SCHOLIA.

A Fac quod vis] .ſ. de ordinabilibus in Deum, nõ autem quod vis de quibuſcunq; abſolute. Ac ſi dicat, ſi habueris charitatem, comede, bibe, dormi, ambula, curre, &c. Hęc tibi propter Deũ facta meritoria ſunt. Abſit autem vt Augu. hæreſum fortiſſimus expugnatur dicere velit; ꝙ per peccatum mortale quoduis, etiam ſi non ſit infidelitas, nõ amittatur charitas; quaſi ex hac opinione ſuadeat habenti charitatem facere pro libito. Hoc.n.ſapit hęreſim Begardorum, & Beguinarum, damnata in Clement. de hæretic. Ad noſtrum vide inf. huius [49. Conc. Tridẽ. ſeſſ. 6. c. 15. can. 27. 2.2. q. 24. art. 11.

Intellect' D. Auguſtini.

De ſignis dilectionis. Cap. XXVIII.

Signa dilectionis ſunt hæc, quia amicus amicum libenter audit, libenter de ipſo loquitur. Sæpe de illo cogitat, ſine tædio illi obſequitur, corpus & res pro illo exponit. Offenſam cauet, offenſum placat. Congaudet

Si eſtis in fide formata, probate

ideſt uobiſipſiſcō ieſturam ſumite.

det proſperitati, condolet aduerſitati. Gaudet de illius præſentia, dolet de abſentia. Diligit & odit hoc quod ille. Conatur ei placere, timet diſplicere. Trahit alios ad eius amicitiam. Munera ab eo data non alienat, Conſilijs illius acquieſcit. Petit ab eo fiducialiter. Qualiter poſſit quis ſcire vtrum habeat charitatem. Nota quòd quidā ſciūt ſe non habere charitatem, vt qui ſunt in actu peccandi, vel in propoſito. Quidam dubitant ſe habere charitatem, quia rationes habent pro vtraque parte, vt ſunt illi, qui incipiunt facere quod in ſe eſt. Quidam putant ſe habere Charitatem, ſicut qui multa bona fecerunt, & diu abſtinuerūt a peccato, adhuc tamen ſuſtinent motus tentationum, & imaginantur turpia. A Quidā experiuntur ſe habere charitatem, vt illi qui guſtant diuinam dulcedinē, in quibus fomes ferè extinctus eſt, & quaſi ſemper vel bona faciunt, vel affectant. Quidā certi ſunt ſe habere charitatem, vt quibus Deus reuelauit, qualis fuit Paulus: cui Dominus dixit, Sufficit tibi gratia mea.

SCHOLIA.

A Experiuntur ſe habere charitatem.] ideſt experiuntur ſe habere effectus ſimiles effectibus charitatis, Non autem experiuntur ſe habere effectus ſibi certos charitatis. Sic enim certo ſcirent etiam abſque reuelatione ſpeciali, ſe eſſe in charitate, quod eſt contra Conc. Triden. [Seſſ. 6. cap. 16.] Nunc autem effectus ſimiles effectibus charitatis experiuntur, & conſequenter ex affectibus illis, experimento cognitis, non poſſunt venire in cognitionem hanc, quod ſcilicet habeant

Effectus experiētia.

beant

beant charitatem. Nam ex effectu, qui a duabus cauſis poteſt procedere, nõ licet inferre determinatè vnam cauſam. Modo effectus illi experimētales in textu adducti, & huiuſmodi, poſſunt procedere a dilectione naturali, quoniam (vt diximus ſupra huius cap. 24.) creatura, vt ſic, naturaliter diligit Deum pluſquam ſeipſam. 2.2.q.112. ar. 5.

De gradibus amoris. Cap. XXIX.

A

GRadus amoris ſunt iſti. Primus eſt, cū diligo me propter me, iſte amor nõ eſt bonus. Secundus eſt, cum diligo Deum ꝑꝑ me, iſte eſt mercenarius, ſed tunc eſt bonus, ſi principalis finis eſt Deus. Tertius eſt, cùm diligo Deum propter ſe, id eſt quia bonus, Hic eſt valde bonus, quia talis amor uno tantùm oculo, id eſt, dextero reſpicit Deū. Quartus eſt, cùm diligo me propter Deum: hic eſt optimus, qa in tali amore nihil quęrit homo de ſuo etiam in ſeipſo, ſed tantum quæ Dei ſunt. Super omnia diligendus eſt Deus; quia cum ipſe ſit principium primū, hoc ipſo eſt ſummū, & hoc ipſo quòd ſummum eſt, ſummè bonum eſt: & hoc ipſo, ꝙ ſummè bonum eſt, ſummè beatum eſt: & hoc ipſo quòd ſummè beatum eſt, ſummè beatificum eſt, & hoc ipſo ſummè fruēdus: & propter hoc eſt ei ſummè per amorē inhærendum, & in eo tanquam in fine quieſcendum. Tria generaliter diliguntur, ſcilicet vtile, honeſtum, & delectabile. Propter primum diligenda eſt tribulatio, quia vtilis. Propter ſecundum diligenda eſt virtus, quia honeſta. Propter tertium diligendus

Nota rationē hāc pro dilectione amicitiæ.

maximè eſt Deus, quia delectabilis. immo propter hæc omnia diligendus eſt Deus, quia ipſum diligere eſt vtile, honeſtum, & delectabile. Gradus amoris, vel charitatis inquantum tollit peccatum, ſunt iſti. Primò tollit charitas peccatum mortale, non quantum ad habitum, ſed quantum ad actum: liberat enim à peccato mortali, ſed non a poteſtate cadendi in illud. Secundo modo charitas tollit peccatum mortale quantum ad actum, & quantum ad habitum, ſed veniale neutro modo, ſicut patet in aliquibus ſanctificatis. Tertio modo charitas tollit peccatum mortale vtroque modo, & veniale quo ad actum, ſed non quo ad habitum: talis fuit charitas in beata Virgine ante conceptionē Chriſti. Quartò modo charitas tollit vtrumque vtroque modo, ſicut fuit in Beata Virgine in conceptione Chriſti, & poſt, tunc enim fuit in ipſa ſublatus fomes peccandi totaliter. Quinto modo tollit charitas vtrumque vtroque modo, & inſuper omnem miſeriam, & hoc fiet in patria. Perfecta eſt charitas quando eſt habitu magna, motu interiori directa, opere exteriori ſolicita, radice ſtabilita, feruore diſcreta, dulcedine conſolatoria. Diligendus eſt Deus toto corde, id eſt, intellectu ſine errore: tota anima, id eſt voluntate ſine contrarietate: tota mente, id eſt, memoria ſine obliuione.

SCHOLIA.

A Propter me, iſte eſt mercenarius.] Ecce quod non omnis amor mercenarius erga Deum eſt malus; niſi creatura principaliter propter bonum proprium amet Deū, ſi enim principaliter propter Deū amat Deū, & ta-

De amore mercenario.

& tamen ſecundario, vt ſibi benefaciat, amat illum; ob id malum actum non committit. Alioquin illi, qui ſeruiunt Deo, intuitu ſecundario, non primo, æternæ mercedis, peccarent: quod dicere eſt anathematizatum, [Concilium Trident. Seſſ. 6. can. 31.

De ordine charitatis. Cap. XXX.

ORDO charitatis ſecundum Aug. eſt diligere primò quod ſupra nos eſt, id eſt, Deum: deinde quod nos ſumus: poſt hoc quod iuxta nos eſt, id eſt, proximum: vltimo quod infra nos eſt, id eſt, corpus noſtrũ proprium. In eodem gradu contineri debet corpus proximi: quia vtrunque tenet rationem inferioris boni reſpectu ſpiritus noſtri. Secundum Ambro. Diligendus eſt primò Deus, ſecundò parentes, deinde filij, poſt domeſtici, vltimò inimici: ſed hoc de exhibitione quidam intelligunt. Aliquis magis diligitur ab altero multipliciter, ſcilicet maiori affectu: ſic ſuper omnia diligẽdus eſt Deus: ſed inter homines magis diligendi ſunt parentes quàm filij, deinde cõſanguinei, ſecundum gradus cognationis. Maiori affectu diligendi ſunt filij, quàm parentes, ſed æquè indigentibus, magis parentibus ſuccurrendum eſt: priùs, magis indigenti. Ad maiorem gratiam ſic magis diligendi ſunt qui ſe magis ad gratiam præparant & habilitant. Ad gloriã, ſic diligẽdi sũt ſecũdum gradus participandi bonũ gratię. A

Nota ꝙ idem eſt ordo dilectionis naturæ & gratiæ, hoc excepto, ꝙ hõ dilectione naturali ſe magis diligit, ꝙ̃ Deũ: ſed ecõuerſo B

eſt in

eſt in dilectione gratuita. Præterea ſciendũ eſt, quòd idem ordo charitatis, qui ſecundum Auguſtinum eſt in via, erit etiam in patria: quia cum gloria perficiat naturã, quicquid non eſt imperfectionis in natura, manebit in gloria.

SCHOLIA.

A. In eodem gradu &c.] Eodem, ſcilicet proportionaliter: ſicut enim ordine charitatis fertur prius quis in animam propriam, quàm in animam proximi; ita ordine charitatis, fertur prius quis in corpus proprium, quàm in corpus proximi. Nota quòd in caſu quo tenetur aliquis ſaluti proximi prouidere, de neceſſitate charitatis debet corpus proprium exponere pro ſalute proximi; Sed quòd Aliquis ad hoc ſponte ſe offerat, pertinet ad perfectionem charitatis. [2.2. quæſt. 26. ar. 5.]

Caſus cõſcientiæ De charitate.

B Homo dilectione naturali &c.] Quomodo hoc in ſenſu ſano, intelligendum ſit, vide ſupra huius. [cap. 24.]

De dilectione proximi.
Cap. XXXI.

MVTVO ſe debent homines diligere, quia omnes ſunt membra vnius corporis Chriſti myſtici, quia uno ſpiritu ſancto viuificantur ſpiritualiter, & vniuntur, quia vnam fidem habent, quia vnum baptiſma receperunt, quia vnum patrem habent & dominum, qui ad vnum regnum tendũt. Dilectionem proximi ſuadet ius naturæ. Matth. 7. Omnia quæcunque vultis vt faciant

ciant vobis homines,& vos facite illis. Ius ſcripturæ. Matth. 22. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Exemplum creaturæ, quia ſimile ſimili gaudet, & omne ſimile diligit ſibi ſimile. Melius eſt diligere quam diligi, quadruplici ratione. Primò, quia quòd diligimus, ſcimus: ſed quòd diligamur, neſcimus, ſed credimus. Secundò, quia diligere, proprię virtutis eſt: ſed diligi, alienæ. Tertiò, quia cum diligimus, alium nobis obligamus: cum verò diligimur, obligamur. Quartò, quia cum diligimus, meremur nobis: cum diligimur, alij merentur ſibi. Per dilectionem proximi efficimur imitatores Chriſti. Ioan. 17. Hoc eſt præceptum meum, vt dilig. in. ſi. dil. uos. Diſcipuli ſaluatoris Ioan. 13. In hoc cognoſcent omnes quòd diſcipuli mei eſtis, &c. Contemplatores Dei Ioan. 2. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & videt Deum. Societas fraterna vtilis eſt, ratione ſubleuationis. Eccl. 4. Væ ſoli, quia ſi ceciderit, non habet ſubleuantẽ. Ratione conſolationis. Pſal. 132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum. Ratione exhortationis. Seneca. Semper ante oculos tuos ponendus eſt aliquis, cuius exemplo proficias: quia niſi ad regulam praua non corriges. Eccleſiaſtici. 11. A modica ſcintilla augetur ignis.

Melius e dare, quã accipere.

A Nominatio vtiliſſima.

SCHOLIA.

A Ratione exhortationis &c.] Ab oppoſitis igitur videas; quàm malum ſit habitare cum malis, vel proponere ſibi ante mentis oculos exempla malorum hominum. Hinc vide: quàm rectè ad hunc ſenſum dixit Chriſtus, væ mundo à ſcandalis; & quàm

Notabilis caſus conſcien-

tiæ, de familiaritatibus.

quàm rectè ſentiat Caietanus, quòd recipere, ſuadere, ad ingreſſum religionis ingredi religionem communis, id eſt conuentualis de facto vitæ, eſt malũ, & multiplex peccatum. [ſuper 2.2.q.189.ar.9. & circa.]

De dilectione inimicorum.
Cap. XXXII.

A CIRCA dilectionem inimicorum nota, quòd alia eſt dilectio affectus, & alia dilectio effectus. Dilectio affectus duplex eſt, quia alia eſt innocentiæ, & alia beneficentiæ. Dilectione innocentiæ tenemur diligere inimicos, quia nõ debemus eis optare malum inquantum malum, ſed inquantum eſt eis expediens, vel reipublicæ. Affectus dilectionis beneficentiæ duplex eſt, ſcilicet principalis, & ſecundarius. Affectus principalis eſt velle & optare inimicis bona ſpiritualia, ſicut eſt gratia & gloria: hoc modo tenemur per affectũ diligere inimicos. Affectus autem dilectionis ſecundarius eſt optare inimicis bona tẽporalia: hoc modo non tenemur ſemper diligere inimicos, q͂a non ſemper expedit eis habere bona temporalia. Eodem modo diſtinguẽdum eſt de dilectione effectus, q͂ ſimiliter duplex eſt, innocentiæ, & beneficentiæ. Primo modo tenemur omnes diligere inimicos, quia tenemur eis non inferre mala, niſi forte propter bonum perſonæ, vel reipublicæ. Secundò modo diſtinguendo eſt dilectio benificẽtię: quia ſi eſt beneficium ſpirituale ad ſalutem neceſſariũ, tunc tenemur illud inimicis impendere: ſicut orare pro eis, non quidem in ſpe-

in ſpeciali, ſed in generali: ita ſcilicet vt nõ excludamus eos ab orationibus communibus. Si verò eſt beneficium tẽporale, ad hoc non tenemur niſi in caſu neceſſitatis. Nota tamen eſſe duplicem inimicum, ſ. perſonæ noſtræ & eccleſiæ. Igitur inimico perſonæ noſtræ benefacere perfectionis eſt, niſi in quantum ipſi vel alteri beneficiũ occaſionaliter nociuum eſſet: quia in tali caſu beneficium ſubtrahere vtile eſt. Inimico autẽ eccleſiæ beneficium ſubtrahere perfectius eſt & melius, niſi inquantum per beneficiũ ſperatur reconciliandus eccleſiæ. Ex prædictis patet quòd optare bona tẽporalia inimicis eccleſiæ imperfectionis eſt, niſi per accidens, ſ. quando creduntur per hoc conuertendi. Inimicis verò perſonæ optare bona temporalia, perfectionis eſt, niſi per accidens. ſ. quando putantur eis, vel alijs nociua. Nota quòd licèt amicum diligere ſit magis debitum, tamen diligere inimicum, magis eſt remiſſionis pœnę meritorium, & ad alia multa ualet. Primò quia magis accedit ad perfectionẽ. Maioris enim virtutis eſt, quia magis gratuitum. Secundò, quia motus charitatis quo diligimus inimicum, magis meritorius eſt remiſſionis pœnæ, & hoc ratione difficultatis: licet diligere amicũ, ſit magis meritorium vitæ æternæ ratione materiæ, & intenſionis. Amor enim naturalis feruentiorem facit motum charitatis, ſicut diſpoſitio naturalis cõfert formę. Tertiò, quia inimicum diligere, expreſſum ſignum charitatis eſt, quia contra motum naturæ eſt: vnde valde difficile eſt, niſi adſit gratia, per quam vincatur natura. Nota B

quòd

quòd ille cui iniuria facta eſt, non debet reconciliationem quærere ex debito neceſſitatis: ſed ſi facit, complet debitum perfectionis: vnde ait Chryſoſto. quòd talis debet reconciliationem quęrere, vt duplicem gloriã cõſequatur: Vnam quia iniuriã paſſus eſt: alteram, quia prior rogauit.

SCHOLIA.

A Circa dilectionem inimicorum.] Vide pulcra, & neceſſaria de hac, ſupra [.3. lib. cap. 17.

B Expreſſum ſignũ charitatis.] Ly expreſſum, videlicet non abſolute, ſed comparatiue. Si enim abſolutè expreſſum ſignum eſſet; tunc certo ſciret, quis ſe eſſe in charitate, cõtra ſupradicta in huius cap. 28. Quòd ſi dicatur comparatiuè expreſſum, non ſequitur hoc. Ex eo enim, quòd diligere inimicum eſt ſignum minus obſcurum habitæ charitatis, quàm diligere amicum, non ſequitur: quòd inde cuiquam certa notitia habitæ charitatis acquiratur, vt patet. Hinc pro hoc ſenſu notificando ſubiũxit author ly. Vnde valde difficile eſt, niſi adſit gratia per quam vincatur natura.

'Magnum ſignum charitatis, licet nõ demõſtratiuũ, eſt inimici dilectio.

De virtutibus cardinalibus in genere. Cap. XXXIII.

PER virtutes Cardinales anima rectificatur in ſuis viribus. Nam prudentia rectificat rationalem, fortitudo iraſcibilem, temperantia concupiſcibilem. Iuſtitia verò rectificat omnes virtutes, prout natura iuſtitiæ comprehendit non ſolũ ſpecialem

iuſtitiam

iuſtitiam, quæ eſt in commutationibus, vel diſtributionibus: ſed etiam legalem, quæ eſt omnis virtus, prout eius actus pertinet ad debitum obedientiæ præceptorum. Ipſa enim iuſtitia generalis comprehendit virtutes ordinantes ad proximum, vt eſt æquitas, & liberalitas: & ordinãtes ad ſeipſum, ſicut innocentia, & pęnitentia; & ordinantes ad Deum, ſicut eſt latria, pietas, & obedientia. Propter hoc iuſtitia dicitur circuire omnes virtutes, & quòd non tantùm eſt virtus ſpecialis, ſed etiam generalis cõprehendens totius animæ rectitudinem, cum ipſa dicatur rectitudo voluntatis. Item per virtutes Cardinales inſtruitur homo in operibus, & contra vitia armatur. Primũ fit dupliciter: quia inſtruitur quo ad ſe per prudentiam, & quo ad proximum per iuſtitiam. Secundum etiam fit dupliciter: quia homo armatur in proſperis per temperantiam, & in aduerſis per fortitudinem. Item dicit Auguſtinus, quòd prudentia eſt in eligendis, fortitudo in tolerandis, temperantia in vtendis, iuſtitia in diſtribuendis. Itẽ dicit, quod prudentia eſt in præcauẽdis inſidijs, iuſtitia in ſubueniendis miſerijs, fortitudo in perferendis moleſtijs, temperantia in coercendis delectationibus prauis. Auguſtinus ait in muſica ſua, quòd ſuccedit prudentiæ contemplatio, fortitudini firmitas: adhęrentiæ, temperantiæ menſura delectationis, iuſtitiæ debita ordinatio ad Deum, & proximum. Iſtæ quatuor virtutes appellantur Cardinales, quia ſicut oſtium uertitur in cardine, ſic in his vertitur, & regitur vita hominis. Vocantur etiam politicæ, q̃a

ordinantur

Iuſtitia ſpeciale, quid.

Iuſtitia legalis, i. generalis, quid.

Iuſtitia legalis eſt rectitudo voluntatis.

ordinatur in his vita ciuilis, & hominem poliunt & ornant. Dicuntur etiam humanæ, quia humano ſtudio acquiruntur, niſi diuinitus infundantur. Appellantur etiam conſuetudinales, quia non ex vno actu, ſed ex conſuetudine naſcuntur: vel quia honeſtas humana ſe magis exercitat in iſtis, ſicut & ſanctorum deuotio ſe magis exercitat in virtutibus theologicis. Nota quòd prudentiæ eſt ſcire quid poſſit: temperantiæ eſt non præſumere quod non poſſit: iuſtitiæ eſt velle in omnibus quòd æquum ſit: fortitudinis eſt nolle pluſquàm poſſit. Iſtæ virtutes habent ſuos gradus perfectionis, ſecū dum quos aliter poſſident incipientes, aliter proficientes, aliter perfecti. Dicuntur ēt virtutes politicæ quando ſecundum quòd regunt vitam hominis quo ad opera exteriora, & prout pugnant contra vitia, & hoc modo ſunt incipientium. Purgatoriæ dicūtur ſecundum quòd iam ſunt in victoria vitiorum, & conſiſtunt partim intra, partim extra, & ſic ſunt proficientium. Dicuntur autem purgati animi, ſecundum quòd iam deuictis vitijs, quieſcit homo, ita quòd rarò primi motus inſurgunt: & hoc modo ꝑtinent ad perfectionem. Exemplares dicuntur prout ſunt in mente diuina. Nam ſicut omniū rerū Deus exemplar eſt, ita & ideæ virtutum in ipſo conſiſtunt.

SCHOLIA.

A Per virtutes Cardinales &c.] Cardinales ſcilicet anthonomaticè in genere humano. Licet enim aliquarum aliarum virtutum moralium vna ſit principalior altera, puta obedientia maior, quàm caſtitas; & ita

& ita ſit Cardinalis, id eſt principalis, reſpectu alterius: reducuntur tamen omnes iſtę ad quatuor has tanquam ad principaliores abſolutè. [1.2.q.61.art.2.

De prudentia. Cap. XXXIIII.

PRudentia ſecundum quòd eſt virtus politica eſt, (vt ait Macrobius) ad rationis normam, quæ cogitat quæcunque agit, vniuerſa dirigere, ac nihil præter rectum velle, vel facere. Prudentia verò, ſecundũ quòd eſt virtus purgatoria, eſt, vt idem ait, & mundum & omnia quæ in mundo ſunt, diuinorum contemplatione deſpicere, & omnem animæ cogitationem in ſola diuina erigere. Prudentia autem prout eſt virtus purgati animi, eſt ſola diuina noſcere, & ea tanquam nihil aliud ſit intueri. Prudentia ſanè exemplaris eſt ipſa mens diuina, cui omnia nuda ſunt & aperta. Partes prudentiæ ſecundum Tullium, ſunt, intelligentia, prouidentia, memoria. Intelligentia verè eſt per quam animus proſpicit ea quæ ſunt. Prouidentia autem virtus eſt, vt idem ait, per quam aliquid videtur futurum antequam factum ſit. Memoria ſecundũ eundem eſt, per quam repetit quis ea, quæ fuerunt. Nota quòd duplex eſt iudicium rationis, diſcretiuum ſcilicet, & diffinitiuum. Iudiciũ diſcretiuum eſt quo ratio iudicat aliquid eſſe faciendum, vel non faciendum: Circa tale iudicium eſt ſcientia, & non virtus. Iudicium verò diffinitiuum, eſt quo ratio imperat aliq̃d fieri, vel non fieri: & circa iſtud eſt virtus. Vñ in primo iudicio ſcilicet

Nihil eſſe dixi in cõparatione illius.

ſcientia ad operationes bonas, vt conſiliarius. In ſecundo verò iudicio ſe habet virtus vt Imperator. Prudentia habet gerere cęteras virtutes in actibus ſuis ſecundum omnes partes Philoſophiæ moralis, quæ ſunt Ethica, ſiue moralis, Oeconomica, & Politica: quarum prima mores quo ad ſeipſum inſtruit: ſecunda familiam diſponit: tertia vrbes & regna regit. Triplex eſt prudentia. Prima eſt cordis, & hæc eſt in diſpoſitione præſentium, & recognitione præteritorum, & præuiſione futurorum. Deut. 32. Vtinam ſaperent, ſcilicet præterita; & intelligerent, ſcilicet præſentia, ac nouiſſima prouiderēt, ſcilicet futura. Secunda eſt oris, & eſt hæc in moderatione ſermonum. Prouerbio. 10. Qui moderatur labia ſua, prudētiſſimus eſt. Pſal. 140. Pone domine cuſtodiam ori meo. Tertia eſt operis, & hoc conſiſtit (vt ait Tullius) in fuga mali, & electione boni. Pſal. 33. Declina à malo, & fac bonum. Nota, ꝙ alia eſt prudentia mundana, alia humana, alia diuina. Prima eſt in temporalibus acquirendis: ſecunda in commodo carnis: tertia in obſequijs diuinis. Officium prudentiæ eſt actus aliarum virtutum dirigere, ſicut ſupra dictum eſt. Bernardus. Diſcretio nō tam virtus eſt, quàm auriga virtutum. Nolle enim fallere, nec falli, vt dicit Seneca, eſt res ſecundum veritatem æſtimare, Idem. Tunc per rationem rectè viues; ſi diuina prius æſtimes, ſi dignitatem rerum non ex opinione multorum, ſed ex earum natura conſtituas. Nobis commiſſa ad Dei gloriam, & proximi ędificationē diſpēſare. Lu. 12. Quis putas eſt fidelis ſeruus, & pru-

A ☞ Vide rogo: vbi ſint recti corde.

& prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam &c. Mutabilitatem fugere. Seneca. Scito te in quibuſdam perſeuerare debere, quia cępiſti, quædam nec incipere.

SCHOLIA.

A Dignitatem rerum, non ex opinione multorum &c.] Multorum ſcilicet non recte ſentientium. Si enim recte ſentirent; naturam rerum ſecundum dignitatem naturalem rerum appenderent, non ſecundum opinionem multorum alio tendentium. Et ſic illo modo appendere idem eſt, quòd appendere ſecundum veritatem; quemadmodum ſecundo modo appendere eſt appendere ſecundum falſitatem; vt ex eodem Seneca hic habes. Nec obſtat ly vox populi, vox Dei, quod eſt tritiſſimum adagiũ: quoniam intelligitur ſic, vox populi ſcilicet nõ errantis. Huiuſmodi enim populus præſumitur inſpiratus à Deo ad loquendũ: Sicut populus in voce ſua, vel opinione, vel &c. errans, deprȩhenditur aliunde motus.

Regula notanda pro veritate humana.

De temperantia. Cap. XXXV.

TEMPERANTIA ſecundum Macrobiũ, prout eſt virtus politica, eſt nihil appetere pęnitendum, in nullo legem moderationis excedere, ſub iugo rationis cupiditatem domare. Temperantia prout eſt virtus, purgatoria eſt, omnia relinquere inquantũ natura patitur, quæ corporis vſus requirit. Tẽperantia verò prout eſt virtus purgati animi, eſt terrenas cupiditates non ſolum reprimere, ſed pœnitus obliuiſci. Tẽperantia prout eſt virtus exemplaris, eſt quędã in ſe A

perpetua intentione conuerſio. Partes temperantiæ ſecundum Tullium ſunt tres; continentia, clementia, & modeſtia. Continentia, ſecundum eundem Tullium, eſt virtus, per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur. Clementia eſt per quam motus animi in odium alicuius temeritate concitati, comitate, vel hilaritate retinetur. Modeſtia eſt virtus per quam pudor honeſtus, charam & ſtabilem authoritatem comparat. Species temperantiæ ſunt tres, ſobrietas, continentia, & modeſtia. Prima conſiſtit circa guſtum, in quo ponit modum ſobrietas. Secunda eſt circa tactū, quantum ad vim generatiuam: cui imponit modum caſtitas. Habet enim homo uehementem appetitum conſeruandi ſe in eſſe indiuidui per nutrimentum, & conſeruandi ſe in eſſe ſpeciei per generationē. Iſti autem appetitus reſtringūtur per ſobrietatem & continentiam. Tertia conſiſtit in dictis & factis. Factum autem prout hic accipitur, pertinet ad tres ſenſus circa proprias eorū materias, ſcilicet viſum, auditum, olfactum. Pertinet etiam hoc factum ad tactum, nō quidem qui eſt in generatiua, ſed ad alios, quorū organa ſunt manus ad percutiendum, vel capiendum: & pedes ad ambulandum. In omnibus iſtis modum ponit modeſtia. A Dignitas temperantiæ in hoc eſt, quod animam decorat: quia ſicut in naturis forma eſt decentior materia, ſic & in motibus plus commendatur modus, quam ipſa actio. Propter hoc temperantia comparatur Soli, qui medius planetarum eſt, & decentior inter omnes. Meritum cumulat,

Nomina tio.

quia

quia medium tenuere Beati. Vnde dicitur quòd verbis nõ meremur ſed aduerbijs: id-eſt non in eo ꝙ aliquid facimus, ſed in eo, quòd bene facimus. Iſtud patet in illa vidua quæ obtulit duo minuta, & magis commendata eſt, quàm qui magna dona miſerunt in Gazophylacium. Vitioſos appetitus refrenat, ſicut ſupra dictũ eſt: vnde comparatur freno & remo, & limæ quæ ſuperfluũ rubiginis tollit de ferro. Actiones informat, ſecũdum quod Apoſtolus inſtruit, dicens ad Romanos duodecimo, Rationabile obſequium veſtrum. Medium ſeruat. Bernardus, Tene medium, ſi non vis perdere modum. De hoc medio dicitur, Medio tutiſſimus ibis. Iſtud medium voluit dominus nos tenere, quando fecit Euam non de capite, vel de pede, ſed de coſta: & quando fecit hominem partim corporalem, & partim ſpiritualem: vt dignitate naturæ ſub natura eſſet angelica, & ſuper corpoream creaturam. Chriſto aſſimilat, qui ſtetit in medio diſcipulorum, ſedit in medio doctorũ, ſuſpẽſus eſt in medio latronum, locatus eſt in medio duorum animalium, viſus eſt à Ioanne in Apocolypſi in medio cãdelabrorũ aureorum. Naturam conſeruat, quia natura in medijs delectatur, & ꝑ extrema corrumpitur. Vnde Philoſophus: Excellentia ſenſatorum corrũpitur ſenſus. Ferculis æternis cibat. Vnde temperantia comparatur ligno vitæ, quod erat in medio Paradiſi. A

SCHOLIA.

A Terrenas cupiditates.] Id eſt cupiditates auertẽtes à legib' Dei, & à fructu bonitatis eius; ex Aug. ĩ libro de morib. Eccleſię. Qui cupiditates ſint terrenæ.

Principaliter tamen & proprie, temperātia eſt circa concupiſcentias, atque delectationes ſecundum tactum, ideſt victum, & coitum, vt tertio Ethicorū habet Philoſophus; licet ſecundario circa quaſcunque alias. [2. 2. quæſt. 141. art. 4.

De fortitudine. Cap. XXXVI.

FOrtitudo ſecundum Macrobium prout eſt virtus politica, eſt animum ſupra periculi metum agere, nihilq; niſi turpia timere, tolerare fortiter aduerſa, vel proſpera. Fortitudinis purgatoriæ eſt animo non terreri, à torpore recedere, nec altitudinem abhorrere. Fortitudinis purgati animi eſt paſſiones ignorare, non metuere, vt neſciat iraſci, & nihil cupiat inhoneſtum. Fortitudinis exemplaris eſt eſſe immutabilem, qa ſemper idem eſt, nec aliquādo mutatur. Partes fortitudinis ſecundum Tull. ſunt quatuor: Magnificentia, fiducia, patientia, & perſeuerantia. Magnificentia ſecundū eundem eſt magnarum & excelſarum rerum cū ampla quadam animi propoſitione, cogitatio atque adminiſtratio. Fiducia eſt virtus per quam in magnis & honeſtis rebus multum ipſe animus cum certa ſpe fiduciæ in ſe collocauit. Patientia eſt honeſtatis & vtilitatis cauſa rerum arduarum atque difficilium voluntaria & diuturna perpeſſio. Perſeuerantia eſt virtus in ratione bene cōſiderata ſtabilis & perpetua permanſio. Multi ſunt effectus fortitudinis: Primus eſt, quia de hoſtibus triumphat. Iudas Machabęus. 5. Mach. 2. & idem vir fortiſſimus.

A

Patientia reſpicit primo honeſtum, ſecundò vtile.

Secun-

Secundus, quia homini ſua bona cõſeruat. Lucæ.11.Cum fortis armatus, &c. Tertius, quia ditat. Prouerb. 10. Manus fortis diuitias parat. Quartus, quia regnum cœlorum expugnat. Matth. 11. Regnum cœlorum vim patitur, &c. Quintus, quia ornat. Prouerbio. 31. Fortitudo, & decor indumentũ eius. Sextus, quia in extremis aſſecurat. Prouerb. 30. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. Septimus, quia remunerationem expectat. Prouerb. 31. Mulierem fortem quis inueniet, &c. Fortitudo conſiſtit in quinque, ſcilicet in aggreſſione arduorum. Pſal. 30. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum. In contemptu terrenorum. Heb. 11. Moyſes negauit ſe eſſe filium Pharaonis, &c. In ſuſtinentia tribulationum. Cant. 8. Fortis eſt, vt mors dilectio. In reſiſtentia tentationum. Apoſto. 2. Timoth. 2. Non coronabitur niſi qui legitime certauerit. In impugnatione vitiorum, Iob. 7. Militia eſt vita hominis ſuper terrã. Multa iuuant fortitudinem: Primum eſt exhortatio prudentium. Vnde legitur de Iuda Machabæo. 2. Machabæorum. 15. quòd armauit ſocios non clypei, vel haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis. Secundum, exempla robuſtorum, vt legitur de Eleazaro, quòd elegit fortiter mori pro paternis legibus, exemplum virtutis & fortitudinis poſteris relinquens. Tertium, eſt exercitatio in pugnis. Vnde legitur in Ioſue, quòd dominus non deleuit ſtatim omnes hoſtes filiorum Iſrael, ſed reliquit aliquos, vt per eos haberent conſuetudinem præliandi. Quartum, eſt ſpes remunerationis. 2. Para-

2. Mac. 6.

lipomenon.15. Confortentur manus veſtrę, & non diſſoluātur: erit enim merces operi veſtro. Quintum, hoſtium debilitas. Greg. Debilis eſt hoſtis qui non poteſt vincere niſi volentem. Sextum, orationis adiutorium. Exod.17. Cùm eleuaret manus Moyſes, vincebāt filij Iſrael, &c. Septimum, armorum ſpiritualium apparatus. Vnde Sanſon vicit Philiſtęos in mandibula aſini, id eſt, temperantia & ſimplicitate. Octauum, memoria dominicæ paſſionis; quod ſignificatum eſt in Dauid.1.Regum.17. qui contra Goliam venit in baculo & funda. Nonum, cibus ſpiritualis. Pſal.103. Panis cor hominis confirmet. 3.Regum 19. Ambulauit Helias in fortitudine cibi illius, &c. Vnde & Petrus potatus ſpiritus ſancti gratia confortatus eſt dicens, Actuum.5. Oportet Deo obedire magis quàm hominibus. Idem verò Apoſtolus ante talem confortationem dixit, Mar.14. Neſcio hominem hunc.

SCHOLIA.

A A corpore recedere.] Scilicet per mortem violentam. Vnde ſecundū Philoſophū, tertio Ethicorum. Fortitudo maximè eſt circa mortem, quæ eſt in bello. Hinc habes ergo, quòd licet fortitudo bene ſe habeat in omnibus aduerſis tolerandis; non tamen ex quorumcunque aduerſorum tolleratione dicitur homo fortis ſimpliciter; Sed ſolū ex hoc, ꝙ benè tollerat maxima mala, quorum omnium maximè eſt terribile mors. 4. Ethic. Ergo ex aliorum aduerſorum conuenienti tolleratione dicitur homo fortis tantum ſecundum quid. [2.2.q.133.art.4.

Qui ſit fortis.

De Iuſtitia Politica.
Cap. XXXVII.

IVſtitiæ politicæ, ſecundum Macrobium, eſt ſeruare vnicuique quod ſuum eſt. Iuſtitiæ purgatoriæ, ſecundu m eundem, eſt ad vnam cuiuſque propoſiti viam vniuſcuiuſque virtutis officium conſeruare. Iuſtitiæ autem purgati animi eſt, ita cum ſuperna mente ſociari, vt ſeruet eum ea fœdus perpetuum imitando. Iuſtitiæ exemplaris eſt, ꝙ perenni lege ſempiterna operis ſui continuatione non flectitur. Partes iuſtitiæ, ſecundum Tullium, ſunt ſex, ſ. religio, pietas, gratia, vindicatio, obſeruantia, veritas. Religio, ſecundum eundem Tullium, eſt virtus quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam, ceremoniamq; affert. Pietas eſt, per quam coniunctis ſanguine, & beneuolentiæ officium, & diligens tribuitur cultus. Gratia eſt, in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & remunerandi voluntas continetur. Vindicatio eſt virtus per quam vis, & iniuria, & omne quod obſcurum eſt defendendo, atque vlciſcendo propulſatur. Obſeruantia eſt virtus, per quam homines aliqua dignitate antecedētes, cultu quodam, & honore dignantur. Veritas eſt virtus, per quam immutata ea, quæ ſunt, aut fuerunt, aut futura ſunt dicuntur. Nota, quòd iuſtitia non tam eſt virtus ſpecialis, quàm generalis, vt habēs ſupra de virtutibus Cardinalibus in genere. Iuſtitia, vt dicitur in libro Sapientiæ, eſt

Erubeſcite confuſi a Tullio, negantes in diuino cultu cæremonias

per-

perpetua, multiplici ratione. Primò, quia perpetuat animam ſtabiliendo eam in debito loco, ſ. ſup Deo, & ſupra corporales creaturas. Secundò, quia manebit in patria ſecundum eſſentiam, & vſum. Aliæ autẽ virtutes Cardinales & ſi maneant in patria ſecundum eſſentiam, non tamen ſecundum omnem vſum. Temperantia enim non refrenabit motus illicitos: prudentia non cauebit ab inſidijs: fortitudo non aggredietur terribilia. Iuſtitia peruertitur tripliciter, ſcilicet amore perſonæ, vel pecuniæ. Iſa. 5. Væ qui iuſtificatis impium pro munere. Timore: Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Rancore: Marc. 15. Sciẽs qđ per inuidiam tradidiſſent eum. Multa mouent ad rectitudinem iuſtitiæ. Primum eſt rectitudo humani corporis, quia indecens valde eſt in recto corpore curuum habere animum. Secundum eſt naturalis inclinatio: quia, vt ait Aug. Iuſtitia eſt in corde hominis naturaliter. Tertiũ, quia bruta animalia docent multa quæ pertinent ad iuſtitiam, vt eſt innocentia, concordia, & huiuſmodi. Quartũ eſt ſcriptura. Eccle. 4. Vſq; ad mortem certa pro iuſtitia. Effectus iuſtitiæ, eſt, quòd Beatificat Matth. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. 1. Pet. 3. Si qd patimini propter iuſtitiam, Beati. Quod
A exaltat. Eccl. 4. Qui operatur iuſtitiam, exaltabitur. Appetitum concupiſcentiæ refrenat. Iſaiæ. 11. Erit iuſtitia cingulum lumborum eius. Locum Deo præparat. Pſal. 88. Iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ. A morte æterna liberat. Prouerbio. 10. Iuſtitia liberauit à morte. Coronat. 2. ad Timot. 4.

Repoſi-

Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Remunerat. Pſal. 17. Retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam. Iuſtitia conſiſtit in fide. Apoſto. Roma. 4 Credidit Abrahã Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Item in oratione. Pſal. 33. Clamauerunt iuſti, & dominus exaudiuit eos. In ſancta meditatione. Eccle. 14. Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & in iuſtitia meditabitur. In humiliatione. Matth. 3. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Glo. Perfecta iuſtitia eſt ſubdere ſe minori. In eruditione. Prouerb. 11. Seminanti iuſtitiam merces fidelis. Beati ergo, q ad iuſtitiam erudiunt plurimos

SCHOLIA.

A Seruare vnicuique quod ſuum eſt.] Id eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt, ſaltem per quandam reductionem. Verbi gratia. Subuenire miſeris attribuitur iuſtitiæ ſecundum Auguſtinum 4. de Trinit. & beneficentia, benignitas, liberalitas, ſecundũ Tullium, libro de Officijs, quibus tamen virtutibus, ſcilicet, miſericordia, beneficentia &c. nõ videmur tribuere proximo, quod ſuum eſt, ſed magis quod noſtrum eſt. Hoc tamen noſtrum per talium virtutum inclinationem fit ſuum, antequã à nobis actualiter per exteriorem dationem fiat ſuum: Vt bene conſideranti patet. Et ideo tale noſtrum dicitur per reductionem quandam ſuum; & conſequenter pertinet ad iuſtitiã, tùm ſubuenire miſeris, tũ benefacere alijs. Nec mirum quia virtutes hæ, & quædã aliæ reducuntur ad iuſtitiam, velut ſecundariæ ad principalem, eoque maximè, quia iuſtitia tùm generalis, tùm ſpecialis omnibus moralibus virtutibus præſtat. Hinc Philoſophus.

Cuiuſq; ſuũ multiplex.

phus. [5. Ethicorum aiebat.] Præclariſſima virtutum videtur eſſe iuſtitia, & neque eſt Heſperus, neque Lucifer, ita admirabilis, [2. 2. quæſtio. 58. art. 11. & 12.]

De donis in communi. Cap. XXXVIII.

LICET omnes habitus dati diuinitus poſſint dici generaliter dona Dei: ſpecialiter tamen & appropriate ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti, quæ per ordinem Iſa. 11. enumerat, à ſummo incipiens vſque ad vltimum deſcendendo. Septem igitur ſunt dona multiplici ratione.
A Primò ſcilicet, vt per hæc ſeptem expellantur vitia ſeptem, ita ſcilicet vt timor expellat ſuperbiam: pietas inuidiam: ſcientia iram, quæ eſt quaſi quædam inſania: fortitudo acediam: conſilium auaritiam: intellectus gulam: ſapientia luxuriã. Secundò dicuntur eſſe ſeptem dona propter expediendas vires naturales. Nã iraſcibilis indiget expediri tam in proſperis quàm in aduerſis: in proſperis quidem per timorem: in aduerſis autem per fortitudinem. Concupiſcibilis indiget expediri quantum ad effectum reſpectu proximi, quod fit per pietatem: & quantũ ad affectum reſpectu Dei, quod fit per guſtum ſapientiæ: Rationalis quoque indiget expediri in veritatis ſpeculatione, quod fit ꝑ donum intellectus; & in veritatis electione, quod fit per conſilium: atque in electi executione, quod fit per donum ſcientiæ. ꝑ hoc enim donũ rectè conuerſamur in me-

dio nationis prauæ & peruerſæ. Tertiò dicuntur eſſe ſeptem dona, propter regimen actiuę, & contemplatiuę vitę. Contemplatiua ſiquidem tria dona debet habere, ſ. timorem ad reuerentiam maieſtatis, intellectum ad intelligentiam veritatis, ſapientiã ad guſtum bonitatis. Actiua verò vita debet habere pietatem ad agendum, fortitudinem ad ſuſtinendum, ſcientiam ad diſcretionem pietatis, conſilium ad directionem fortitudinis. Plurima ergo dona ſunt ad intellectum ſpectantia: quia lux cognitionis multum valet ad rectè viuendum. Propter eandem cauſam fit donorum obuiatio: vbi quaſi ſemper adiungitur vnum directiuum cum alio, quod ſpectat ad actionẽ, uel paſſionem: vnde Gregorius ſuper Ezec. dicit quòd ſumus per ſapientiam maturi, per intellectum prouidi, per conſilium cauti, per fortitudinẽ animoſi, per ſcientiam diſcreti, per pietatem miſericordes, per timorem humiles.

SCHOLIA.

A Septem ſunt dona.] Scilicet cuique ſingulari homini neceſſaria ad ſalutem; nõ autem quomodocunque data diuinitus, ẽt vltra virtutes. Nam prophetia, & aliæ gratiæ gratis datæ, ſunt Dona ſpiritus ſancti: quia ex gratuita donatione ipſius habita; non tamen inter dona hæc compræhenduntur. Nam prophetia, & huiuſmodi dantur ad manifeſtationem ſpiritus, ſeu ad vtilitatem aliorum; pręſentia verò dona dantur ad neceſſitatẽ ſalutis cuiuſque ipſa habentis. [1.2.q.68.art.4. & 2.

Differentia gratuitorũ donorum.

De timore in communi. Cap. XXXIX.

TIMOR eſt, vt ait Auguſtinus, fuga mali. Species timoris ſunt ſex: primus eſt naturalis, quo quilibet naturaliter timet nocumentum naturæ. Iſte non eſt meritorius, neque demeritorius: quia non ſubiacet libero arbitrio, & dicitur naturalis nō à natura inſtituta, ſed deſtituta: quia iſte timor eſt pro peccato primorum parētum inflictus. hoc timore Chriſtus naturaliter mori timuit. Secundus eſt timor humanus, quo quis nimis timet pelli ſuæ. Iſte timor naſcitur ex nimio amore præſentis vitæ: & eſt quandoque mortalis actus, cùm potius quis peccaret mortaliter, quàm amitteret vitam ſuam. quandoque eſt venialis, vt cū quis faceret potius peccatum veniale, quàm permitteret ſe occidi. Tertius eſt timor mundanus, quo quis nimis timet ſuis rebus ſpoliari. Hic naſcitur ex nimio amore rerum temporalium, & eſt quādoq; mortalis, quandoq; venialis, penitus eodē modo, quo dictū eſt de humano. Quartus eſt timor ſeruilis, quo quis timet peccare principaliter propter pœnam. Quintus eſt timor initialis, quo ſcilicet timet quis gehennā, & Dei offenſam. Vnde quaſi duos habet oculos: vnum ad gehennam, alium ad Deū: & hic eſt principalior. Sextus eſt timor filialis, quo ſcilicet quis timet offenſam Dei, vel ſeparationem à Deo. Numerus prædictorum timorum ſic accipitur. Aliquis timor eſt à ſpiritu ſancto, & cū ſpiritu ſancto,

ſancto, ſicut timor initialis & filialis. Aliquis a Spiritu ſancto eſt, & non cum Spiritu ſancto, ſicut timor ſeruilis. Aliquis eſt cum ſpiritu, & non a Spiritu ſancto, ſicut timor naturalis. Aliquis nec a ſpiritu ſancto, nec cum Spiritu ſancto, ſicut timor humanus & mundanus, quos nec ſpiritusſancti gratia ſecum compatitur, nec per Spiritumſanctum dantur. Eſt adhuc alius timor reuerentiæ, q ſolus inter omnes timores erit in patria: ſicut dicit Pſa. 18. Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Reuerentia verò eſt reſilitio à conſiderata magnitudine Dei in propriam paruitatē. Timor Domini multa bona facit. Primò, quia expellit peccatū. Eccl. 1. Timor Domini expellit peccatum. Sapientiam gignit. Eccle. 1. Qui timet, nihil negligit. Mentem ſtabilit. Eccl. 27. Niſi in timore Domini tenueris te inſtāter, citò ſubuertetur domus tua. Spiritualiter ditat Pſa. 33. Non eſt inopia timentibus eum. Bona opera cumulat. Eccl. 15. Qui timet Deum, faciet bona. Cor delectat. Eccl. 1. Timor domini delectat cor. Vitam prolongat. Prouer. 19. Timor domini apponit vitam. Deuotionē irrigat. Prouer. 15. Timor domini fons vitæ. Æternaliter remunerat. Ecc. 1. Timenti Deū bene erit in extremis. A

SCHOLIA.

A Nec Spiritus ſancti gratia ſecum cōpatitur]. ſ. quando ſunt peccata mortalia, non autem quando venialia. Nam Dei gratia compatitur veniale, non tamen mortale. [1.2. q. 89. art. 1.]

De

De timore ſeruili. Cap. XL.

TIMOR ſeruilis donum ſpiritus ſancti eſt, nec tamē eſt cum ſpiritu ſancto, ſicut aurora eſt à Sole, nec tamen cum Sole eſt. Timor ſeruilis ſpiritui ſancto locum A præparat, vt eum ſicut ſeta filum introducat. Seta nanque fili introducendo ipſum præcedit, non tamen cum ipſo permanet, ſicut ait Aug. Timor ſeruilis eſt bonum, quo nemo bene vtitur, quia licet habitus timoris ſeruilis bonus ſit in ſe, ſecundum etiam quòd donum ſpiritus ſancti eſt, tamē eius A actus quandoque peccatum eſt. Timor ſeruilis duo facit. Primum eſt, quod præparat uiam charitati. Secundum eſt, quòd retrahit à peccato metu pœnę tantùm. Ratione primi bonus eſt, ſed ratione ſecundi diſtinguitur. Vnde notandum eſt, ꝙ vſus timoris ſeruilis duplex eſt, ſcilicet cùm quis vtitur eſſentia habitus tātùm, vel cùm vtitur ſeruilitate. Primò modo vſus eius bonus eſt. Nam ille eſt abhorrere pęnas ęternas, quod bonum eſt cum timore initiali. Secundò modo vſus eius malus eſt, quia uſus eius eſt vitare malum ex coactione per pęnam, cuius tamen affectus habetur in voluntate, & ſequeretur effectus, ſi ſperaretur impunitas, vt ait Aug. Et ſic intelligitur dictum eius, qui ait, quòd timor ſeruilis bonus eſt, non tamen qui timet ſeruiliter, bene agit: quia agere bonum eſt ex bonitate facti; ſed agere bene, id eſt meritoriè, eſt ex voluntate agentis, qui agit ex virtute charitatis & gratiæ.

Seruilitas timoris, quid.

SCHO-

SCHOLIA.

A Quo nemo bene vtitur.] Nemo, ſcilicet eius ſeruilitate, vel eo ſeruiliter vtens. Seruilitas autem eius, quid ſit, habes in textu. Sic timorem ſeruilem accipiebat & Lyricus poeta dicens, oderunt peccare (exteriori ſcilicet actu), mali formidine pœnæ. Nam adhuc tales timentes ſunt mali, ſimiles his, qui ex bono habito eliciunt malum ſibi; vt qui gladio multis bonis vſibus bono, ſeſe transfodiunt. [2.2.q.19.ar.4. vide ſupra lib.3.cap.30. ne erres.] Non idē ſeruilitas, & timor ſeruilis.

De timore initiali. *Cap. XLI.*

TIMOR initialis ideo ſic dictus eſt, quia eſt incipientium primò pœnitere. Vnde Iſa.26. Domine a timore tuo concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis. Qui adhuc ſunt in anguſtia pro peccato, quod cōmiſerunt, ſed hæc anguſtia foras mittitur, 1.Ioan.4. quando conſcientia ſerenatur ad plenum: quia perfecta charitas foras mittit timorem initialem, inquantum habet naturam timoris ſeruilis: ſecūdum hoc ſcilicet quòd habet oculum ad pœnam. Timor enim initialis habet duos oculos: vnum ad gloriam A qui eſt ei eſſentialis: alterum ad pœnam, qui eſt ei accidentalis, ſed timori ſeruili eſt eſſentialis. Præterea timor initialis abſtinet a peccato retrahenti a gloria propter pœnam purgatorij, in quo poteſt conuenire cum perfecto, qui etiam timet pœnam purgatorij, in quantum eſt dilatiua gloriæ, ſiue ſeparatiua ad tempus. Duplex eſt amor, ſ. filialis quo Deum diligimus propter ſe tantum: &

tum: & mercenarius, quo eum diligimus principaliter, ſed ſecundario, habito reſpectu ad mercedē. Huic duplici amori reſpondet duplex timor, ſcilicet initialis, & filialis. Nam filialis timor reſpondet amori filiali, initialis verò reſpondet amori mercenario.

SCHOLIA.

A Alterum ad pœnam.] Nō tamen cum ſeruilitate. Alioquin ſic timere pœnam non eſſet nobis vtile. Et tamen timor initialis eſt nobis vtilis, & adhuc magiſquam ſeruilis; licet eius ſeruilitas ſit inutilis. Quòd autem timere pœnam (dico æternam, non tantum Purgatorij inquantum dilatiua eſt &c.) ſit nobis vtile bonum, & non peccatū, patet [per ſacr. Concilium Tridentinum] ſic aduerſus hæreſim illam determinans. Si quis dixerit Gehennæ metum, per quem ad Dei miſericordiam de peccatis dolendo cōfugimus, vel a peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores peiores facere. [Anathema ſit: Seſſ. 6. can. 8.]

Timor pœnæ qñ vtilis.

De timore filiali. Cap. XLII.

TIMOR filialis propriè timet offendere Deum, qui etiam ſi propter peccatum non ſeparetur a Deo, tamen a peccato abſtineret, ne Deum offenderet, & in hoc timor filialis differt ab initiali, quia initialis propriè eſt timor ſeparationis, quia propter conſcientiam peccati timet a Deo ſeparari. Timor autem filialis tantum timet offendere Deum. Alia eſt differentia, quia timor initialis eſt imperfectorum, ſed filialis perfectorum. Tertia eſt differentia, quia cum in

in timore pœnæ ſint duo, ſcilicet punctio, & cautela: ipſa punctio pertinet ad timorē initialem (talis enim punctio eſt ex cōſcientia peccati, de quo neſcit an ſit dimiſſum) cautela verò pertinet ad timorem filialem, ſicut enim perfectus cauet peccatum, quo Deum offendit: ita per conſequens cauet pœnam, ſed tamen per accidens. Timor etiam filialis dicitur ſanctus, & caſtus. A

SCHOLIA.

A Tamen per accidens.] Scilicet quantum ad intentionem perfecti, non quantum ad conſequentiam reſpectu euaſionis a peccato. Id enim dicitur eſſe per accidens, reſpectu intentionis alicuius; quando is operaretur taliter, ſiue id conſequeretur ad talem ſuam operationem, ſiue non. Nam accidens eſt (ex libro prædicabilium) quod ſiue adſit, ſiue abſit, non tollit ſubſtantiam rei. Cùm igitur perfectus ſic bene operari, caueréque a peccato, intendat, etiam quòd euaſionem a pœna non conſequeretur; patet, quòd huiuſmodi euaſio reſpectu ſic perfecti ſe habet per accidens. Nihilominus euaſio eadem reſpectu conſequentiæ ad opus factum eſt per ſe; quoniam neceſſario pœnam euadit, qui aliquid pœna dignum non commiſit, ſi ei propter ſe pœna debeatur. vt patet.

Quàm laudabilis intentio; vtinā q̄ multorum.

De dono pietatis. Cap. XLIII.

DONVM pietatis in tribus conſiſtit, ſcilicet in cultu Dei, in veneratione ſacræ ſcripturæ, & in honore proximi. Cultus Dei conſiſtit in profeſſione diuinæ maieſtatis: & hoc eſt theoſebia. Veneratio ſacræ

ſcripturæ conſiſtit in hoc, vt ei firmiter credatur, ſolicitè cuſtodiatur, & fideliter diſ-
A penſetur. Honor proximi conſiſtit in reuerentia superiorum, in conformitate æqualium, & in ſubuentione inferiorum.

SCHOLIA.

A Fideliter diſpenſetur.] Tunc ſacra ſcriptura diſpenſatur fideliter; quando diſpenſatur ſecundum ſuum ſenſum legiti-
Diſpenſatio fidelis. mum, non adulterinum. Sēſus legitimus ei ſecundum ſeipſam conuenit; & ideò rectè vocatur ſenſus fidelis ab Apoſtolo, ibi, Am-
Ad Tit. 1. plectentem fidelem ſermonem. Senſus adul
2. Cor. 2. terinus ei ſecundum deprauatores conue-
Notādū neceſſariiſſimū. nit, licet ſecundum ſeipſam ei repugnet, & ideo inſtar adulteri dicitur ſenſus adulterinus, iuxta Apoſtolum ibi, Non ſumus adulterantes verbum Dei ſicut quidam. Quis vero ſenſus fidelis, vel adulterinus ſit, determinare ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat; cuius ſolius eſt decidere ea, quę ſunt fidei. [2.2.q.1.ar.10. Anacletus Papa tertius (ſecundum Hieronymum) & Græcus natione in epiſtola 1. decret.] Nam ei (inquit Concilium) in B. Petro paſcendi, regendi, atque gubernandi vniuerſalem eccleſiam a Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe difinimus; & ſanctam
Caput Eccleſiæ Catholicæ. Apoſtolicam ſedem, & Romanorum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatū; & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B. Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſię caput, & omnium Chriſtianorum patrem ac Doctorem exiſtere: quemadmodum etiā geſtis œcumenicorum conciliorum in ſa-

cris

cris canonibus continetur. Renouantes inſuper ordinem traditum in canonib. venerabilium Patriarcharum; Vt Patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt ſanctiſſimum Romanum Pontificem, Tertius Alexandrinus, Quartus Anthiochenus, Quintus Hieroſolimitanus. Dat. Florentiç in Seſſione publica ſinodali. 1439. Pridie nonas Iulij. Hæc formalia verba Concilium Florentinum, tùm ex Latinis, tùm ex Græcis patribus congregatum. Vide illius Seſſionem vltimam in litteris ſanctæ vnionis huius formalis tenoris. Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriã. conſentiente ad infraſcripta chariſſimo filio noſtro Ioanne Paleologo Romanorum Imperatore Illuſtri: Et Locatenentibus Venerabilium fratrum noſtrorum Patriarcharum, & cæteris orientalem Eccleſiam repręſentantibus. Lætentur cœli, & terra &c. Quibus deinde litteris ſolenniter lectis & Græcè & Latinè ſcriptis omnis Eccleſia tùm Orientalis tùm Occidentalis ſubſcripſit. Ante has litteras circa finem ſeſſionis eiuſdem videbis Græcos coram Imperatore poſt multam diſputationem, & librorum Doctorum ſuorum reuolutionem, (abſentibus latinis) eadem hæc primum inter ſe inuicem, quaſi ab ipſa veritate coactos, concluſiſſe. Tunc itaque ſolum diſpenſatur fideliter ſacra ſcriptura, quando ſecundum ſenſum Apoſtolicæ Sedis Romanæ docetur: cęterum libeat teſtamentum Aureum Patriarchæ Conſtantinopolitani Græcis filiis ſuis relictum inibi reuerenter audire: quod ad verbum formaliter manu ſua dictante

A

Veritas omnibus præualet.

 ſpiri-

ſpiritu ſancto conſcriptum ſic iacet. Ioſeph miſeratione diuina Conſtantinopolis &c. Oecumenicus Patriarcha. Quoniam ad extremum vitæ meæ perueni, iccirco pro meo munere dilectis filiis benignitate Dei meā ſententiam his libris palam facio. Nam quę Domini noſtri Ieſu Chriſti catholica & Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ac celebret OMNIA me quoque ſentire, crederéq;, profiteor; ac ipſis plurimum acquieſco. Beatiſſimum autem patrum patrem, ac ſummū Pontificem, Romæque veteris Papam, Domini noſtri Ieſu Chriſti VICARIVM eſſe concedere, atque purgatorium animarum eſſe, non inficior. Datū Florentiæ, die 8. menſis Iunij, Anno 1439. Hæc ille. Nota ly Vicarium Chriſti: & ly omnia: & quòd in morte præuiſa hanc veram hæreditatem, ſuis ligauit.

De dono ſcientiæ. Cap. XLIIII.

SCIENTIÆ doni [quod idem eſt in eſſentia prudentia, quæ eſt virtus politica, ſed differt in ratione agendi. Prudentia enim procedit ex principiis iuris naturalis, ſcientiæ verò donum ex principiis fidei], proprius actus eſt docere; rectè conuerſari in medio nationis prauæ, & peruerſæ. Ad quod requiruntur tria: primum eſt, quòd habeat rationes, quibus ſe defendat ab impugnantibus fidem ſuam. Secundum eſt quòd a malo abſtineat. Tertium, quòd bene & prudenter temporalia adminiſtret. Præterea ſcientiæ doni eſt dirigere opera ad normam rationis, & ad conformitatē Dei. Item

per ſcientiæ donum ſcitur ne ſub ſpecie boni malum lateat. Item donum ſcientiæ regit pietatem, propter quod etiam hæc duo combinantur. Item per donum ſcientiæ ſcit homo quid ſit, & a quo ſit, & ad quid ſit. Scientiæ donum eſt ſcientia faciendorum: & ideo ratione ſcientiæ conſiſtit in cognitione, ſecundum quam non eſt virtus; ſed ratione faciendorum conſiſtit in operatione, ſecundum quam eſt virtus.

SCHOLIA.

A Proprius actus ſcientiæ doni eſt docere.] Scilicet ſemetipſum, non alios. Nam ſcientia, qua homo ſcit fidem aliis manifeſtare eos ad credendum inducendo, vel contradictores conuincendo, non pollent plurimi fideles; quamuis polleant ipſa fide, vt inquit Auguſtinus. Scientia verò, qua ſcit homo quid credere debeat, diſcernendo credenda a non credendis, omnibus fidelibus ſanctis ineſt. Nec mirum quoniam ſcientia illo modo dicta computatur inter gratias gratis datas, quæ non dantur omnibus ſed quibuſdam, ſcientia autem iſto modo vltimo dicta eſt donum ſpiritus ſancti, quæ dona ſunt communia omnibus ſanctis. [2.2. q. 8. art. 4. & 5. & q. 9. ar. 1.

Scientia. 13. de trinit.

De dono conſilij. Cap. XLV.

CONSILIVM ſumitur tribus modis, quandoque enim dicitur conſilium deliberatio de rebus valentibus ad finem, ad quem tendimus: & tale conſilium pertinet ad prudentiam, vel idem eſt quod prudentia. Quandoque dicitur conſilium perſuaſio rerum excellentium, ad quas non

tenemur, ſecundum quod dicitur hoc eſſe
Matt.9. conſilium. Si vis perfectus eſſe, vade & vende, & cæt. Quandoque dicitur conſilium prudentia valde exercitata in medio contemplatiuorum & actiuorum donorum, &
A deliberatio de quibuſdam operibus arduis, ſiue teneamur ad ea, ſiue non: & ſecundum hoc ſumitur conſilium donum, & ita conſilium & prudentia ſunt idem in eſſentia: tamen conſilium abundat ſupra prudentiã in vno accidente, ſecundum quòd eius eſt imperare. Nota quòd ſicut ad ſcientiæ donũ pertinet reprobare malum & eligere bonũ, ita pertinet ad conſilium cauere pericula quæ ſunt in hoc exilio. Item ſicut ſcientiæ donum habet regere pietatem, ita donum conſilij habet regere fortitudinem. In hoc autem differunt conſilium & ſcientia, quia ſcientia eſt circa bonum & malum, ſed conſilium eſt circa difficile & arduum.

SCHOLIA.

A Deliberatio de quibuſdam operibus arduis.] Id eſt, de ordinatis in finem vitæ æternæ deliberatio a ſpiritu ſancto per gratiam inhabitante homini infuſa, pro ſalute
Conciliũ ipſius hominis ſic deliberantis. Ad gratiam enim gratis datam hoc pertinere poteſt; ꝙ aliquis ſit ita boni conſilij, quod aliis conſilium præbeat. ſecundum illud 1. Machabæorum. 2. Ecce Simon pater veſter, ipſe vir conſilij eſt. Sed quòd aliquis a Deo conſiliũ habeat; quid fieri oporteat in his, quæ ſibimet ſunt neceſſaria, vel vtilia ad ſalutem: hoc pertinet ad donum conſilij. Primum itaque eſt aliquorum tantum, etiam nõ habentium gratiam, ſecundum eſt omnium

haben-

habentium gratiam.[2.2.q.52.ar.1.& 4.Vide quotationes ſupra Capit.44.huius.

De dono ſapientiæ & intellectus. Cap. XLVI.

SAPIENTIA & intellectus differunt: quia ſapientia eſt cognitio Dei abſolutè: intellectus verò collatiuè,ſ.in comparatione ad creaturas. Item alia differentia: A quia intellectu cognoſcitur Deus per illuminationem de auditis in ſcriptura,ſapientia autem cognoſcitur ipſo experimento. Item per intellectum Deum cognoſcimus, per ſapientiam dulcedinem eius guſtamus. Vnde ſapientia dicitur quaſi ſapore virtutum condita ſcientia.Item ſicut dicit Greg. per intellectum ſumus prouidi, per ſapientiam maturi.

SCHOLIA.

A Ipſo experimento.] Scilicet infuſo; non acquiſito,nec etiam per ſtudium.Vnde De experimento. tale experimentum, eſt quoddam de rebus ſpiritualibus iudicium per modum inclinationis, ſicut habens virtutis habitum iudicat rectè de his, quæ ſunt ſecundum virtutem agenda,inquantum ad illa inclinatur; non autem per modum acquiſitæ cognitionis; ſicut inſtructus quis in ſcientia morali poſſet iudicare de actibus virtutis, etiam ſi virtutem non haberet. De primo iudicandi modo, & conſequenter infuſo experimento quod pertinet ad donum ſapientiæ,intel 1.Cor.2. lige Apoſtoli dictum.Spiritualis iudicat omnia;Et Dionyſij magni.Ierotheus doctus eſt

non ſolum diſcens, ſed & patiens diuina. De
2.c.de diuin. nomin. ſecundo autem iudicandi modo intellige
ad multos doctos in die Iudicij illud a Sal-
uatore dicendum. Numquam noui vos. [1.
Matth.7. quæſt.1.art.6.]

De beatitudinibus in genere.
Cap. XLVII.

A BEATITVDINES ſunt ſeptem ſecū-
dum diſtinctionem graduum, quamuis
B ſint octo ſecundum eſſentiam, quas ſalua-
C tor enumerat in ſermone de monte, ſcilicet
paupertas ſpiritus, mititas, luctus, eſuries
iuſtitiæ, miſericordia, munditia cordis, pax.
quarum beatitudinum numerus accipitur
ſecundum integritatem perfectionis. Requi
runtur ad integritatem perfectionis tria, ſci
licet receſſus a malo, proceſſus in bono, &
perfectus ſtatus in optimo. Sanè malum om
ne procedit ex tumore ſuperbiæ, aut ex ran
core malitiæ, aut ex languore concupiſcen-
tiæ. Contra hæc tria ſunt tres beatitudines,
ſcilicet paupertas ſpiritus contra malum
ſuperbiæ, mititas contra malum rancoris,
luctus contra malum libidinis. Item pro-
ceſſus in bono attenditur ſecundum diuinā
imitationem, quæ eſt ſecundum duas vias
domini, ſcilicet miſericordiam, & veritatē,
de quibus in Pſal. 24. Vniuerſæ viæ domini
miſericordia, & veritas. Item ſecundum has
duas vias ſumuntur duæ beatitudines, ſcili-
cet eſuries iuſtitiæ, & affectus miſericordiæ.
Preterea ſtatus in optimo attenditur in duo
bus, ſ. in lympida cognitione, & tranquilla
affectione: & ſecundum hoc ſumuntur duæ
vltimæ beatitudines, ſ. munditia cordis ad

Deum videndum: & pax mentis ad perfectè fruendum. Per has ſeptem beatitudines excluduntur ſeptem vitia capitalia: Paupertas ſpiritus excludit ſuperbiam, mititas irã, luctus inuidiam (quoniã qui luget pro peccatis aliorum, non inuidet illis) eſuries iuſtitiæ acediam, miſericordia auaritiam, munditia cordis gulam: quia cordis munditia non ſeruit ventri ad modum bruti animalis. Pax excludit luxuriam: quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Et ſicut in enumeratione donorum eſt ordo artificialis, quo primò ponuntur digniora: ita in beatitudinibus eſt ordo naturalis, quia digniores ponuntur vltimo.

SCHOLIA.

A Octo ſecundum eſſentiam.] Ideſt ſecundum confirmationem, [Hęc ſolet quandoque dici eſſentia rei] & manifeſtationẽ omnium illarum ſeptem præcedentium. Nam ex eo, quòd aliquis confirmatus eſt in paupertate ſpiritus, mititate, &c prouenit, quòd ab his bonis propter nullam perſecutionem recedit. [12.q.69.ar.3.] Beatitudines.

B Sunt ſeptem &c. ſint octo &c.] Scilicet ſi loquamur de beatitudinibus abſolutè: non autem de illis tantum iuxta capacitatem turbarum. Nam hoc modo ſunt tantũ quatuor ſecundum Luc.6. Chriſtus enim loquens turbis, qui terrenam ſolum beatitudinem nouerunt, non neceſſe habuit adducere beatitudines; niſi illas quæ excludunt poſitam ab eis beatitudinem. Et hæ ſunt quatuor. Nam per ly Beati pauperes, excluditur primum; in quo turbæ ponebant

Opiniones mundanorum de beatitudine. nebant beatitudinem, ſ. abundantia bonorum exteriorum, iuxta Pſalmiſtam dicentē: Beatū dixerunt populum cui hęc ſunt. Per ly Beati qui eſuritis, excluditur ſecundum: in quo ponebant beatitudinem. ſ. eſſe benè

Pſal. 143. homini quantum ad corpus, in cibis potibus & homini. per ly Beati qui nunc fletis, excluditur tertium; in quo beatitudinem ponebant. ſ. eſſe bene homini quantum ad cordis de temporalibus iucunditatem. Per ly Beati eritis, cum vos oderint homines, excluditur quartum; in quo collocabant beatitudinem. ſ. exterior hominum fauor. Quòd ſi loquamur de beatitudinibus abſolutè, quo modo Saluator loquitur diſcipu-

Matth. 5. lis ſuis in monte ſecundum Matt. ſunt plures. [1. 2. q. 69 ar. 3.

C Beatitudines.] ad quas. ſ. omnes aliæ beatitudines in ſacris literis poſitæ neceſſario reducuntur. Verbi gratia ly Beatus vir, qui corripitur a domino Iob. 5. reducitur ad

Reductio beatitudinū. beatitudinem luctus. ly Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum. Pſal. 1. ad beatitudinem munditiæ cordis. ly Beatus vir, qui inuenit ſapientiā. Prouer. 3. ad ſeptimæ beatitudinis præmium. & ſic de omnibus aliis. [1. 2. quæſt. 69. ar. 3.

De prima beatitudine.
Cap. XLVIII.

PAVPERTAS ſpiritus ponitur hic pro abſtinentia ab amore mundi, id eſt, ab amore carnalium voluptatum & delitiarū, ac propriæ excellentiæ. Hæc tria complectitur amor mundi. Vnde dicitur ſuper Lucā.

Pau-

Pauperes ſunt qui non quærunt illecebroſa. Super Matth. Greg. Pauperes ſpiritu ſunt humiles Deum timentes. Alia gloſſa dicit quod pauperes ſunt, qui nihil habent, & omnia poſſident. Amor mũdi tria complectitur. A

SCHOLIA.

A Omnia poſſident.] Id eſt contentantur de paupertate ſua, ſeu de eo quòd pauperes ſunt, ſicut enim hi, qui actualiter (ſi daretur) omnia temporalia poſſident, contentantur gaudentque de poſſeſſione illa; ita veri pauperes ſpiritu (verè heroici viri) & contentantur, & gaudent de paupertate ſua, non minus quàm illi de poſſeſſione ſua præmiſſa. Imò illi euangelici pauperes, magis de paupertate ſua gaudent: quàm illi de diuitiis omnibus: Et (vt vera fatear licet paucis modernorum experimento cognita) diuitias perhorreſcunt, ſibique timent ab eis magis; quàm de ipſis lætentur alij, ſeque muniri credant ab eis. Vide SS. Dominici, Franciſci, Antonij Abbatis, Hilarionis, & ſimilium vitas. Caue tamen hic ab hæreſi damnata Fraticellorum, qui nimium paupertati tribuentes, dixerunt Chriſtum cum Apoſtolis nil in proprio, nec in communi habuiſſe, quia fuerũt perfecti pauperes, & hanc eſſe perfectam euangelicam paupertatem, non habere aliquid in proprio, nec in communi; & habere quicquam in communi diminuere perfectionem euangelicæ paupertatis. Extrauagantes. [D. Io 22. de verborum ſign. ca. 4. 5.] Cum inter. Quia quorundam.

De paupertate.

Hæreſis circa paupertatẽ.

De ſecunda beatitudine.
Cap. XLIX.

MITIS eſt (ſicut dicit Ariſt.) qui nec patitur, nec educitur. Eſt autem mititas eadem cum manſuetudine. habetur enim in glo. ſuper Matth. ꝙ manſuetus eſt, qui A nullam amaritudinem animi ſentit. Ex quo patet quòd manſuetudo eſt purgati animi: & poteſt dici quòd manſuetudo eſt ſpecies fortitudinis mediante patientia. differunt tamen manſuetudo & patientia: quoniam patientia eſt in ſuſtinentia moleſtiarum corporalium, manſuetudo verò in ſuſtinentia contumeliarum.

SCHOLIA.

A Nullam amaritudinem ſentit.] Id eſt diminuit, quantum in præſenti vita poſſibile eſt, paſſionem iræ. Et nota quòd loquitur de manſuetudine ſimpliciter conueniente viatoribus. Non enim ſtoicum animum faciunt virtutes, vt ſcilicet totaliter homo inſenſibilis a paſſionibus reddatur. Nè forte cadamus in hæreſim Begardorum, & Beguinarum damnatam, quæ ſtoicos ſonare videtur. Nam ponit: ꝙ homo in præſenti poteſt tantum perfectionis gradum acquirere, vt reddatur omnino impeccabilis, vltraq; proficere non poſſit: & quòd talis homo habet ſenſualitatem ita perfectè ſpiritui ac rationi ſubiectam, vt poſſit liberè corpori concedere quicquid placet. Clementina de hæreticis. [c. ad noſtrum. Vide ſupra huius. 23.

Proficere homo poteſt ſemper; contra hæreſim.

De

De tertia beatitudine. Cap. L.

LVCTVS eſt lugere pro peccato, & ipſum odire, ita quòd inſurgamus ad deſtructionem ipſius. Lugere autem de malo vt fugiamus ipſum, in quantum auertit ab amico, ſic lugere eſt ſolius charitatis. Lugere verò de quolibet malo ſpeciali, eſt cuiuſlibet virtutis. Quælibet enim virtus luget de ſuo contrario. A

SCHOLIA.

A Solius charitatis.] Hæc charitas ergo facit lugere, & amat ipſum lugere, & gaudet de ipſo lugere, & quantò magis luget, tanto magis de luctu gaudet. eſt inquit Apoſtolus triſtitia quędam ſecundum Deum, & hæc adducit vitam. Triſtitia hæc, iſte luctus eſt, adducit vitam, quia cauſat mediante charitate gaudium de luctu, tantoq; maius gaudium, vel minus quanto maiori, vel minori charitate fuerit informata. Vnde Auguſtinus, ſemper pœnitens doleat, & de dolore gaudeat. [12. quæſt. 32. artic. 4.

Luctus. 2. Cor. 7. Lib. de pœnitentia.

De quarta beatitudine. Cap. LI.

ESVRIES iuſtitiæ eſt vehemens deſiderium iuſtitiæ, ſiue ſummi boni. Eſuries autem iuſtitiæ potius eſt beatitudo quàm eſuries aliarum virtutum cardinaliũ: quia per iuſtitiam immediate cõiungimur Deo: quod non fit per alias virtutes cardinales: Iuſtitia verò, prout hic ſumitur, compre- A

hendit

hendit fidem, ſpem, charitatem: quæ immediatè coniungunt nos Deus.

SCHOLIA.

A Comprehendit]. ſ. principaliter. Non tantum enim theologas has virtutes comprehendit, ſed & omnes alias: cum ſit iuſtitia generalis; verum alias ſecundario, has principaliter. [ſup. huius c. 33. 37.

De quinta beatitudine. Cap. LII.

A Miſericordia eſt, per quam pro terrenis cœleſtia meremur. Opera miſericordiæ ſunt quatuordecim, ſeptem. ſ. corporalia, & ſeptem ſpiritualia. Corporalia ſunt hæc. Viſitatio infirmorum, potatio ſitientium, cibatio eſurientium, redemptio captiuorum, veſtitio nudorum, collectio peregrinorum, ſepultura mortuorum. Prima ſex de iſtis habemus in Euangelio, ſeptimum in Tobia. Opera miſericordiæ ſpiritualia ſunt hæc, Delinquenti ignoſcere, peccatum corripere, ignorantem docere, titubanti conſulere, mœſtũ conſolari, pro ſalute proximi exorare, iniurias ſuſtinere. Et hoc vltimum propterea dicitur opus miſericordiæ, quia reſpõſio mollis, & humilis frangit iram: & hoc pium eſt, ſ. furorem irati mitigare.

SCHOLIA.

A Pro terrenis cœleſtia meremur.] Non quod aliis operibus cœleſtia nõ mereamur; Sed quia omnia alia opera ideo merentur, quia inducũt quodammodo miſericordiã, vel erga proximum, vt iſta 14. vel ſaltem erga

Miſericordia quotuplex.

ga

ga ſeipſum iuxta illud. Miſerere animæ tuæ placens Deo. Vnde &, in hoc ſenſu tamen, ipſum diligere Deum eſt opus miſericordiæ, licet non abſolute. Quando enim diligo Deum, miſereor animæ meæ, vt patet. Eccleſiaſtici. 30.

De ſexta beatitudine.
Cap. LIII.

MVNDITIA cordis eſt qua clarificatur cor, & mundatur ad videndum Deum, & ardentiſſimè diligendum. Accipitur autem hic munditia cordis non pro virtute, ſed pro ſtatu quodam, qui eſt purgati animi. A

SCHOLIA.

A Mundatur.] Scilicet dupliciter. Cor enim hic partem rationalem dicit, in qua eſt & intellectus, & voluntas. Intellectus ergo ab errore mundatur per hanc beatitudinem; voluntas a mala affectione. Intellectus ergo impletur fide, de qua dicitur, Act. 5. Fide purificans corda eorũ: Voluntas impletur charitate, de qua dicitur. Sine ſanctimonia nemo videbit Deum. [2. 2. quæſt. 7. artic. 2. Mundi corde. Hæb. 12

De ſeptima beatitudine.
Cap. LIIII.

PAX eſt ſtatus virtutum, in quo eſt delectatio in Deo ſine cõtradictione carnis, mundi, & diaboli: vel ſi eſt aliqua, inefficax A

eſt. Vnde patet, quod pax eſt animi purgatiſſimi. Pacificis enim magis attribuitur eſſe filios Dei, quam aliis: quia licet miſericordia maximè aſſimilet hominem Deo, quantum ad opera exteriora, tamen quantum ad interiora magis aſſimilat pax.

SCHOLIA.

A Vel ſi eſt aliqua, inefficax eſt.] Hoc addit. Vt euitetur error Begardorum [ſup. huius cap. 49.

De octaua beatitudine. Cap. LV.

OCTAVA beatitudo eſt, de qua dicitur, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quia ipſorum eſt regnum cælorum. Hæc virtus, ſcilicet ſuſtinentia perſecutionis propter iuſtitiam, annexa eſt paci. Cum enim pacificus ſit abſque contradictione carnis, mundi, & diaboli: patet quòd idem paratus eſt ſuperare mortem, & tentationem mortis. Vnde ſuſtinentia mortis pro Chriſto, in eodem gradu eſt cum pace, propter hoc diximus, quòd octo ſunt Beatitudines quantum ad eſſentiam, ſed tantum ſeptem quantum ad diſtinctionem graduū. Et ſciendum, quòd ſupra pacem non eſt virtus alia. Dicit enim Augu. Pax eſt finis, & A conſummatio omnium virtutum. Octaua beatitudo dicitur redire ad caput duobus modis. Primò, quia idem præmium ſibi promittitur, quod primę beatitudini. ſ. regnum cœlorum. Secundo, quia omnes probat a prima vſque ad vltimam vtrum veræ ſint: ſicut ait intellige ly tribulatio proba-
Grego. tione operatur. Rom. 5. Qualis vnuſquiſq;

apud

apud ſe lateat, illata contumelia probat. Ex prædictis colligitur, quòd habitus virtutũ principaliter diſponunt ad exercitium actiuæ, habitus verò donorum diſponunt ad actus contemplatiuæ, habitus autem beatitudinum diſponunt ad perfectionem vtriuſque.

SCHOLIA.

A Super pacem non eſt virtus alia] Scilicet in proſperitatis tempore; vel quia pax eſt finis omnium virtutum (iuxta illud, qui poſuit fines tuos pacem) etiam martiriorum quorumlibet pro Chriſto. Quomodo etiam alio ſano intellectu capias ly ſecundum eſſentiam, ly diſtinctione graduum. Vide ſupra huius 47. cap. Pax.

De ſenſibus ſpiritualibus. Cap. LVI.

PER ſenſus ſpirituales percipit anima ſpiritualia, quæ in ſponſi ſui pulchritudine percipere fas eſt. Sub ratione ſplendoris audit amœniſſimam harmoniam, ſub ratione verbi incarnati guſtat ſummam dulcedinem, ſub ratione ſapientiæ comprehendentis vtrunque, (ſcilicet verbum, & ſplendorem) odorat ſummam fragrantiam, ſub ratione verbi inſpirati, in corde tangit ſummã ſuauitatem, ſub ratione verbi incarnati, & inter nos corporaliter habitantis, redentis ſe nobis palpabile & oſculabile, percipit ardentiſſimã charitatem. Ex prędictis patet quòd ſenſus ſpirituales dicuntur perceptione mentales circa veritatem con- A Diffinitio ſenſus ſpiritualis.

templandam, quæ quidem contemplatio incipit a ſenſu, & peruenit ad imaginationem, & de imaginatione ad rationem, & de ratione ad intellectum, & de intellectu ad intelligentiam, & de intelligentia ad ſapientiam, ſiue notitiam exceſſiuam, quæ incipit hic in via, & conſummatur in gloria.

S C H O L I A.

A Senſus ſpirituales.] Scilicet ad quandam nominis ſimilitudinem cum corporeis ſenſibus. Hinc etiã dicuntur incipere a ſenſu ad imaginationem. &c. Vnde ſunt quinque, vt hic enumerantur, ſicut & corporei ſunt quinque iuxta Philoſophum. 2. de anima. Habent obiecta ſua ſpiritualia, vt hic legis, licet corporei corporalia iuxta Philoſophum ibi. De his ſenſibus ſpiritualibus plurima dicta habes in canticis cãticorum, licet & alibi; vt, Oſculetur me oſculo oris ſui; Dulciora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis, Curremus in &c. Manus tuæ diſtillauerunt, &c. Ad tactum dilecti mei contremuit venter meus. Quàm pulcræ ſũt mammæ tuæ. Oculi tui columbarũ. Naſus tuus &c. collum tuum &c. Diſcurre tu, & applica bene.

De ſenſibus ſpiritualibus prælibatio.

De fructibus ſpiritualibus.
Cap. LVII.

FRVCTVS duodecim ſpirituales non dicuntur noui habitus, ſed ſtatus conſolationum, quibus conſolatur ſpiritus iuſtorum: & iſtæ conſolationes conſequentur opera perfecta. Sunt autem iſti fructus, charitas,

ritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.

SCHOLIA.

A Sunt autem iſti fructus &c.] Sic tamen; quòd etiam ſunt meritorij. Non tantum enim patientia, manſuetudo &c. ſunt fructus noſtri, vt hic declaratur quod nominis fructuum, ſed etiam nos per illos, tamquam per opera meritoria, meremur. Non enim poteſt negari, quin iſta, ſcilicet patientia, benignitas &c. ſint noſtra opera. Dicere autem opera noſtra eſſe tantum fructus charitatis nō autem meritoria, eſt hæreſis damnata. Verum quidem eſt; quòd iidem alia ratione dicuntur fructus, alia meritorij. Concilium Tridentinum Seſſ. 6. can. 24. & 32. 12. q. 11. ar. 3. maximè ad tertium. Opera meritoria.

De dulia & latria. Cap. LVIII.

LATRIA eſt ſeruitus & reuerentia Deo exhibita: vnde ſi creaturæ exhibetur honor Deo debitus, eſt idolatria. Latria aūt comprehendit quinque, ſ. fidem, ſapiētiam, reuerentiam, ſacrificium & orationē. Prima duo ſunt cordis, alia duo ſūt operis, vltimū eſt oris. Dulia debetur creaturæ inquantū eſt imago Dei. Vnde dulia eſt honor qui debetur ſanctis. Vnde de Beata Vergine ſciendum eſt quòd, inquantum eſt perſona ſancta, debetur ei dulia, ſed inquantum mater Dei, debetur ei hyperdulia, id eſt ſuperior dulia. Sane ſi perſona cui debetur dulia, eſt in prælatione conſtituta, debetur ei reuerentia, quæ conſiſtit in obedientia mandatorū; A

B & in exhibitione honorum. Si autem eſt
C perſona ſimplex, debetur reuerentia tantum, quæ conſiſtit in exhibitione honorū. Hyperdulia autem debetur creaturæ excellenti, ſicut eſt caro Chriſti, Beata Virgo, crux Chriſti. Vnde ſciendum eſt quòd vero ligno crucis Chriſti, in quo pependit ſiue ſit figurata ſigno crucifixi, ſiue non, debetur latria: quia fuit inſtrumentum noſtræ redemptionis. Crucibus autem factis, inquantum ſunt ligna, ſiue res tales, nihil debetur: ſed crucibus factis in ſignum Chriſti crucifixi, debetur latria. Imaginibus enim eadem debetur adoratio, quæ debetur & illis quorum ſunt imagines, non inquantum res factæ adorantur, ſed quòd illa quorum ſunt imagines, adoramus.

S C H O L I A.

Ioh.4. A Reuerentia.] Scilicet exterior a ſpiritu proficiſcens. Nam in ſpiritu oportet adorare patrem. Reuerentia hæc ſunt ceremoniæ eccleſiæ ſanctæ Apoſtolicæ. Vnde ſi quis dicat tibi, quid eſt ceremonia eccleſiæ? Reſpondens dic, eſt reuerentia exterioris operis a ſpiritu proficiſcens, & ad ſpiritum deuotius excitandum ordinata a ſacroſancta eccleſia Romana. Ergo qui iniurij ſunt ceremoniis, iniurii ſunt Deo; & qui oderūt ceremonias, oderunt Dei reuerentiam; & idem eſt negare ceremonias eccleſiæ, eiuſque ſacros ritus, quod Dei reuerentiam minuere velle, cultuique eius aperte inuidere. Iuſtiſſimè igitur huiuſmodi ſceleſti homunciones anathemate percutiuntur [a ſacro Tridentino Concilio. quoniã ſcriptum eſt.] Qui non amat dominum Ieſum Chriſtum,

Ceremoniarum eccleſiaſticarum definitio.

Ana-

Anathema ſit maranatha. [Seſſ.7.de ſacramentis can.13.& ſeſſ.22.cap.5.can.7.] Si vis ad longum mirabiliter cognoſcere ceremoniarum eccleſiæ ſanctæ valorem, approbatum vide librum noſtrum; qui prætitulatur, ſacerdos in æternum, nelle cerimonie della Meſſa &c. [12.q.99.art.3.] vide, quòd ceremonia eſt actus religionis; quæ (ſecundum Tullium in ſua rhetorica) diuinæ naturæ cultum, ceremoniamque affert. Ab Ethnico ergo ſe confundi erubeſcant iſti. — 1.Cor.16.

B Sicut eſt caro Chriſti.] Scilicet ſecundum humanitatem ipſam conſideratā. Sic enim aliquod creatum eſt cui propter ſe debetur adoratio, & conſequenter ei debetur hyperdulia ratione maximæ per gratiam habitualem vnionis cum Deo. Quòd ſi conſideretur caro Chriſti, vel humanitas, non ſecundum conditionem humanitatis, ſed ſecundum quòd perſonatur in verbo ſeu ratione vnionis hypoſtaticæ cum verbo: tunc ratione perſonæ ſuæ talis eſt creator, & cōſequenter debetur ei latria [3.q.25.ar.2.vbi accipit duliam largè ideſt pro hyperdulia.] item q.58.ar.3. Conſtantinopolitanum quintum, cap. 9. Imò eius omnia ferè capitula, cum tractent de vnione diuinæ naturæ & humanæ in verbi Dei perſona, referuntur ad idem. — Adoratio humanitatis Chriſti.

C Vero ligno crucis &c.] Ac ſi clarius dicat. ligno verò crucis debetur latria ratione contactus Chriſti. (Hoc dicitur in litera, quia eſt inſtrumentum redemptionis noſtræ) etiam quòd non figuretur ſigno crucifixi i. etiàm ꝙ vel non habeat ſuper ſe depictum crucifixum, vel non ſit tota — Crucis Chriſti, adoratio.

crux. Ligno autem vero crucis figurato ſigno crucifixi vel exiſtenti tota crux, debetur latria; ratione & contactus, & repręſentationis. Crucibus autem factis, ideſt quæ ſunt de alio ligno, vel alia materia, nihil debetur; ſi conſiderentur vt res ſunt, & hoc ad differentiam veri ligni, quod vt res adoratur, etiam ſine hoc quod non figuretur &c. Si autem conſiderentur vt ſigna ſunt repræſentantia Chriſtum, adorantur latria. Ratio omnium eſt: quia idem motus eſt in imagine, & in imaginatum, ſiue in ſignum vt ſic, & ſignatum (teſte Philoſopho;) & quia res irrationalis coniungitur ratione corporei contactus Chriſto. Si enim ratione repræſentationis, quæ eſt quidam contactus intellectualis; cum relatiua (vt ſignum, & ſignatum) ſint ſimul intellectu, (ſecundum Philoſophum) adoratur crux latria; multo magis vt patet, ratione contactus adorabitur latria.] 3.q.25.ar.4. Conc. Nicen.2. actione 2. 2.3. & quaſi per totum.] & paſſim de adoratione imaginum videbis ibi mirabilia.

infra, de memoria & reminiſcentia.

In prædicamento ad aliq̃d.

D Imaginibus autem eadem debetur adoratio, quæ debetur & illis, quorum ſunt imagines.] Vt ſcilicet imagines. Ratio magni Baſilij, quæ a [Concilio Nice.2. actione 3. adducitur, eſt; quod imagini honor exhibitus ad ipſum prothotypũ referatur. Huic ſententiæ ſubſcripſerunt omnes epiſcopi, num. 350. Taceo; quod magnus idem Baſilius libro aduerſus Iulianum intrepide ſtat pro inuocatione Sãctorum, & veneratione imaginum. Quid? Gregorius Niſſenus, Chriſoſtomus, Cirillus, Athanaſius, Ambroſi⁹, Hieronimus, Stephanus Boſtrorum epiſcopus,

Nota, q̃ſo, totum vſque in finem de hac re: & caue anathemata, contra inſenſatos appoſita iuſtiſſime.

pro imaginibus; [Concilium idem actione 2.ſacræ ſcripturæ pro eiſdē. Facies (inquiũt) propitiatorium &c.duos quoque cherubin aureos, ex vtraque parte oraculi. Item; hæc in dedicatione altaris oblata ſunt &c. de propitiatorio &c.inter duos cherubin. Item, introduxit me in templũ, vt metiretur &c. & fabrefacta Cherubin &c. Item habebat quidem prius tabernaculum iuſtificationes culturæ &c.ſuper quæ erant Cherubin gloriæ & cæt. Temporibus Chriſoſtomi, Gregorij Niſſeni, imagines pingebantur, qui Gręgorius ad inſpectionem Iſaac imaginis ab Abraam imolandi fleuit. Quanto igitur magis (vt infert illud Concilium actione quarta) œconomia incarnati Domini noſtri Ieſu Chriſti alteriuſque ſacræ Hiſtoriæ, idiotis commoditatem afferet; & ipſa a nobis inſpecta ad lacrimas, & vtilitatem, contemplantes nos adhortabitur? Quò circa (inquit Concilium ibi) Hiſtoriis veteris, & noui teſtamenti templorum parietes implere conuenit. Et infra actione ſeptima. Fatemur, inquit, vnanimiter; nos eccleſiaſticas traditiones ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valentes retinere velle; quorum de numero eſt imaginum effiguratio. Sanctorum ergo noſtrorum & diuinorum patrum doctrinæ inſiſtentes, & Catholicæ Eccleſiæ, in qua ſanctus Spiritus inhabitat, traditionem obſeruantes, Definiuimus, ſanctas imagines, maximè autem imaginem domini Dei noſtri Ieſu Chriſti Saluatoris, deinde intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ, Venerandorum Angelorum, omniumque Sanctorum virorum, omni diligentia venerandas: & è colori-

Exo.25. Num.7. Ezech.41 Heb.9. Exemplũ

Sentētia Concilij de picturis: imaginibus, illarũ adoratione, &c.

loribus, teſſelis, quauis alia materia commode (ſicut & Crux) paratas, & dedicatas, & in templis ſacris dedicandas, & habendas tum in ſacris vaſis, ac veſtibus, tùm in parietibus, & tabulis, tùm in ædibus priuatis & in viis publicis: Quos ſcilicet per hanc imaginum pictarum inſpectionem omnes qui contemplantur ad prothotyporum memoriam veniant, illisq; honorariam adorationem exhibeant. Imaginis enim honor prothotypum reſultat, & qui adorat imaginē, in ea adorat quoque deſcriptum argumentum. Sic enim ſanctorum noſtrorum patrū obtinet diſciplina, & traditio Catholicæ Eccleſiæ; quæ a finibus vſque ad fines Euangeliū ſuſcepit. Igitur qui auſi fuerint aliud ſentire, aut docere, aut more impiorum Hęreticorum eccleſiaſticas traditiones contaminare, aut nouam vaniloquentiam inducere, aut quicquam de conſecratis in eccleſia abiicere; Euangelij inquam depictum codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicuius picturam, aut reliquias Martirum, quas ſciuerint eſſe germanas, aut cōtra iſtas vafrè aliquid contra conſtitutionem eccleſiaſticam cogitare; aut vti tamquam cōibus ſacratis Deo, repoſitis pretioſis, vel monaſteriis reuerendis: Si Epiſcopi vel clerici fuerint, deponunt̄; ſi monaci vel laici, cōione priuant̄. Tūc ſancta ſinodus exclamauit, omnes ſic credimus, omnes idem ſapimus, omnes approbantes ſubſcribimus. Hæc eſt fides Apoſtolorum. Hæc eſt fides patrum. Hæc eſt fides orthodoxorum. Hæc fides orbem terrarum confirmauit; Credentes in Deum trinum, & vnum, venerandas imagines amplexa-

Cenſuræ a Concilio.

Reuerendiſſima reſponſa Patrum.

plexamur. Qui ſecus agunt anathemate procelluntur: qui ſic non ſentiunt, ab eccleſia depelluntur. Quicunque ſententias ſacræ ſcripturæ de Idolis contra venerandas imagines adducunt, Anathema. Qui venerādas imagines Idola appellant, Anathema. Qui dicunt quòd Chriſtiani imagines, vt Deos, adorant, Anathema. Qui ſcienter communicant cum illis, qui contra venerādas imagines ſentiunt aut eas dehoneſtant; Anathema. Qui præter Chriſtum Dominum Deum noſtrum dixerit alium nos a cultu idolorum liberaſſe: Anathema. Qui audent, Eccleſiam Catholicam dicere Idola aliquando ſuſcepiſſe, Anathema. Si quis ex Inconoclaſtrarum hæreſi aliquem exiſtentem defenderit, Anathema. Si quis euangelicas narrationes per picturam repræſentatas non acceptauerit, Anathema. Si quis has non ſalutauerit in nomine domini; & ſanctorum eius: Anathema. Si quis traditiones Eccleſiæ ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valentes non curauerit: Anathema. Hęc ibi definitio ſanctę, magnę, & vniuerſalis in Nicea ſinodi ſecundæ. [Vide actionem ſeptimam.

Notaſti ſupra ly ſic traditio obtinet Catholicæ Eccleſiæ: quæ a finibus vſque ad fines Euangelium ſuſcepit? Inferas igitur per locum ab oppoſitis, ergo non amplexantes imagines, & excluſi ſunt a gremio Catholicæ Eccleſiæ; & hi tales non ſuſcipiunt euangelium. De adoratione imaginum [vide ſupra Doctorem. 3. q. 25. ar. 3. &c. Notatio.

De

De præceptis in genere. *Cap. LIX.*

PRÆCEPTVM eſt imperium faciendi aliquid, vel non faciendi. Præceptorũ alia ſunt affirmatiua, vt Honora patrem. alia negatiua, vt, Non occides. Præcepta affirmatiua ſtrictè ſumendo dicuntur præcepta: ſed negatiua dicuntur prohibitiones. Præcepta affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemper, negatiua verò obligant ſemper, & ad ſemper. Præcepta antiqua poſſunt dici
A data, vel innata. Primo modo tantum perti-
Rom.2. nent ad populum Iſraeliticum: ſecundo modo omnes obligant: quicquid continet decalogus explicitè, hoc continet lex naturæ, quæ ſcripta eſt in corde cuiuslibet implicitè. Iſtud enim præceptum legis naturæ, Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris, includit hæc præcepta, non occides, non furtum facies, & huiuſmodi negatiua quæ decalogus ponit explicitè. Iſtud autem præcepta legis naturę, ſcilicet, Quod tibi vis fieri, allj feceris, includit hæc præcepta, honora patrem & matrem, & cętera affirmatiua. Quædam præcepta ponuntur imperatiuè, illa ſcilicet, quæ ſunt affirmatiua; quædã indicatiuè, ſcilicet negatiua: & hoc ideo, quia difficilius eſt facere bonum, quàm declinare malum. Plures enim in faciendo bonum requiruntur circunſtantiæ. In quibuſdam præceptis prohibetur actus, habitus, & affectus: vt patet in his, non mœchaberis, non concupiſces vxorem proximi tui, quia ap-

petitus eſt inordinatus ad illa. In quibuſdam ſolummodo prohibentur actus, vt cùm dicitur. Non occides. Hoc dico ſecundum formam tradendi, non ſecundum virtutem intelligendi, quia omnia præcepta negatiua manum, & animum, ligant. Multis modis ligamur, ſcilicet lege naturæ: (vt eſt diligere Deum ſuper omnia, & nulli facere quod nobis fieri nolumus) Præceptis diuinis (vt ligabatur Adam præceptis ſibi datis, & Iudæi ſuis) Voto, quia ſecundum Auguſtinum, vouere eſt voluntatis, ſed reddere eſt neceſſitatis (Vnde quibuſdam etiam conſilia ſunt prçcepta, ſicut religioſis, qui vouerunt talia.) Decretis patrum, (vt eſt ieiunare aliquas vigilias, & huiuſmodi) Conſuetudine, (ſecundum quòd in Francia primogenitus ſuccedit in regno) Mandatis prælatorum (Vnde ſuper cathedrā Moyſi, &c.) Conſcientia, (quia ſecundum Auguſti. Quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennā.) Numerus præceptorum ſumitur ſic: quia quædam ordinant nos ad Deum, quædam ad proximum: quod Deus inſinuare voluit, quādo in duabus tabulis legem dedit. In prima tabula ſunt tria prçcepta, quæ pertinent ad Deum, quorum primum pertinet ad patrem, quia eſt de diuina vnitate. Secundum ad Dei filium, quia eſt de iuramenti veritate. Tertium ad ſpiritum ſanctū, quia eſt de ſpirituali vocatione. In ſecunda tabula ſunt ſeptem prçcepta ad proximum ſpectantia: quorum primum eſt de exhibendis bonis, vt eſt illud, Honora patrem tuum, &c. Reliqua ſex ſunt de cauendis malis, quę inferri poſſunt corde, vel opere vel ore.

Opere

Opere lędimus proximum tripliciter, vel in perſona propria, vel in perſona coniuncta, vel in rebus ſuis: propter quòd dantur tria pręcepta. Primum eſt, non occides. Secundum, non mœchaberis. Tertium, nõ furtum facies. Ore quoque lædimus proximũ, & contra hoc eſt illud. Non dices contra proximum tuum falſum teſtimonium. Corde lædimus proximum dupliciter: quandoque reſpectu rei irrationalis, de hoc dicitur: Non concupiſces rem proximi tui. Quandoque reſpectu rei rationalis, & de hoc dicitur: Non concupiſces vxorem proximi tui.

SCHOLIA.

Diuiſio mandatorum legis. A Data, innata primo modo &c. & obligant] Scilicet in perpetuum. Innata ſunt moralia, quæ continet decalogus; & dicuntur lex naturalis, ſiue lex in cordibus noſtris naturaliter ſcripta ſecundum Apoſtolum. Data ſunt ceremonialia, & iudicialia; & ab his proprie denominatur lex Moſaica, ſeu lex exterius per Moiſen ſcripta; & hæc amplius non obligant Iſraelem, immo poſt publicationem Euangelij ſunt & ei, & omnibus mortifera. ſupra [lib. 4. cap. 12. & 1. 2. q. 100. art. 11. & q. 103. ar. 4. & q. 98. art. 4. 5.

De primo præcepto. Cap. LX.

Exo. 20. PRIMVM præceptum tres habet clauſulas. Prima eſt. Non habebis Deos alienos coram me. Vbi prohibemur adorare creaturas ſpirituales. ſ. Angelos. Secũda eſt, Non facies tibi ſculptile; hoc eſt imagines

fictas,

ſictas, quæ nullius rei naturalis ſunt repreſentatiuæ. Tertia eſt, Neque omnem ſimilitudinem, ſ. imaginem rei naturalis: & ſequitur, quæ eſt in cœlo deſuper, vt Solis & Lunæ: & quę in terra deorſum, vt hominis, bouis, & ſimilium. Neque eorum quæ ſunt in aquis ſub terra, id eſt, piſcium. Non adorabis ea, ſcilicet actu exteriori: neque coles, ſ. affectu interiori. Ex his patet quòd non reprehenduntur Chriſtiani qui faciunt imagines & ad adorandum, & ad memorandũ. Honor enim qui exhibetur Sanctorum imaginibus non eſt latrię, ſed duliæ. Secundum rationem allegoricam. Prima huius pręcepti clauſula oſtendit Iudæos & Saracenos eſſe idololatras, qui Deos habent alienos. Iudæi quidem Meſſiam, Saraceni Mahometum, id eſt Antichriſtum. Contra ſecundam clauſulam, ſ. non facies tibi ſculptile, faciũt hæretici, qui non credunt de Deo niſi quod imaginatione ſua & phantaſia confingunt. Contra tertiam faciunt mali Chriſtiani, quia ſuperbi colunt ſimilitudinem eorum, quę ſunt in cœlo deſuper: nam diligunt honores & pręlaturas. Auari colunt ſimilitudinem eorum quæ ſunt in terra, ſcilicet pecuniam, & diuitias. Voluptuoſi colunt ſimilitudinem eorum quę ſunt in aquis, ideſt, delicias & voluptates.

A

B

C

Vide qd credant hæretici.

SCHOLIA.

A Ex his patet ꝙ non repræhenduntur Chriſtiani qui faciunt imagines] Scilicet adorabiles pro gradu earum. Hic enim inhibet dominus per huiuſmodi pręceptum Iudæis; ne latriæ cultum alii a Deo tribuãt. Vnde ait ly non habebis Deos alienos

Non habebis Deos coram me.

coram

Exo.20. coram me. Nonne omnia ſunt coram eo. Vti
Idolatria que coram, ideſt pręſentia, Sed non coram
quid. (vt hic intelligitur) ideſt in ęquali cultura.
Supra huius c.58. Vnde hic dicitur dominus prohibuiſſe idolatriam, quæ nil eſt aliud, niſi exhibitio latriæ Idolis. Hæc non ſanctis ſed ſoli Deo conuenit; & ſecundum rei veritatem, & ſecundum Chriſtianos. Patet igitur: quòd ex hoc præcepto non ſunt vllo modo arguendi Chriſtiani, qui imagines ſanctorum adorāt Dulia, non latria. Quando autem imagini Dei nunc exhibent latriam Chriſtiani non faciunt contra hoc pręceptum; quia (vt patet ex ſupra huius. 58.) non adorant Deum alienum, ſed Deum verum. Nec etiam ſunt corripiendi, ſi Deum poſt incarnationem depingunt, ſcientes tamen, quòd ſecundum diuinitatem eſt infigurabilis: vt intelligitur
Leuit.26. per ly. Quamobrem in medio ignis vocem verborum vos audiſtis. ſimilitudinem autem non vidiſtis, ſed tantummodo vocem. Quod enim poſt incarnationem pingi rectè queat, habet Concilium Nicenum. 2. ſeſſ. 7. ibi, ſi quis Deum ſecundum humanitatem non circumſcriptibilem confeſſus fuerit: Anathema. Quod etiam depingere poſſint rectè ſpiritū ſanctum in ſpecie columbæ Chriſtiani, aut Deum patrem in ſpecie ſenis (ſecundum quòd ſcripturæ ſanctæ de vtriſque ſic vel aliter enarrant, proponentes nobis inuiſibilia ſub viſibilium velamine) patet per idem Cōciliū ibi. Si quis euangelicas narrationes per picturam repræſentatas non acceptauerit; Anathema. Loquitur autē de acceptare per adorationem, vt patet per anathematiſmū immediate ſequentem, ſupra huius.

ſus c. 58. D. cæterum de ſculptilibus ſolis, lu nę, aquaticorum, aliorumq; per mandatum illud prohibitorum, ꝙ non ſint contra Chriſtianos, non oportet vel minimũ ſolicitari; q̃m talia ſculptili a nullo modo ſunt adorabilia. Adoratio.n. ſoli intellectuali naturæ, ratione virtutis ſaltem per illã repñtatæ, ſimpl. ſe debetur. Hinc eſt: ꝙ prælati ẽt mali eo ꝙ repñtãt bonum cõe, cuius ſunt miniſtri honorantur merito, & adorãtur, (vt Saul à David) Hinc eſt, ꝙ ſolis, lunæ &c. imagines nõ ſunt adorãdæ; q̃a hm̃oi nõ ſunt intellectualis naturę. Hinc eſt: ꝙ imagines Herculis, Veneris, Iouis, & hm̃oi Paganorũ, nõ ſunt adorãdæ; q̃a nõ fuerũt viri illi veris virtutib. p̃diti; imò ſunt cõtemnendæ, vt à ſanctis martyrib. contemnebant; q̃a hoĩes per eas imaginati ſunt cõtẽptibiles. Si ergo hm̃oi & ſolis &c. & paganorũ imagines adorare quis voluerit; conuincitur adorare illas non vt imagines, [cùm non ſubſit adorabile imaginatum, vt in noſtris,] ſed vt res. Quo q̃d ſtolidius? Ad hũc ſenſum dixit pſalter. ꝙ ſimulachra gentiũ, erant argentũ, & aurũ, opera manuum hominũ, &c. quia. ſ. ea, vt res, adorare gentes cõuincebantur. Quòd ſi voluiſſent dicere. Nos adoramus ea, vt imagines, reſpõdit Apoſt. dicẽs; Idolũ nihil eſt. Ac ſi diceret. Nõ põt adorari imago, vt ſic, niſi rõne imaginati adorabilis; ſed hic apud vos gẽtiles nullũ eſt imaginabile aliquo adoratu dignum (vt patet etiam in veſtris hiſtorijs de vitijs Iouis, Saturni, &c.) ergo imago, ſeu Idolum, eſt nihil apud vos. Stolidiſſimi itaque ſunt Gentiles idola colentes quocunque ſe uertant in adoratione imaginum,

Regula pro ſana adoratione.

Rationes irrefragabiles contra ſimulachra gẽtium.

Pſal. 113.

ſtatuarum, ſimulachrorum, ſeu Idolorum ſuorum. Chriſtiani autem ſapientiſſimi in ſuarum imaginum, pro diuerſo gradu, adoratione. [ſup. huius cap. 58. D. Iccirco dixit Concil. ibi: Quicunque ſententias ſcripturæ &c. & qui venerandas imagines Idola appellant: Anathema.

Nota. Si vis ſtudioſe lector ſingillatim videre Hæreticorum obiecta contra ſacras noſtras imagines, cum optimis eorum dilutionib. (quod ſanè pulchrum eſt:) Vide Conciliũ Nicenum ſecundum, actione 6. Tomo quarto, & quinto per totum, & quàm toto cœlo errent ſacrarum imaginum inuiſores, quamque regia via gradiantur ipſarum veri adoratores apertè conſpicies.

B Meſſiam.] Scilicet à ſeipſis confictũ: ideſt Antichriſtum, de quo ad Iudæos Chriſtus. Ego veni in nomine meo, & non me recepiſtis, alius (ecce ille) veniet in nomine ſuo, & illum recipietis. Iudæi enim, & illũ realiter tunc pro Meſſia recipient, & nunc illum pro Meſſia cõtinue in voto recipiũt; & ideo quem tunc realis exiſtentem realiter adorabunt ſecundũ Apoſtolum 2. Theſſ. 2. ipſum nunc realiter futurum, expectãdo, pro votis adorant (vt hic dicitur.)

Meſſias à Iudęis cõfictus.

Ephe. 2.

C Non credunt de Deo, niſi quod &c.] Et conſequenter ſunt ſine Deo in hoc mundo, (vt olim de gentibus dicebat Apoſtolus,) id eſt Deum verũ non adorant. Hoc idem dic etiam tu de Iudæis, de Maumetanis, de Trinitarijs, & huiuſmodi propter eandem rationem contra omnes: quæ talis eſt. Quid tu adoras Iudee, pagane, Trinitarie &c.? Vnum Deum. Quis ille? Eſt nè ẽt

trinus? Non. Ergo non adoras Deum; quoniam vnus ſolus eſt, qui trinus eſt, & vnus. Eſt ne crucifixus Deus, quem tu adoras; humanatus &c. [perge, vt in Symbolo.] Non. Ergo non adoras Deum, quoniam non reperitur Deus, (Non loquor de perſona patris, & ſpiritus ſancti; vt perſonæ ſunt,) qui non ſit crucifixus, humanatus &c. vt in ſymbolo. Vbi ergo, eſt Deus tuus? Conuincitur non habere verum vllum Deum; quoniam ſimplex, ceu Deus, aut totum aut nihil attingitur: Et conſequenter tantum a ſe fantaſiatum Deũ habere, noſſe, adorare. Chriſtianis igitur demptis; omnes alij, negantes ſcilicet vel Trinitatem, vel aliquid de Deo vero, ſunt ſine Deo in hoc mundo. Vide in ſymbolo Apoſtolorum, Athanaſij, quid ſit verus Deus: quæ tamen omnia vnum ſymbolum ſunt: [2.2.q.1.ar.9. & 10.

Qui ſint ſine Deo ĩ hoc mũdo; recti à fantaſijs. vt bruta. i. metaphy. In metaphyſica.

De ſecundo præcepto. Cap. LXI.

SECVNDVM eſt, Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Hic prohibetur iuramentum, quod ſit ſine cauſa, & periurium. Vterque enim peccat. ſ. pro nihilo iurans & aſſumens, & falſo iurans, nomen Dei in vanũ, quia primus ſine cauſa nominat ſummam veritatem: ſecundus autem nominatam contemnit. Tribus modis quis peccat in periurio: vel iurando contra conſcientiam, vel iurando illicitum, vel veniẽdo cõtra iuramentum. Præterea ſciendum eſt, ꝙ iuramenta, quę quis ex certa ſcientia facit, vel ſonant in blaſphemiam, vt quando quis A

iurat per inteſtina, & ſimilia, vel ſonant in irreuerentiam, ſicut quando iurat per vulnera Chriſti, ſunt peccata mortalia etiam ſi verum eſt quod iuratur. Iſtud præceptũ nõ ſolum intelligitur ſecundum prædictam rationem literalem, ſed ſecundum intentionem moralem. Aſſumitur enim nomen Dei in vanum multipliciter: ſcilicet, corde, ore, & opere. Corde, ſicut mali qui tantum nomine ſine re dicuntur Chriſtiani, qui licèt ſacramentum receperunt baptiſmi, tamen rem ſacramenti id eſt gratiam non habent. Ore, ſcilicet mala iuratione: voti tranſgreſſione: prædicatione quæ fit vana intentione: & indeuota oratione: de qua dicitur: Populus hic labijs me honorat, &c. Opere, ſecundum quòd hypocritæ nomen Dei aſſumũt in ſimulatione operis exterioris, nõ in puritate cordis. Vnde ſumunt illud in vanum, quia receperunt mercedem ſuam.

SCHOLIA.

A Sonant blaſphemiam.] Non dicit ꝙ reuera huiuſmodi propriè ſint blaſphemia. Nam Deus poſtquam incarnatus eſt, habet corpus &c. Sunt tamen mortale, vel graue magis, vel minus iuxta irreuerentiam loquentis. Cardinalis Caietanus in Sumula, verſi. Blaſphemia. De periurio vide multa neceſſaria ſupra lib. 3. cap. 31.

De tertio præcepto. *Cap. LXII.*

A TERTIVM eſt. Memento vt diẽ ſabbathi ſanctifices, non facies opus in eo. In hoc præcepto quoddam eſt morale, vt

vacatio

vacatio ad Deum, orando, colendo, meditãdo: quoddã ceremoniale, vt aſſignatio Diei ſeptimæ, quæ figurabat tipicè ceſſationem peccati, allegoricè quietem corporis Chriſti in ſepulchro: anagogicè requiem æternã in cœlo. Illud ergo præceptum poteſt tripliciter accipi. Primò generaliter, vt ceſſemus a vitijs. Secundò ſpecialiter, vt ceſſemus ab operibus corporalibus, quæ impediunt vacationem ad Deum. Tertiò ſpecialiſſimè, vt eſt in viris contemplatiuis, qui ab omnibus mundanis ſe ſeparant, vt totaliter Deo vacent: Prima vacatio eſt neceſſaria, ſecunda debita, tertia perfecta. Secundum ergo, q Sabbatum dicitur requies, ſiue vacatio ad Deum, ſic dies Dominica poteſt dici dies Sabbathi, & quælibet dies ſtatuta ad venerationem diuinam, in quibus ceſſandum eſt ab opere ſeruili, i. a peccato, & ab opere impediente vacationem ad Deum. Opera. n. ſeruilia determinantur ab Eccleſia, vt opera mechanica, quæ ſunt agricultura, mercatũ, placita, & ſimilia. A B

SCHOLIA.

A Vacatio quæ eſt ad Deum.] Vt miſſam omittens ſine cauſa legitima in feſto de præcepto peccat mortaliter, contra hoc præceptum. Intelligitur autem miſſa præcepta in feſto, vt dicit eſſe præſentem, & corpore, & mente; ideſt animo vacandi Deo, durante miſſa. Ergo corporaliter præſens quis miſſæ, ſed mentem aduertenter ad alia diuertens, vel mentem præter intentionem vagantem ad miſſam, id eſt, ad vacandum Deo, non reuocans voluntarie, iſte peccat mortaliter; quoniam ita eſt ibi, Caſus cõſcientiæ de auditione Miſſę.

ac ſi voluntariè ibi dormiret. Paria.n. ſunt, longe eſſe a miſſa per voluntarium ſomnũ, & per voluntariam mentis diſtractionẽ ad alia. Quid ergo dicendum de tunc ibi perniciosa, amoroſa &c. loquentibus, cogitantib. facientibus? Mortaliter pluribus rationib. iuxta ſubiectam materiam peccant. [D. Cardinalis in Sumula verſicu. Feſtorum violatio. Vide ſupra tertij. cap. 28.

A Seruilia.] Scilicet vt ſeruilia. Hęc ſũt mechanica, vt arare, fodere, ſuere &c. quæ propriè ſeruis conueniunt. Ergo opera libera de ſe, [vt artium liberaliũ exercitia, pulſare muſicalia, dictare, ſcribere &c.] & communia ſeruis, & liberis (ut itinerari, curam ſui agere, iuuare proximum &c.) Seruilia, quandoque tranſeunt in communia: vel ratione neceſſitatis, (vt ſeruitia infirmorum, præparare medicinalia pro neceſſitate ſalutis corporis mei, vel proximi &c. vel ratione damni euitandi, vt quando hoſtes timentur, propter quod oportet transferre de una ciuitate ad aliam.) opera inquam iſta p̄ hoc mandatum non prohibentur, & conſequenter ſecundum iudiciũ boni viri, plus vel minus exerceri poſſunt. Inter ſeruilia, quia ſcilicet prohibita, computantur illa quatuor in calce poſita. extra de ferijs cap. omnes, ſcilicet mercatum, placitum, iudicium ad mortem vel pęnam, iuramentũ niſi pro pace, vel alia neceſſitate. Horum ſecundum (id eſt placitum, id eſt iudiciales lites,) ac tertium (id eſt iudicium ad mortem &c.) Sic prohibentur, vt non tantũ ſtrepitus iudicialis conquieſcat, niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat; ſed etiam tũm

Opera ſeruiliaquę,

processus

proceſſus habitus, tùm promulgata ſententia annulletur. Ibi, cap. conqueſtus. [D. Cardinalis Caietanus in Sumula verſiculo. Feſtorum violatio.

De quarto præcepto. Cap. LXIII.

QVARTVM eſt. Honora patrem tuũ, & matrem tuam. Huic præcepto additur promiſſio, ſcilicet, Vt ſis longęuus ſuper terram: quia iuſtum eſt, vt cõſeruatio vitæ alienæ mereatur conſeruationẽ vitæ propriæ. Pater dicitur in hoc mandato qui eſt principium per generationem quo ad eſſe naturæ, vt pater carnalis: vel q̃ eſt principium per miniſteriũ regenerationis quo ad eſſe gratiæ, vt pater ſpiritualis. Sumitur autem alio modo pater non ſecundum rationem propriam, ſed communẽ p̃ ſene, qui dicitur pater ætate: vel pro rege, qui dicitur pater defenſione. Honor intelligitur hic dupliciter. ſ. exhibitio corporalis in ſuſtentatione, & ſpiritualis in reuerẽtia, & obediẽtia. Sed obedientia diuerſificatur ſecundum diuerſitatem patrum: quia patri ſpirituali debemus obedire in ſpiritualib. ſcilicet prælato, ſeculari ſcilicet regi in temporalibus reipublicæ: patri verò carnali, in diſpoſitione rei familiaris.

SCHOLIA.

A Obedientia.] Scilicet in Domino: & in his, quæ pater ille poteſt mihi præcipere. Nam ſi pater quocunq; modo ſumptus pręcipiat contra dominum Deum, vel extra iuriſdictionem authoritatis ſuæ, ego nõ ſum obligatus obedire ei, immo in primo caſu, De obediẽtia caſus.

quando contra Deum mandat, ſum obligatus ad non obediendum illi. Aliàs obedientia in dubiis excuſat.[2.2.q.104.per totum] Caſuiſtę verſi.obedientia.

De quinto præcepto. Cap.LXIIII.

QVintum eſt. Non occides. Hic explicitè prohibetur homicidium, ſed implicitè omnis motus iræ contra proximũ:
A ſiue ille ſit tantum cordis, vt ira: ſiue oris, vt contumelia: ſiue operis, vt percuſſio citra mortem, vel depilatio. Prohibetur hic omnis occiſio iniuſta, quæ fit tripliciter. Ex cauſa, vt in illo qui occidit ſine culpa: Vel ex ordine, vt cùm ille, qui non eſt miniſter legis, occidit. Vel ex animo, vt quando miniſter legis occidit non amore iuſtitiæ, ſed libidine vindictæ. Diſtinguitur autem homicidij genus dupliciter, ſ. verum, quod dicitur corporale, & interpretatiuum, quod dicitur ſpirituale. Homicidium ſpirituale fit duobus modis. Vno modo omittendo, vt cũ quis videt alium in extrema neceſſitate, & nõ ſubuenit ei, interpretatiuè dicitur eum occidiſſe. Alio modo fit committẽdo, & hoc quandoque corde. ſ. odiẽdo. 1. Io. 2. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Quandoq; ore, ſ. detrahendo: quia ille cui detrahitur, occidit in cõſcientia illius, qui audit detractorem, in qua prius viuebat per bonam famã: Quandoque opere. ſ. malo exemplo, alicui occaſionem ruinæ præſtando: & tunc inter-
B pretatiue dicitur illum occidiſſe.

SCHOLIA.

A Omnis motus iræ].ſ.inordinatus, vel ſine cauſa. Qui iraſcitur fratri &c. Matth.5.

B Interpretatiue occidiſſe] ly interpretatiue nō excludit peccatum mortale, ſicut quandoque apud iuriſtas. Imò quandoque eſt magis mortale dare malum exemplum proximo, puta de hæreſi &c. quàm occidere corporaliter. Et quando eſt cum caſu mortalis peccati proximi ſui, cui dedit quodcūq; malum mortaliter exemplum, ſemper eſt maius peccatum, quàm corporaliter occidere, quanto anima eſt nobilior corpore, vt patet. Scandalum. Et bene nota.

De ſexto præcepto. Cap. LXV.

SExtum eſt. Non mœchaberis. In hoc præcepto, vt dicit Aug. prohibetur omnis illicitus concubitus, & omnis illegitimus vſus eorum membrorum. De hac materia, A quære ſupra libro tertio in capite de luxuria, & cap.28.

SCHOLIA.

A De hac materia vide.]Non tātum vt in litera.c.2.& 28.ſed etiam 10. & 11.

De ſeptimo præcepto. Cap. LXVI.

SEptimum eſt. Non furtum facies. Hic ſecundum Aug. prohibetur omnis contrectatio rei alienæ ex cupiditate. Contrectatio rei alienæ poteſt fieri licitè tribus modis. Primo, quando fit nō ex cupiditate, ſed ex obedientia, ſicut fecerāt filij Iſrael aufe-

rendo vaſa Ægyptiorum. Secundò, quando fit ex cautela, vt ſi aliquis furetur gladium furioſi, ne ſibi vel alijs noceat. Tertiò, quando fit ex neceſſitate, vt cum aliquis ad mortem eſuriens furatur panem, quia in neceſſitate omnia communia ſunt.

SCHOLIA.

A Ex obedientia.] ſcilicet Domini illarum rerum; quæ auferendæ ſunt ab alio, nõ aliter, ſic.n. Dominus erat Deus, vt patet.

De octauo præcepto. Cap. LXVII.

Octauum eſt. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimoniũ. Hic prohibetur omne genus mendacij, ſicut dicit Auguſtinus, quod determinatur per tres differentias. Eſt enim mendacium pernicioſum, quod nocet: officioſum, quod ꝓdeſt, iocoſum, quod delectat. Includitur in hoc A præcepto taciturnitas veritatis tempore neceſſitatis: tamen cauſa, & opportunitas facit ipſam taciturnitatẽ veritatis eſſe licitã.

SCHOLIA.

A Taciturnitas veritatis tempore neceſſitatis.] ſcilicet vel ratione iuramenti, vel præcepti ſuperioris, vel officij, vel dictaminis conſcientiæ, vel ratione alterius ſimilis rei. Teſtis ergo iuratus tacens ueritatem debitam, iudex non iuſtè iudicans pro iſto, quando debet, non accuſans aliquem quando debet, & ſic de alijs huiuſmodi, tales omnes faciunt contra iſtud præceptum. Caſuiſtæ in ſuis locis proprijs.

Quando ſilentiũ ſit noxiũ Caſus.

De Nono præcepto, & Decimo. Cap. LXVIII.

NOnum, & decimum præceptum eſt. Nõ concupiſces rem proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, nec aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. Duo prohibentur hic, ſcilicet concupiſcentia carnis in vxore proximi; & concupiſcentia oculorum in re aliena. Nam ad hæc duo maximè inclinatur natura corrupta. Ad vnum propter conſeruationem ſui in eſſe ſpeciei. Hic non prohibetur appetitus, qui eſt ex corruptione fomitis, vel a delectatione ſenſualitatis, quia impoſſibile eſt, quòd illę concupiſcentiæ non ſint in nobis: ſed prohibetur appetitus, qui eſt ex conſenſu rationis. Quamuis iſtud p̃ceptum ad duo tantum determinetur, tamẽ prohibetur ibi vniuerſaliter omnis concupiſcentia malæ voluntatis. A

Inclinatio maximã natura noſtrę nunc.

Omnis malæ voluntatis amor fugiendo.

SCHOLIA.

A Hic non ꝓhibetur appetitus &c.] ideſt quòd fomes ſit in me non eſt peccatũ propriè. Concilium Tridentinũ [Seſſ. 5. Quod verò appetam appetitu ſenſualitatis præueniente rationem, ex huius negligentia, citra tamen conſenſum rationis, eſt veniale ſup. tertij, cap. 10. cum rationis conſenſu, ſi agitur de appetitu mortali, eſt mortale. ſup. tertij cap. 10. 1.2. q. 74. art. 8.

Fomes

Caſus de appetitu.

De conſilijs in genere. Cap. LXIX.

CONſilium prout diuiditur contra præceptum, eſt perſuaſio melioris boni, ad quod non tenemur. Conſilia in multis differunt a præceptis. Primò, quia ad pręcepta tenemur, ad conſilia verò non: quia præcepta ſeruare eſt neceſſitatis, conſilia verò voluntatis. Item lex vetus dat præcepta, euangelium verò ſuperraddit conſilia. Item cõſilium pertinet ad perfectos, præceptum ad perficiendos: ſed permiſſio ad imperfectos, prohibitio ad peruerſos. Item præcepta ſeparant nos ab illicitis, conſilia verò a conceſſis. Item per præcepta declinamus peccata, ſed per conſilia occaſiones peccati. Itẽ per pręcepta maximè negatiua pœnam fugimus, ſed per conſilia pręmium cumulamus. Item conſilia ſeruata afferũt præmiũ, non ſeruata non adducunt ſupplicium. Itẽ ad præcepta conſtringimur ex debito, ſed ad conſilia non niſi ex voto. Item conſiliũ per uotum fit præceptum, ſicut ait Auguſtinus. Vouere eſt voluntatis, ſed reddere neceſſitatis. Item melius eſt eſſe deuotum in minoribus, quàm in maioribus promiſſionibus indeuotum inueniri. Vnde melius eſt nuda præcepta ſeruare cum deuotione, quam ſe ad conſilia obligare, & in his negligentem eſſe. Nota quod in lege Moſaica fuerunt iudicia ceremonialia, & moralia. Lex autem Euangelica iudicia temperat, partem auferendo: figuras vacuat, rerũ veritatem exhibendo: præcepta conſumat adijciendo. Adijcit autem tria, ſ. inſtructionem documentorum, promiſſionẽ pręmiorum

A

Ad religioſos.

rum, & perfectionem conſiliorum. Et ideo dicitur lex Moſaica ab Euangelica differre: quia illa figurarum eſt, hæc veritatis: illa pœnę, hęc gratiæ: illa litteralis, hęc ſpiritualis: illa occidens, hæc viuificans: illa timoris, hæc amoris; illa ſeruitutis, hęc libertatis: illa oneris, hæc honoris. Differentia legũ.

SCHOLIA.

A Occaſiones peccati,] ſcilicet quando non ſunt taliter vrgentes, vt ad peccatũ omnibus conſideratis, de facto pertrahant, non autem quando ſunt taliter vrgentes, vt &c. Tunc.n. ſub præcepto teneor vitare talem occaſionem. verbi gratia. Tenetur de neceſſitate ſalutis concubinarius emittere foras concubinam, quia eſt ſatis vrgens occaſio, vel luxuriæ, vel etiam ſi de non luxuriando cum ea eſſet ſecurus (quod tamen eſt difficillimum in tractu temporis,) ratione ſcandali vicinorum, uel &c. Item ſi eundo ad talem locum, ſocietatem &c. vbi eſt periculum peccādi mortaliter, puta propter commoditates, perſuaſiones, aſpectum, vel huiuſmodi, experientia teſte didicit, ſe in huiuſmodi non ſubſiſtere; ſed ſtatim, vel quaſi ſtatim cadere, talis perſona nulla humana neceſſitate vincatur, vt illuc eat, aut ibi moretur. Nam ſcriptum eſt, ſi manus, pes, oculus tuus ſcandalizat te, abſcide, erue eum, & proijce (ideſt non prope, ſed procul iace) abs te, & qui amat, i. non fugit, periculũ, peribit in illo. D. Card. Caiet. in ſummula. verſi. Periculum peccandi. De occaſionibus peccādi, neceſſarij Caſus.

B Superaddit cōſilia.] Bene dixit ly ſupaddit, ad denotādũ, ꝙ lex euāgelica cōtinet aliqd aliud ꝑter cōſilia, videlicet precepta.

Non

De libertate uera Euāgelica. Non enim Chriſtus datus eſt nobis, ſolū redemptor, vt in ipſo ſperemus, ſed etiam legiſlator, vt ei obediamus. Nec obedientia ad ipſius legem eſt indifferens, ideſt nō obligans tranſgreſſores ad mortale peccatum, & ad pęnam æternam, ſed eſt neceſſaria, niſi de conſilijs tantum eius loquamur reſpectu eorum, qui talia ſeruare non nouerunt. Concilium Tridentinum Seſſ. 6. Canon. 19. 20. 21. anathematizans contrarium. Nec obſtat, quod etiam ratione præceptorum, Euāgelica lex dicatur lex libertatis: quoniā ad aliū ſenſum dixit Apoſtolus, Nos eſſe in libertatem vocatos. Nos non accepiſſe ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, aliaq; huiuſmodi, & Auguſtinus Euangelium vocauit legem amoris, noſque eā nuncupamus legem libertatis. Attende. Liber eſt (ſecundum Philoſophum,) qui eſt cauſa ſui. Is ergo aliquid agit liberè, qui ex ſeipſo agit, & is non libere agit, qui ex ſeipſo nō agit. verbi gratia. Illud, quod homo agit ex habitu ſuæ naturæ cōuenienti, ex ſeipſo agit, quia habitus inclinat per modum naturæ, ſin autem habitus eſſet repugnans naturæ, homo non ageret ſecundum quòd ipſe, ſed ſecundum aliquam corruptionem, ſibi ſuperuenientem. Quoniam ergo Spiritus ſancti gratia eſt interior habitus nobis infuſus inclinans nos per modū naturæ noſtræ conuenientem, (vtpotè ad bene, ſecundùm rectam rationem viuendum:) ideo veraciter facit nos libere operari, & quæ conueniunt gratiæ; & vitare ea, quæ repugnant gratiæ. Igitur lex noua dicitur lex libertatis, imò Iacobi primo, perfectę libertatis, quia ſua

Galat. 5. Rom. 8. In metaphy. Iacobi 1.

præcepta, vel prohibitiones facit nos libere implere, inquãtum. ſ. ex interiori inſtinctu gratiæ, quæ per Ieſum Chriſtum eiuſdem legis auctorẽ facta eſt, ea implemus. Ad hũc, & non alium ſenſum habet Apoſtolus, q̃d vbi ſpiritus Domini ibi libertas, ac alia huiuſmodi ſupradicta. Vltra hanc rationem, quæ eſt principalis, & abſoluta, eſt & ſecunda, quare ſit lex libertatis, quia. ſ. non arctat nos ad facienda, vel vitanda tot, ad quot arctabat lex vetus, ſed ſolummodo arctat nos ad facienda, uel uitanda, quæ de ſe ſunt vel neceſſaria, vel repugnãtia ad ſalutẽ. Adeſt & tertia ratio ad hoc, ratione. ſ. conſiliorum ſuperadditorum legem libertatis ipſam vocari quæ in veteri lege nõ erãt. [1.2. q. 108. art. 1. & 4.] 1. Cor. 3.

De conſilijs Euangelicis in genere. Cap. LXX.

CONſilia quæ Chriſtus adiecit pręceptis, ſunt iſta. Primum eſt paupertatis, quæ conſiſtit in abdicatione propietatis. Vnde Lucæ decimoquarto. Qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Matth. 19. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit. De hoc Hieronymus. Monachus habens obolum, non ualet obolum. Secundum eſt obedientia, unde illud, ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſęi, quęcunque ergo dicunt facite &c. Matth. 23. Si quis vult poſt me venire, abneget

get ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, &c. Sciendum autem, quòd duplex eſt obedientia, ſcilicet perfecta, quæ ſe extendit ad omnia, quæ non ſunt contra Deum, vel contra regulam, quam quis profeſſus eſt, & quæ diſpenſationi prælati ſubduntur. De hac obedientia dicit Bernard. Perfecta obediētia legem neſcit, terminis non arctatur, non cōtinetur profeſſionis anguſtia. Ad hanc nullus tenetur debito neceſſitatis, ſed ſolū perfectionis: ſicut tenemur ſemp imitari chariſmata meliora. Alia eſt obediētia imperfecta: tamen ſufficiens ad ſalutem, qua qs obedit tantum in his, quæ ſeruare promiſit, vel in illis, quæ in his implicitè continentur, ſicut ſunt illa ſine quibus religionis pfectio non ſeruatur, ut recipere officia, & huiuſmodi, & talis obedientia neceſſitatis eſt. Cum ergo dicit beatus Benedictus in regula: quòd ſi prę latus præcipiat aliquid impoſſibile, tentandum eſt facere, loquitur de obediētia perfecta, quam dum obſeruat ſubditus in his ad quæ nō obligatur ad prę lati præceptum, conſilij eſt, & magnæ perfectionis, & non neceſſitatis, ſed ſi faciat ad ſimplicem monitionem tale quid, maioris perfectionis eſt. Tertium eſt caſtitas, de qua
A Dominus dicit. Matth. 19. Sunt eunuchi, q ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum. Ad idem pertinet illud. Matth. 20. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, qui viderit mulierem ad concupi. &c. Hic oſtenditur, ꝙ nō ſolū damnabilis eſt conſenſus ad opus mœchationis, ſed etiam conſenſus ad delectationem. Nota autem, quòd concupiſcere ex

ſubito

ſubito motu, veniale eſt: ſed concupiſcere ex deliberatione perficiendi mortale eſt. Prædicta tria conſilia ſunt ſubſtantialia omnis perfectæ religionis: quia ſuos obſeruatores elongant a malo, nō ſolum quantum ad culpam, ſed etiam quantum ad cauſam. Omne namque malum oritur ex triplici radice, ſcilicet ex cōcupiſcentia carnis, ex cōcupiſcentia oculorū, & ſuperbia vitæ. Prædicta verò tria conſilia perfectè nos elongāt a radice triplici. Quartum conſiliū eſt charitatis. Matth. quinto. Diligite inimicos veſtros. Iſtud autem quantum ad dilectionē affectus eſt præceptum, ſed quantum ad dilectionem ſpecialis effectus eſt conſilium: quia inimico velle gratiam & gloriam, eſt neceſſitatis: ſed oſtendere ei ſigna beneuolentiæ, eſt perfectionis & conſilij; vnde ad hoc non omnes tenentur. Sane negare homini ſigna familiaritatis quando veniā petit, vel neceſſitas expoſcit, vindicta eſt: vel quando ſe ille qui hoſtis erat, ad familiaritatem ingerit, ſi habeatur præſumptio quòd non ſimulatè vel irriſoriè faciat, tūc diligendus eſt, & inter amicos computandus, Sed quod aliquis vltro ſe ad familiaritatem inimico ingerat, hoc perfectionis eſt. Vnde quòd aliquis iniuriam paſſus reconciliationem quærat & amicitiam, non eſt debitum neceſſitatis, ſine quo non eſt ſalus: ſed eſt perfectionis & conſilij quo magnum expectatur præmium. Quintum eſt manſuetudinis. Matthei quinto. Si quis te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei aliam: Hoc autem ſic intelligitur: paratus ſis aliam ſuſtinere patienter, & iſtud cōſilium

B

Vtique ſanctę ſūt religiones contra hæreticos.

C

Dilectio inimicorum.

 eſt

eſt patientiæ reſpectu læſionis corporis. Sed ad idem pertinet aliud quod eſt patientię reſpectu ablationis rerum, ſicut eſt illud. Ibidem, Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tollere, relinque ei & pallium. Nota quòd contingit ſua repetere coram iudice fideli dupliciter: aut cum contentio-
D ne & fraude, aut cum charitate. Primũ nulli licet, ſecundum verò licet infirmis & imperfectis, perfectis aũt non. Vnde non repe-
Religioſi attẽdant. tere, conſilium eſt infirmis, perfectis verò præceptum. Illis autem qui renunciauerũt proprietati, nõ licet repetere ſua, vt ſua, ſed vt congregationis: non propter ſe, ſed propter commune bonum. Sextum eſt miſeri-
Luc. 6. cordiæ & ſupererogationis: vt illud, Omni
Matt. 19. petenti te tribue, & illud, ſi vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, &c. Nota quòd dare ſuperfluum, eſt neceſſitatis, (in neceſſitate extrema) ſed dare quibus egemus, cõſilij. Auguſtinus, Melius eſt minus egere, q̃ plus habere. Quod autem dicit dominus. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, vos eadem facite illis: ſic intelligendũ
Matth. 7. eſt. Quæcunque vultis rationabiliter, & dictante charitate, vt faciant vobis, &c. Vnde ſi peteremus rem aliquam, & non videremus illud eſſe rationabile, non velemus iã rationabiliter dari nobis. Septimum conſilium eſt de ſimplicitate verborum, vt ibi, Sit ſermo veſter eſt eſt, non non. Cuius ſenſus eſt: Si affirmatio, vel negatio eſt in ore, ſit & in corde. Et ad hoc conſilium reducitur illud Matth. 5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis non periurabis. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Nota quòd iura-

re, quantum ad infirmitatem pertinet, permiſſionis eſt: non iurare autem, quantũ ad perfectionem pertinet, conſilij eſt. Prohibet etiam dominus iurare per creaturas, ſ. per cœlum, vel terram, vel per capillum propter idolatriam, ne ſcilicet credamus aliq̃d numinis eſſe in illis. Fiunt tamen interdũ iuramenta per Euangelium, & cruces. i. per eum cui hæc ſunt dedicata. Octauum eſt de vitãda occaſione peccati. Vnde dicitur, Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te. Secundum Auguſt. nullum membrorum erui præcipitur ad litteram, ſed occaſio peccandi. Poteſt enim occaſio eſſe ex aſpectu, & tunc oculus ſiniſter ſcandalizat. Cum autem fit bona intentione, tunc oculus dexter. Vel poteſt eſſe occaſio ex contactu, & bona intentione: tunc manus dextera ſcandalizat. Poteſt inſuper eſſe occaſio peccandi ex alio, & hoc à conſiliario, qui dicitur oculus, vel ab adiutore, qui dicitur manus: & eſt dextera qui conſiliarius dicitur, & eſt adiutor in ſpiritualibus, ſiniſtra in temporalibus. huiuſmodi. n. ſi ſcandalizant, abijciendi ſunt, quia occaſiones peccandi ſunt abijciendæ. Nonum conſilium eſt de rectitudine intentionis ac finis. vnde dicitur Matth. 6. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, & cætera. Item illud, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Item, Sic luceant opera veſtra coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum, &c. De his nota, quòd contingit conſtituere duos fines, ſcilicet temporalem, & æternum: ſed ſi æternus finis eſt vltimus, hoc bene licet. Actio autem

E

Occaſiones peccã di vitandæ. huius. 69

F

tem ſpiritualis, vel prædicatio non poteſt referri ad finem temporalem, ſed econuerſo: & hoc eſt quod dicit Aug. nõ debemus euangelizare, vt manducemus, ſed manducare vt euangelizemus. Nota etiam, ꝙ nos tenemur illos actus referre ad eum, quorum habemus dominium ex imperio rationis: vt eſt manducare, cogitare, eligere, & ſimilia: ſed non tenemur actus referre inobedientes rationi, vt eſt nutritiua, reſpiratiua, & huiuſmodi. Decimum conſilium eſt de conformitate operis ad doctrinam, vt ibi. Alligant onera grauia & importabilia: digito autem ſuo nolunt ea mouere, &c. Ad idem eſt illud Matth. 7. Hypocrita eijce prius trabem de oculo tuo, &c. Nota, quòd aliquando in prædicatione aſſeritur aliquid de his, quæ pertinent ad ſtatum ſalutis: aliquãdo verò aſſeritur aliquid ſecundum ſtatũ perfectionis, vtpote religionis. Primo modo tenetur prædicator facere quod dicit, cum aſſerat ad hoc omnes teneri. Secundo modo nõ tenetur, niſi perfectionem illam ipſe nouerit. Vtrum autem malus peccet prædicãdo, diſtinguitur: quia exiſtens in peccato notorio peccat quando prædicat, ſiue ex neceſſitate officij hoc faciat; ſiue ex voluntate, quia ſcandalizat. Exiſtens autem in peccato occulto, ſi prædicat, & nõ ſtudet prius compungi, adhuc videtur peccare, quia videtur contemnere. Vndecimum conſilium eſt de euitanda ſolicitudine, vt ibi. Nolite ſoliciti eſſe, &c. & ibi Nolite cogitare de craſtino. Sciendum, quòd triplex eſt ſolicitudo. Prima eſt laudabilis, vt eſt prouidẽtia ſpiritualis. Vnde Apoſto. 1. ad Corinthios

Prædica-tores ad-uertant.

thios ſeptimo. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Dei sũt, quomodo placeat Deo. Item ad Romanos. 12. de prælatis. Qui præeſt in ſolicitudine. Secunda eſt tolerabilis, & eſt illa ſolicitudo curæ temporalis quo ad corpus. Lucæ 10. Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Tertia eſt vituperabilis, & iſta ſuperfluæ theſaurizationis quo ad auaritiam. Eccleſiaſtici ſecundo. Peccatori autem dedit Deus afflictionem peſſimam, ut addat, & congreget, & hæc vanitas, & craſſa ſolicitudo mentis. Solicitudo prima præcipitur, ſecunda toleratur, tertia prohibetur.

De ſolicitudine ſup. tertij. 19.

Dat pœnã Deus permiſſit peccatũ ſolum.

Duodecimum eſt fraternæ correctionis, vt Matth. decimooctauo. Si peccauerit in te frater tuus, & cætera. Nota quod fratrem corripere quandoque eſt conſiliũ, vt quando corripitur ſuper venialibus. Quandoque eſt præceptum, vt corripere de mortalibus, & iſto ſecundo modo ad omnes pertinet, & obligat ſemper, quia pro loco & tempore, ſcilicet quando uacat, & licet, & videt quòd vtilis ſit correptio. Sciendum eſt, quòd triplex eſt correptio, ſcilicet amoris, timoris, & pudoris. Hunc ordinem fraternæ correptionis docet Dominus in Euangelio. Primò enim innuit fratrem reuocandum eſſe amore, cum iubet eum ſingulariter corripere, dicens. Corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Sed ſi hoc non valet, docet eum eſſe reuocandum timore, vbi ait: Si te non audierit, adhibe vnum vel duos tecum: & ſi hoc non voluerit, docet eum eſſe reuocandum pudore, vbi dicit.

Correctio fraterna.

Mat. 18.

Si nec illos audierit, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, ideſt excōmunicari debet, & ſic euitari. Sanè prædictus ordo fraternę correptionis intelligitur tantum de criminalibus: quia de culpis communibus ſolent clauſtrales ſe in ſuis capitulis accuſare, non præmiſſa admonitione. Veruntamē accuſans alium caueat diligenter ne hoc faciat ad diffamandum, ſed ad corrigendum: quoniam ſi quis ex deliberatione contrarium faceret, mortaliter peccaret.

SCHOLIA.

A Si ſeruat ad ſimplicem monitionem tale quid eſt maioris perfectionis.] ſcilicet charitatis maioris, ex qua videtur procedere non ex genere operis. Nam quantū eſt ex genere operis magis meretur obediens præcepto, ſicut & magis demeretur inobediens præcepto. Quol. 6. ar. 11. ſi vis ad longum videre de obediētia pro meliori captu litteræ. Ecce quol. 1. ar. 15. & 16. & quol. 4. ar. 12. item quol. x. ar. 10.

Obedientię caſus.

B Ex deliberatione perficiendi.] ſcilicet actum interiorem (idem delectari in illo concupiſcere,) vel actum exteriorem. Eſt igitur peccatum mortale non tantum uelle actu exteriore ſatisfacere concupiſcentiæ, ſed etiam ſolo actu interiore. Hinc apertius hoc nunc, nunc dixit author his verbis. Non ſolū conſenſus eſt damnabilis ad opus mœchationis, ſed etiam conſenſus ad delectandum. Hoc dicitur delectatio, vel cogitatio moroſa ſup. tertij cap. 11. & 28. D. Card. Caietanus

Caſus plurimus notabilis de concupiſcentia.

tanus in ſumma verſi.delectatio moroſa.

C Iſtud quantum ad dilectionem affectus &c.] Vide ſupra 3. cap. 17. hoc, & alia huc ſpectantia.

D Perfectis verò præceptum.] ſcilicet comparatiuè acceptum, ideſt magis conſilium, quàm infirmis, vel ad quod magis tenentur perfecti, de conſilio tamen, quam infirmi, non autẽ abſolutè quaſi quod oblíget eos ad mortale ſi id non ſeruauerint. Quod enim imperfectis eſt conſilium, non eſt præceptum perfectis, niſi ratione voti. Opuſc.19.cap.2.

E Non iurare, quantum ad perfectionẽ pertinet, conſilij eſt.] ſcilicet niſi propter charitatem (ideſt vel vtilitatem, vel neceſſitatem, maxime ſpiritualem) iuretur. Tunc enim conſilium potius eſt iurare, quàm nõ adhibitis ſuis comitibus, ſcilicet iudicio. [Ad differentiam iuramentorum abſq; cauſa vrgente rationabili] iuſtitia, (vt excludantur iuramenta de faciendo malum) veritate (vt tollantur iuramenta falſa.) Quod autem dicitur ly omnino, dicitur ad prohibendum iuramenta omnia tanquam per ſe appetibilia non abſolutè omnia, tanquam in caſu nullo ſint licita, cum ipſa quandoque ſint neceſſaria.2.2.quæſt.89.art.2. idem S.Thom.ſuper ad Rom.cap.1.ly teſtis eſt mihi Deus Concil. Toletanum.8.can.2.

An iuramentũ liceat. Hiero.4.

F Rectitudine intentionis ac finis.] ſcilicet ad vitandum etiam venialia. Alioquin habere rectam intentionem finis pro vitatione mortalium, hoc eſt pręceptum, non tantum conſilium ut patet.

G Non ſtudet prius compungi.] ita vt

non curet talem actum in gratia exercere. Tunc enim peccat de nouo mortaliter, ſic prædicando. Tali enim a Chriſto dicitur. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum. Exiſtimaſti inique quòd ero tui ſimilis, Arguam te, & ſtatuam contrà faciem tuam. D. Card. Caietanus in ſummula. ver. Præd. peccata. Hoc à ſimili, de alijs Deo miniſtrantibus intelligendum eſt.

Prædicator alij Dei miniſtri.

DEO GRATIAS.

COMPENDII THEOLOGICAE VERITATIS,

LIBER SEXTVS.

De ſacramentorum virtute.

De medicina ſacramentorum.
Cap. I.

CÆLESTIS medicus, humani generis reparatiuus tali modo ſanauit ægrotum, ſicut optimè competebat ægrotanti, & ægritudini, & occaſioni ægrotandi, & ipſius ægritudinis curationi: Ægrotus igitur homo eſt. Morbus autē originalis culpa eſt. Origo verò iſtius culpæ, licet principaliter fuerit ex conſenſu rationis, occaſionem tamen ſumpſit ex ſenſibus carnis. Ad hoc ergo quod medicina reſpondeat morbo, oportuit, quòd non tantum eſſet ſpiritualis, verum etiam aliquid haberet de ſenſibilibus ſignis, vt ſicut ſenſibilia fuerunt animæ occaſio habendi, ita eſſent ei occaſio reſurgendi. Et propter hoc medicina noſtri vulneris conſiſtit in eccleſiaſticis ſacramentis.

De originali tātū fit mētio, quia ī eo includuntur radicaliter oīa alia peccata, idcirco quoq; & peccatū, & peccata mūdi, Io. 12.

De

De diffinitionibus ſacramenti. Cap. II.

Sacramentum eſt, vt ait Aug. inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. Hęc diffinitio generalis eſt, & conuenit ſacramentis tã nouæ, quam veteris legis, quia tam illa, quam iſta ſunt ex ſimilitudine repręſentatiua, & ex inſtitutione ſignificatiua. Secundo eſt actualis inſtitutio, ex qua habet ordinẽ determinatum reſpectu huius ſignificati. Tertium eſt ſpiritualis ſanctificatio, ex qua habet virtutem efficiendi illud ſignificatum. Item dicit Aug. quòd ſacramentum eſt ſacrę rei ſignum. Iſtud autem non eſt diffinitio, ſed potius ethimologia ſacramenti.

Sic intelligitur ly propriè a ſacro Cõcilio Triden. de ſacramẽtis toties replicatũ.

SCHOLIA.

A Ex ſanctificatione, gratiã conferẽs.] ſanctificatione, ſ. ſignata. Prius natura nãq; ſignificant ſanctificationem noſtram, poſt cauſant gratiam. Cum igitur ad ſanctificationem noſtram requiratur Paſſio Chriſti, vt cauſa meritoria, gratia, ut forma, gloria, vt finis, clarum eſt, quòd ſacramentum quodlibet nouæ legis ſignificat, illa tria, ſcilicet paſſionem Chriſti ceu præteritam, reſpectu cuius dicitur ſignum rememoratiuum, gratiam ceu præſentem a ſe inſtrumentaliter collatam, reſpectu cuius dicitur ſignum demonſtratiuum, gloriam ceu futuram cuius reſpectu dicitur ſignum Pronoſticum. [3.q.50.ar. 3. Concilium Tridentinum. Seſſ.6.cap.7.]

De

De ſacramentis nouæ legis, ſeu gratiæ. Cap. III.

SAcramenta legis gratiæ omnia Chriſtus inſtituit, tanquam nouę legis lator, in qua vocans ad præmia, dedit præcepta, inſtituit ſacramenta. Chriſtus.n. verbũ patris cum ſit ſummæ bonitatis, & ſummæ verita tis, & ſummæ virtutis, ratione ſummæ bonitatis promiſit præmia beatificãtia, ratione veritatis dedit pręcepta dirigẽtia, ratione virtutis inſtituit ſacramẽta adiuuantia, vt per ſacramenta reparetur virtus ad implenda præcepta: & per præcepta perueniatur ad pręmia. Inſtituit autem ſacramenta in verbis, & elementis, ut ait Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramẽtum, & eſt ibi elementum pro materia, & forma verborum pro forma. Ad hoc verò inſtituta ſunt ſacramenta in verbis, & elementis, vt haberent euidentiam ſignificandi, & efficaciam ſanctificandi: qui dum elementa oculis, & verba auribus ſe offerũt, qui ſunt duo ſenſus præcipuè cognoſcitiui, dant euidentiam ſignificationis. Deinde verba ſanctificant elementa, vt plenior fiat humanæ creationis efficacia. Inſtituit aũt Deus ſacramẽta diuerſimodè, quædam ſ. ante aduentum ſuum, ut matrimonium, & pęnitentiã. Sed hæc duo confirmauit, & conſumauit in lege Euangelica, dum pęnitentiam prædicauit, & nuptijs interfuit. Alia quinque ſacra menta poſt aduentũ ſuum initiauit. Confir mationẽ quidẽ, paruulis manũ imponẽdo. A B

Vnctio-

Vnctionem verò, diſcipulos ad curandum mittendo, qui infirmos vngebant oleo: ſicut dicitur in 6.cap. Marc. Baptiſmum verò ſuſcipiendo, deinde formam dando. Ordinem autem, poteſtatem ligandi, & ſoluendi tribuendo, & conficiendi ſacramentum altaris. Euchariſtiam autem, comparando ſe grano ſinapis, & conficiendo, ac dando diſcipulis imminente paſſione ſacramentum corporis, & ſanguinis ſui. Inſtituta ſunt ēt ſacramenta multiplici de cauſa. Primò propter humiliationem: qua homo quærit ſalutem inferioribus ſe ſubijciendo. Secundò propter eruditionem, qua homo per uiſibilia ad cognoſcenda inuiſibilia rapitur. Tertiò propter exercitationem, qua homo noxiam declinet occupationem, & otium. Quartò propter cōgruitatem medici ad medicinam, quia cum medicus ſit Deus, & homo, congruenter medicina debet continere aliquid diuinum.ſ.inuiſibilem gratiam; & aliquid humanum.ſ.viſibilem gratiæ formam. Quintò propter cōgruitatem ex parte infirmi, quia cum infirmus ſit homo conſtans ex corpore, & ſpiritu, ſpiritus autem in corpore non bene capiat ſpiritualia, niſi in corporalibus, congruum fuit dare medicamenta ſpiritualia in rebus corporalibus, ſicut pilulæ in nebula dantur. Sextò propter augmētationem meriti, multum.n. ualet ad meritū quando Deo creditur in his, vbi humana ratio non præbet experimentū. Patet ergo ex prædictis quæ ſit ſacramentorum cauſa efficiens, quia diuina inſtitutio; quę formalis, quia gratiæ ſanctificatio, quę finalis, quia humanæ infirmitatis curatio.

Vbi magnū meritum.

SCHO-

SCHOLIA.

A Pœnitentiam prædicauit.] Scilicet & exhortando ad illam: vt patet per Euangelium pluries, & inſtituendo formã eius ſup peccata cadentem. Hoc.n.modo inſtitutor pęnitentię ſacramenti dicitur, ſicut & illo ad pœnitentiam virtutem exhortator, ſicut ergo ly pœnitentia accipitur dupliciter, ꝓ pęnitẽtia.ſ.quę virtus eſt, & pro pęnitẽtia, quæ ſacramentum eſt. Ita ly prædicauit accipitur dupliciter, ut diximus, quorũ duo.ſ. pęnitentia ſacramentum, & prædicatio formæ, ſunt tantum ab authore hinc intenta. Prædicatio, ideſt inſtitutio formæ illius de peccatis, eſt Io. 20. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorũ retinueritis retenta ſunt. Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 165. 760. Io. 20. ibi. item. 3. q. 84. arti. 1. & q. 85. art. 1. 2. Pęnitentia quotuplex &c.

B Nuptijs interfuit.] Scilicet & verbo, & facto. Nuptijs interfuit verbo cum dixit. Relinquet homo patrẽ, & matrem, & adhęrebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Quod ergo Deus coniunxit homo non ſeparet. His.n. verbis inſtituit ſacramentum matrimonij, non quaſi non prius inſtitutũ aliquo modo, ſed prius a ſemetipſo nondum incarnato inſtitutũ, nunc ipſemet incarnatus quo ad inſtitutionẽ infirmauit. Quod ſi ad gratiam, quã nunc ex opere operato cõfert cum prius illam ſic non conferret inſpicias, merito dicemus, eſſe tunc de nouo à Chriſto Dño ſacramentũ matrimonij inſtitutum. Vt dicamus Matrimonium, vt ſine gratia, prius erat inſtitutũ, matrimoniũ, vt gratia veſtitum, nunc recens eſt inſtitutum. De matrimonio.

nuptijs

nuptijs facto interfuit in Chana Galilęę. Cõcilium Triden. Seſſ. 24. in primo.

C Confirmationē manus pueris imponendo.] Hinc dicitur ab Euſebio Papa ſacramentum manus impoſitionis, de Conſ. diſt. 5. Manus quoque.

De effectu ſacramentorum nouæ legis. Cap. IIII.

EFfectus ſacramētorum nouæ legis multiplex eſt. Primò, à peccato mundant. Secundò, in bono cōſeruant. Tertiò, corpori Chriſti miſtico incorporant. Quartò iuſtificant. Quintò, ad futuram vitam præparant. Sextò, erudiendo illuminãt. Septimò, à malo præſeruant. Iſta patent in ſeptem ſacramentis per ordinem. Nam primum operatur baptiſmus. Secundum confirmatio, & ſic de alijs.

A Sacramenta dicuntur vaſa gratiæ, & cauſa: non quòd in eis gratia ſubſtantialiter contineatur: vel cauſaliter efficiatur, cum in ſola anima habeat collocari, & à ſolo Deo infundi, ſed quia in illis, & per illa gratiam curationis à ſummo medico Chriſto oportet hauriri: licet non alligauerit potentiam ſuam ſacramentis, qui & per alias vias gratiam conferre valeat.

B Sacramenta ſemper habēt ſanctificationē veritatis, non ſemper efficaciam curationis: non propter defectum ex parte ſui, ſed ex parte ſuſcipientis: quia gratia nulli datur repugnanti, & impugnanti gratiæ fontem. Vnde & ſacramenta nō ſanctificant, niſi dignè accedentes & abſque omni fictione.

Nonnun-

Nonnunquam tamen virtute ſacramentorum fit de attrito contritus. ita quòd defectus dignitatis, vel præparationis ex parte ſuſcipientis ſuppletur virtute diuina in ſacramentis contenta; dummodo non accedat ſciens in mortali peccato, vel in propoſito peccandi. Vnde ſciendum, ꝙ quidã ſuſcipiunt ſacramentum tantùm, vt fictè accedentes: quidam rem tantum, vt qui per contritionem, & fidei deuotionem recipiunt gratiam prius quàm veniant ad ſacramenta: quidam & ſacramentum & rem ſuſcipiunt, vt digne accedentes. Sacramentum dicitur à ſacrando, & hoc poteſt intelligi tripliciter: aut ſanctitatem efficiendo tantũ; aut ſanctitatem ſignificando tantum; aut ſanctitatem ſignificando & efficiẽdo ſimul. Primò modo conuenit ratio ſacramenti rebus ſignificatis per ſacramẽta tam veteris, quàm nouæ legis. Secundo modo conuenit ſignis veteris legis. Tertio modo conuenit ſacramentis nouæ legis. Huiuſmodi exemplum habemus in naturis; quia medicina dicitur ſanare efficiendo tantum, ſed ſudor ſanat indicando tantum, exercitatio ſanat efficiendo & ſignificando. Quinque ſunt quæ animam iuſtificant, ſed diuerſimode. Deus enim iuſtificat authoritate, gratia iuſtificat formaliter expellendo morbum ſpiritualem, impletio mandatorum iuſtificat, vt diæta: Sacramenta verò tanquam uaſa medicinalia, per quæ confertur gratia: Sacerdos autem miniſterio. Exemplum autẽ horum habemus in curatione morbi corporalis. Deus. n. ſanat corpus authoritate medicina effectiuè, diçta cõſeruatiuè, vas medi-

C

Nota bene.

D

dicinæ contentiuè. [Vnde dicitur vulgariter, Pixis iſte ſanauit me] medicus vero ſanat vt miniſter.

SCHOLIA.

A Vel cauſaliter].ſ.principaliter;nõ autem cauſaliter inſtrumentaliter.Inſtralis.r. cauſa gratiæ ſunt.[Conc.Trid.ſeſſ 6.c.7.]& conſequenter gratiam continent, ſecũdum eſſe fluens,& incõpletum: & conſequenter in eis eſt virtus cauſatiua gratiæ,virtus inq̃ inſtrumentalis, habens eſſe trãſiens ex vno in aliud,& incõpletum.]3.q.62.ar 3 & 4.Cõcil.Flor.de ſacramentis,& Trid.ſeſ.7.can.6.

Gratia,a, & in, ſacramentis,quõ.

B Non propter defectum ex parte ſui.] Ergo per ſacramenta datur ſemper,& omnibus gratia,quantum eſt ex parte Dei, & ſacramentorum; non autem aliquando tãtã, & aliquibus tantum. [Conc.Trid.ſeſſ.7.c.7.

Quibus, & quãdo: datur.

C Omni fictione].ſ. quadrifariã dicta. Primo.n.ſecundum Aug. dicitur fictus, qui non credit,ſecundo qui contemnit: tertio, qui aliter celebrat ſacramentũ,non ſeruans ritum Eccleſiæ; quarto,qui indeuotè accedit. Nam accedens ad aliquod ſacramẽtum oſtẽdit ex hoc ſuo facto quatuor, videlicet ſe fidem Chriſti habere,ſe venerari ſacramẽtum,ſe velle Chriſto conformare, ſe velle a mortali peccato recedere, vnde ſi veraciter in animo etiam ſolo,non vult vnum ex his quatuor,recte vocatur fictus. [3.q.69.art.9.

Fictio.

D Gratia formaliter.] Nomine gratiæ intellige hic,non tantum qualitatem illam infuſam formaliter inhærentem animę;ſed etiam cauſam meritoriam gratiæ, ideſt paſſionem Chriſti. Item per ly impletio mandatorum, intellige præparationem noſtrã;

quæ

quæ in adultis neceſſario requiritur ad iuſtificationem. [Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 5. 6. & 7.]

De numero ſacramentorum. *Cap. V.*

SAcramenta nouæ legis ſunt ſeptem, ſecundum ſeptem diuerſitates hominum in eccleſia. Primum eſt intrantium, vt baptiſmus. Secundum pugnantium, vt confirmatio. Tertium vires reſumentium, vt Euchariſtia. Quartum reſurgentium, vt pœnitentia. Quintū exeuntium, vt extrema vnctio. Sextum miniſtrantium, vt ordo. Septimum nouos milites introducentium, vt matrimonium. Sacramenta figurata ſunt in ſeptem ſignaculis, quibus fuit veteris teſtamenti pagina ſigillata, quæ agnus, qui habet clauem Dauid; qui claudit & nemo aperit, reſerauit. Item in ſeptem tubis, quibus Angeli cecinerunt. Item in ſeptem ſtellis: quas habebat ſimilis filio hominis in dextera ſua. Item in ſeptem panibus, quibus dominus turbam ſatiauit. Item in ſeptem oculis ſuper vnum lapidem. Item in ſeptem lucernis tabernaculi, ſuperpoſitis candelabro. Item in ſeptem lotionibus Naaman. Sacramenta ſunt ſeptem, quæ diſponunt ad ſeptem virtutes habendas. Nam baptiſmus eſt ſacramentū fidei. Confirmatio ſpei. Euchariſtia charitatis, Pœnitētia iuſtitiæ. Extrema vnctio perſeuerātiæ: quæ eſt fortitudinis complementū. Ordo prudētiæ. Matrimonium temperantiæ. Alia etiam

Habere, & propè, ſacramēta Conc. Trid. de ſacramētis ſeſſ. 7. can. 1.

Apoc. 5. 8. & 3.

Matt. 15.

Zach. 3.

Num. 8.

4. Reg. 5.

Virtutes omnes p ſacramēta.

ratio numeri ſacramentorum eſt, quæ ordinantur contra triplicem culpam, & contra quadruplicem pœnam. Vnde baptiſmus ordinatur contra peccatum originale. Pœnitentia contra mortale. Extrema vnctio contra veniale. Ordo contra ignorantiam. Euchariſtia contra malitiam. Confirmatio contra impotentiam. Matrimonium contra cōcupiſcentiam, quam temperat & excuſat. Alia adhuc ratio numeri, quia ſacramenta ſunt cauſa ſanatiua morbi ſpiritualis ad modum corporalium. Medicina verò corporalis quadruplex eſt, ſcilicet curatiua, conſeruatiua, præſeruatiua, & melioratiua. Similí modo & ſacramenta curant. Baptiſmus etenim curat ſimul & totaliter. Pœnitentia verò curat paulatim quantum ad pę- A nam, quouſque nullius pœnæ homo debitor ſit. Extrema vnctio curat a morbis leuioribus, ſ. a venialibus, ſicut baptiſmus, & pœnitentia curant à lætalibus. Si ergo prædicta tria ſacramenta ſunt quaſi medicinæ curatiuæ. Confirmatio autem eſt medicina conſeruatiua ſanitatis ſpiritualis, in qua datur ſpiritus ſanctus ad robur, & conſeruationem gratiæ datæ in baptiſmo. Matrimonium eſt medicina præſeruatiua. Ordo eſt medicina melioratiua, in quo augmentatur gratia, Euchariſtia hæc omnia ſimul facit. Curat enim venialia, quæ ſunt occaſio ruinæ maioris: conſeruat gratiam inuentam in homine, & augmentat, ſicque meliorat, & nihilominus a peccato præſeruat.

Quàm bonū eſt nobis Euchariſtia?

SCHOLIA.

A Paulatim, quantum ad pœnam.] Scilicet temporalem. Æternam enim mutat

Pœna.

ſem-

ſemper ſtatim tunc, quando diſſoluit culpam, non autem omnem temporalem ſemper. Nam oppoſitum eſt a Concilio Tridentino ſub Anathemate prohibitum. ſeſſ. 14. can. 12. 3. q. 86. art. 4.

De poteſtate diſpenſationis ſacramentorum. Cap. VI.

POTESTAS diſpenſationis ſacramentorum regulariter ſpectat ſolum ad genus humanum. In omnibus ſacramentis diſpenſandis neceſſaria eſt diſpenſantis intentio; qua quis intendit facere quod Chriſtus inſtituit ad humanam ſalutem, vel ſaltem facere, quod facit eccleſia, in quo clauditur in generali intentio prædicta: quia ipſa eccleſia, ſicut ſacramenta a Chriſto accepit, ſic ad fidelium ſalutem diſpenſat. Rurſum, quia ordo dignitatis exigit vt maiora maioribus, & minora minoribus committantur: quædam reſpiciunt excellentiam dignitatis, vt ſacramentum confirmationis, & ordinis, vnde confirmatio, & ordo conferuntur ab epiſcopis. Quædam reſpiciunt indigentiam neceſſitatis, vt matrimonium, & baptiſmus, quorum vnũ generat, alterum verò regenerat, & horum diſpenſatio etiam perſonis inferioribus conceditur, maximè in articulo neceſſitatis, quòd dico ratione baptiſmi. Quædam autem ſacramenta ſunt quaſi media, vt Euchariſtia, pœnitentia, & extrema vnctio. Et iſtorum diſpenſatio ad ſolos pertinet Sacerdotes, qui ſunt in medio inter epiſcopos, & minores perſonas conſtituti.

Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 11. de ſacr. in genere. Conciliũ Trid. ſeſſ. 7. de confirmatione can. 3. & ſeſſ. 23. can. 7.

Sacramenta diſpenſari poſſunt a bonis & malis, a fidelibus & infidelibus, intra eccleſiam & extra: quia ſi diſpenſari poſſent tantũ a bonis, nullus eſſet certus de ſuſceptione ſacramenti: cùm nullus ſit certus de bonitate miniſtri, ſicut nec de propria, & ſemper ita oporteret iterari, & malitia vnius præiudicaret alienę ſaluti. Idcircò ſacramentorum diſpenſatio committitur homini nõ ratione ſanctitatis, quæ variatur; ſed ratione authoritatis diuinæ, quæ ſemper manet quantum eſt de ſe. Sciendum autem, quòd in ſacramentis quædam ſunt ſubſtantialia, quædam verò ſacramentalia. Quantum ad ſubſtantialia non plus valet operatio boni miniſtri, quàm mali: quia Deus ibi operatur ut auctor, homo verò vt miniſter. Sed in ſacramentalibus, vt ſunt orationes, plus poteſt valere operatio boni miniſtri, quàm mali: hoc eſt autem per accidens, non per ſe, id eſt quantum ad alios effectus accidentales, non quantũ ad eſſentiales. Quamuis apud hæreticos ſint ſacramenta vera; non tamen recipientibus ſunt vtilia; niſi ad Eccleſiæ vnitatem redeant. Vnde Aug. Eccleſia comparata paradiſo iudicat; poſſe baptiſmum homines foris recipere, ſed ſalutem non tenere. Nam & flumina de paradiſi fonte largiter manauerunt; non tamen in Meſopotamia, nec in Ægypto, quò illa flumina peruenerunt, eſt fœlicitas vitæ: quæ de Paradiſo commemoratur.

Nõ rõne ſanctitatis prælatus eſt p̃latus contra Lutheranos.

Cornel. Papa uide huius ca. Scholion Concilio Trid. ſeſſ. 7. cano. 4. de baptiſmo.

Exemplũ pulchrũ.

SCHOLIA.

A A bonis, & malis, fidelibus, & infidelibus, intra eccleſiè & extra.] Accipiendo.ſ. diuerſimodè, & ſacramenta. Nã omnes tàm

boni

boni quàm mali poſſunt de facto diſpenſare omnia ſacramenta ſibiipſis competẽtia, pu̇ta epiſcopus ordinare, ſacerdos conficere. modo intendant ſaltem facere quòd facit eccleſia. [Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. canon. 11. & 12. de ſacramentis in genere. [Infideles nunquam baptizati cum intentione prædicta poſſunt baptizare tãtum ſeruata debita materia, & forma, & Hęretici. [Concilium Tridentinũ Seſſ. 7. can. 4. de baptiſmo: baptizati, & ordinati nõ amittunt per ſuam infidelitatem caracterẽ, & conſequenter nec poteſtatem diſpenſandi ſacramenta alijs ſupradictis concurrentibus, ſ. debitis materia, & forma & intentione. Ergo ly extra eccleſiam, nunquam ſumitur quantũ ad intentionẽ; ſed tantũ quãtum ad mores, vel etiã fidem. [3. q. 64. ar. 5. & 8. & 9. Concilium Florentinum: de ſacramentis. Cornelius Papa in ſacerdotali Concilio Romæ, & Stephanus Papa: quando reuocarunt ſententiã Concilij Carthaginenſis de baptiſmo hæreticorum. ſumma concil iorum de Papa Cornelio.

Infideles reſpectu ſacramẽtorum.

De triplici ſtatu fidelium. Cap. VII.

TRiplex eſt ſtatus fidelium in acie eccleſiaſticæ hierarchiæ, ſcilicet, fidei genitæ, fidei roboratæ, & fidei multiplicatæ. Per primum fit diſtinctio fideliũ ab incredulis in baptiſmo: per ſecũdum fit diſtinctio fortium ab infirmis, & hoc in confirmatione: per tertium fit diſtinctio clericorum à laicis, per ſacramentũ ordinis. Hinc eſt, ꝙ hæc tria ſacramenta characteres imprimũt, per

Cõc. Flo. de ſacramentis.

quos indelibiliter impreſſos ſemper diſtinguuntur: vnde nullatenus iterari poſſunt. Character ergo baptiſmalis incipientium eſt, confirmationis verò proficientium, ſed ordinis perfectorum. Prædicta triplex diſtinctio fit ad ſimilitudinem diſtinctionis alicuius exercitus. Prima eſt communis, ſcilicet totius exercitus ab alio exercitu, & hæc fit principaliter per baptiſmum. Secunda eſt ſpecialis, ſcilicet militum a popularibus, hæc autem fit per confirmationē. Tertia eſt ſpecialiſſima, ducum militum ab vtriſque, & hæc fit per ſacramentū ordinis. Prę-terea quia character eſt ſignum diſtinctiuū ſpirituale & indelebile; ideo non confertur in ſacramentis, quæ ſolent iterari, ſicut eſt pœnitentia, matrimonium, & huiuſmodi. Notandū ergo, ꝙ character baptiſmalis eſt omniū characterū aliorū fundamentum, & illo non habito nō poſſunt cæteri characteres imprimi, vnde ſi quis ordinatur non baptizatus, nihil prorſus agitur. Quãuis tria ſacramenta ſint, vt dictum eſt, quæ propter characteris impreſſionē non iterantur, tamen cōe eſt hoc omnibus ſacramentis non iterari circa eandē perſonam, & materiam, & ex eadē cauſa, (& hoc eſt ideò, ne fiat cōtumelia ſacramento. Ex hoc enim credi poſſet, ꝙ ſacramēta prius diſpenſata eſſent ineffica cia, & inepta:) licet quædam ex neceſſitate, & aliis cauſis iterari poſſint. Quædam ſunt de ſacramentorum ſubſtantia, quædā de congruentia. Si ea quæ ſunt de ſubſtantia omittãtur, euacuãtur ſacramēta, & ſunt iterāda. Omiſſione verò illorū, quæ ſunt de congruentia, non euacuantur ſacramenta.

Trid. ſeſſ. 7. cano. 9. de ſacramētis in genere.

A

SCHO-

SCHOLIA.

A Circa eandem materiam] Scilicet proximam. Nam poteſt laudabiliter quis ſępius de eiſdem ſolis peccatis abſolui, ſi ſępius de eiuſdem ſolis confiteatur: quia licet tūc ſit prorſus eadem materia remota, ſcilicet peccata, non tamen eſt eadem materia propinqua, ſcilicet actus pœnitentis. Nam confeſſio tunc reiteratur. D. Cardina. Caiet. in ſummula Ver. Abſolutio ex parte formę. De materia proxima pœnitentiæ, quòd ſint pœnitentis actus; Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. c. 3. can. 4. & 3. q. 84. ar. 1. 2. Confeſſio eiſdē.

De inſtitutione ſacramentorum.
Cap. VIII.

AB initio inſtituta ſunt ſacramenta ad curationem hominum, & ſemper cum morbo cucurrerunt. In legę. n. naturæ fuerunt oblationes, ſacrificia, & decimationes. In lege aūt ſcripta introducta eſt circūciſio, & adiuncta eſt expiatio, atque ſuperaddita oblationum, & ſacrificiorum multiformis diſtinctio. In lege autem noua ſtatuta ſunt ſacramenta numero pauciora, vtilitate potiora, virtute efficaciora, prę̨minentia digniora, atque ſignificatione euidentiora: in quibus eſt impletio ſimul, & euacuatio omnium prędictorum: ſicut ait Hugo de ſancto Victore. Primi temporis ſacramenta fuerunt: ſicut vmbra; medij temporis ſicut imago, ſiue figura; poſtremi verò temporis, ſcilicet gratiæ, ſicut corpus; quod intra ſe veritatem continet, & gratiam, quā Collatio ſacramētorum legis antiquæ, & euangelicæ.

ſignificatione repręſentant, & principaliter conferunt & promittunt. Prædicta patent, quia eiuſdem mundationis ſimilitudo eſt in oblatione legis naturæ, ſed occultè inuenitur. In circūciſione verò euidentius aliquantulum exprimitur; per baptiſmum autem manifeſtius declaratur. Item ſacramenta veteris legis nutriebant paruulos, exercebant perfectos, & duros onerādo domabant: Sed ſacramenta nouæ legis conferūt, quæ vetera de longinquo monſtrabāt. Vnde priora ſacramenta præparauerunt, & perduxerunt ad noua, ſicut via ad terminū; ſicut figura ad veritatem; & ſicut imperfectum ad perfectum. Eſt & alia differentia; quia commune eſt omnibus ſacramentis, quòd conſiſtant in rebus ſenſibilibus, inuiſibilem gratiam ſignificantibus: ſed ſpeciale eſt ſacramētis nouæ legis, quòd conſiſtāt ét in verbis. Itē ſacramenta nouę legis efficiunt quòd figurant, ſed hoc non faciunt ſacramenta veteris legis. Item ſacramenta nouę legis iuſtificant & quantum ad opus operatum, & quantum ad opus operans: ſed ſacramenta veteris legis iuſtificant ſolum quantum ad opus operans, quia nō valebant facientibus, niſi quantum illorum charitas & deuotio fidei extendebatur. Hoc intelligitur de circunciſione, quæ cum non fuerit in lege data, nequaquam inter legalia computatur: quia ipſa in paruulis tollebat originale peccatum, & gratiam conferebat; quod non faciebant legalia. Item legalia ſecundum Aug. fuerunt ante paſſionem dn̄i viua, & ſtatim poſt paſſionē mortua, & poſtquam claruit veritas Euāgelij, fuerunt

Concilio Tridē. de ſacramen tis. ſeſſ. 7. cano. 8.

A

Introſpice ſensū: non ſolā ſuperficiem.

omnino

omnino ſepulta. Noſtra verò ſacramēta vſque ad finem ſemp in ſuo vigore manebūt. Sup.lib. quarti. c. 12. A.

SCHOLIA.

A Hoc &c.de circunciſione.] Ly hoc.ſ. propter eādem rationem. Quaſi dicat, licet hoc, ideſt iuſtificare, ſolùm quantū ad opus operans conueniat circunciſioni; non tamē ideo conuenit ei, quia ſit legale ſacramentum. Vnde mox probat author (vt patet) ꝙ circunciſio non erat legalis per hoc, ꝙ non fuerit in lege data. Quòd autem dicit legalia non feciſſe, quod circunciſio, intelligitur quo ad paruulos, & quò ad originale; quoniam nullum aliud remedium pro pueris contra originale legitur antiquitus, niſi circunciſio. Differebat ergo circunciſio a legalibus in hoc, quòd paruulis originale tollebat, & tollendo illud gratiam conferebat: non autem differebat in conferendo gratiā, vt dictum eſt. Littera igitur coniūctim accipit, ly tollebat originale, & gratiam conferebat, tanquam pro vno ſolo; non autē diuiſim, tanquam pro duobus, (vt minus penetrantibus authoris ſenſum videtur.) [Vide ſup. libro quarto, c.12.B. & 3.q.70.ar. 4.

De ſacramento baptiſmi. *Cap. IX.*

Baptiſmus eſt Ianua omnium ſacramentorum, quia nulli confertur in eccleſia aliud ſacramentum ante ipſum. De ſubſtantia baptiſmi ſunt quinque. Primum eſt expreſſio formæ vocalis à Deo inſtitutæ, quæ eſt hæc. Ego te baptizo, In nomine patris, & filij, Concil. Trid.ſeſſ. 7. de baptiſmo. A

B filij, & ſpiritus ſancti, abſque omiſſione, vel additione dictionis, abſq; præpoſteratione ordinis, & abſque commutatione nominis: his enim quatuor modis forma verborum C violatur, ſcilicet omiſſione, additione, tranſpoſitione, & commutatione, id eſt, ſi ponitur loco patris, & filij, & ſpiritus ſancti, nomen potentis, ſapientis, & benigni: quia in quocunque idiomate baptizetur, non debent poni appropriata tribus perſonis, ſed expreſſa nomina perſonarum. Similiter loco verbi baptizo non debet dici, immergo, vel intingo. Secundum eſt ablutio per elementũ aquæ cuiuslibet, vel maris, vel fontis, vel fluminis, ſiue frigidę, vel calidæ in toto corpore facienda: vel ſaltem in digniori parte, ſcilicet in capite. Tertiũ eſt, ꝙ immerſio iſta fiat ab vno, & in eodem tempore qñ forma verborũ exprimitur, ita ꝙ non vnus puerum immergat, & alius verba proferat. Quartũ eſt intentio vel ſpecialis, vel gñalis. Specialis aũt intẽtio eſt, vt iſte baptizandus mundetur. Generalis autem eſt facere illud quod facit eccleſia. Intẽtio quoque illius requiritur qui eſt baptizandus, ſi eſt adultus, quia qui inuiti baptizantur, non recipiunt ſacramentum. Quintum eſt fides ipſius baptizandi: quia in adultis requiritur fides propria, ſed in paruulis aliena: quia paruuli in fide eccleſiæ baptizantur. Baptiſmus merito fit in aqua, & non in alio liquore: quia cum homo per peccatũ primi parentis incurrerit immunditiam, & ignorantiam, & concupiſcentiam, per baptiſmum ab his tribus liberatur. Et hoc notatur in proprietatibus aquæ, ſcilicet puritate,

Notẽt curati, plebani &c. ly in eodem tempore.

Concil. Trid. ſeſ. 7. can. 11. de ſacramẽtis in genere; & Florẽ. de ſacramentis.

tate, perſpicuitate, & frigiditate. Nam baptiſmalis aqua ſua puritate nos mundat, ſua perſpicuitate illuminat, atque ſua frigiditate ab æſtu concupiſcentiæ nos temperat. Item baptiſmus fit in aqua, ne quem inopia excuſaret, & ne propter defectum homines ſalutis periculum incurrerent, ſi in alio aliquo liquore fieret: & vt inueniatur apud omnes communes baptiſmi materia. Triplex autem eſt baptiſmus, ſcilicet fluminis, flaminis, & ſanguinis. Inter hos talis eſt differentia, quia baptiſmus fluminis a tota pœna liberat, & a culpa, & gratiam in habitu infundit, & characterem imprimit. Baptiſmus flaminis delet culpam non ſemel tantum, ſed pluries, & habet gratiam in vſu, in quo conſiſtit meritum. Baptiſmus ſanguinis liberat ab omni tentatione, & confert ſtatim præmium, quia proprium eſt martyrum ſtatim euolare. Ex his patet quis ſit melior inter hos baptiſmos, quia ſe habent vt excedentia, & exceſſa. In baptiſmo quoddam eſt ſacramentum tantum; vt ablutio exterior: quoddam eſt res tantum, vt gratia interior: quoddam res, & ſacr͞m, vt character. Octo ſunt de ſolennitate baptiſmi, q̄ non ſunt de ſubſtantia. Vnde verſus:

Sal, oleū, chriſma, cere⁹, chriſmale, ſaliua,
Flatus, virtutem baptiſmatis iſta figurant.
Hæc cū patrinis nō mutant eſſe, ſed ornāt.

In quatuor locis inungitur baptizandus, ſcilicet in fronte, vt fidem publicè proteſtetur. In vertice, vt agenda ab eo ſubtilius intelligantur. Inter ſcapulas, vt iugum Chriſti ſuauius portetur. In pectore, vt dulci corde Deus diligat. Baptiſm⁹ fuit materialiter

inſtitu-

Inſtitutio. inſtitutus, quãdo Chriſtus baptizatus fuit: formaliter, quando dixit, Ite, docete omnes gentes, &c. finaliter, quando dixit Nicodemo, Niſi quis renatus fuerit, &c. effectiuè, quãdo Chriſtus paſſus eſt. Effectus baptiſmi

Effectus. multiplex eſt. Ad alia ſacramenta præparat, quia baptiſmus eſt ſacramentum intrantiũ. A peccato mũdat, quod ſignificatum eſt in

Exo. 14. mari rubro, vbi ſubmerſi ſunt Ægyptij, ſed filij Iſrael exierunt ſecuri. Nota quòd in baptiſmo deletur originalis peccati macula: fomes verò non tollitur, ſed remittitur. Pœnam relaxat. Vnde pueri induuntur ueſte candida. Rationalem illuminat. Vnde ponitur ſal in ore. Concupiſcibilem ad bonũ inflammat, vnde datur candela puero. Iraſcibilem confortat: unde Iſrael vicit Amalech poſt tranſitum maris rubri. Gratiã tribuit: quod figuratum eſt per columbã, quæ ſedit ſuper Ieſum baptizatum. Characterẽ imprimit, hoc ſic figuratur per mare vitreũ

Apoc. 4. in Apocalypſi. Fomitẽ mitigat: quod ſignificat aquæ frigiditas. Communionem Eccle-

Hiere. 1. ſiæ præſtat, ſicut Ieremias circuncìſus fuit, quamuis ſanctificatus fuerit in vtero. A ſatisfactione exteriori liberat, quia non requirit gemitum neque planctum, intellige exteriorem: nã interior requiritur in adulto, ſcilicet contritio. Poteſtatem diaboli minuit: quod ſignificat exſufflatio. Ianuam cęli aperit, quod ſignificatum eſt, quando

Matth. 3. Chriſto baptizato aperti ſunt cœli. Et notãdum, quòd paſſio Chriſti aperuit ianuam cę-

Paſſio Chriſti ꝓ effica- li per cauſam meritoriam, & ſatisfactoriã generalem. Baptiſmus autẽ aperit per cauſam efficientem ſingularem. Facit. n. iſtum

hominem

hominem ſingularem euolare. Os ad laudandum, & aures ad audiendum aperit: unde ponitur ſaliua in ore, & in aure pueri. Templum Chriſti efficit: vnde dicitur baptizato, Exi immunde ſpiritus, & da locum ſpiritui ſancto. Laudabilem corā Deo reddit, vnde balſamum eſt in chriſmate. Solent pueri baptizandi vſque ad Paſcha & Pentecoſtem, niſi vrgeat neceſſitas, vel timeatur periculum reſeruari, ad ſignificādum quod in baptiſmo eſt reſurrectio ſpiritualis, & ꝙ gratia ſpiritus ſancti datur. Baptiſmus Chriſti, & Ioan. conueniunt in materia, & in modo mergendi: ſed differunt in forma, quia baptiſmus Ioannis tradebatur in nomine venturi, Differunt etiam in effectu, quia baptiſmus Chriſti viuificat, Ioannis autē nō. Item in fine, quia baptiſmus Ioan. ad baptiſmum Chriſti inuitabat.

citerhuic ſi applicetur huic dignè.

Differentia baptiſmatum Chriſti, & Ioan.

SCHOLIA.

A Formæ vocalis, &c.] Expreſſio, ſcilicet in quocunque idiomate idem ſenſus ſignificetur, puta in lingua latina, vel vulgari, vel græca &c. Verbum enim operatur in ſacramentis ſecundum Auguſtinum: nō qa dicitur, ſed quia creditur, ideſt non ſecundum exteriorem ſonum verborum; ſed ſecundum ſenſum verborum. [3.q.6.ar.7.

B Omiſſione.] Scilicet tali, quæ locutionis ſenſum omnino auferat. Verbi gratia; cum ex induſtria quis profert corruptè verba ſacramentalia, vel ex errore linguæ loco patris, diceret ly matris &c. [3.q.60.ar.7.

Nota per totum de formis.

Item abſque omiſſione; ideſt diminutione alicuius de ſubſtantia formæ exiſtentis. Vnde ꝑtermiſſo ly ego fit baptiſmus nō; aūt

præter-

pretermiſſo ly te, vel ly in, vel ly &, vel alio,[& 3.queſtio.60.ar.8.& q.66.ar.5.

C Additione, tranſpoſitione.] Scilicet tollentibus ſenſum locutionis. Hoc enim

Regula. pro regula ſemper tenẽdum eſt quòd quæcunque additio, tranſpoſitio, ſubtractio facta non tollit ſacramenti perfectionem, ſi non tollit ſenſum locutionis: quòd ſi hunc ſenſum tollit, & ſacramenti perfectionem tollit. Verbi gratia. in nomine patris maioris, & filij minoris &c. quia verum ſenſum tollit, non conficit ſacramentum. In nomine Dei patris omnipotentis, & filij eius vnigeniti &c. Sacramentum facit; quia non tollit ſenſum verum.[3.q.60.ar.8.

Fides. D Fides baptizati.] Scilicet ſi baptizandus eſt ad ſalutem. Alioquin non requiritur neceſſario recta fides eius; ſicut nec recta fides baptizantis, ad hoc vt ſuſcipiat characterem, & conſequenter baptiſmum, ſed ſola intẽtio ſaltẽ generalis prædicta ad hoc requirit̃ ſic, & ſufficit.[3.q.68.ar.7.& 8.

E Satisfactione exteriori.] Scilicet iniuncta pro peccatis præteritis; ſicut & a prauia confeſſione, quæ fit ſacerdoti. Iniungendum tamen baptizatis, quòd ſatisfaciãt

Satisfactio. proximis læſis; ſicut & quòd deſiſtant à peccato.[3.q.68.ar.5.& 6.

De cathechiſmo & exorciſmo. C. X.

A CAthechiſmus, & exorciſmus tamquam præparatorij præmittũtur in baptiſmo; vt in ipſo gratia efficacius operetur. Tribus de cauſis catechiſmus inſtitutus eſt, primò propter inſtructionem de articulis cõibus

ad fidei ſuſceptionem: ſecundò propter reſponſionem ad fidei profeſſionẽ: tertiò propter reſpõſionem ad fidei obſeruationẽ. Qui verò adultus peccatum proprium habet, & per ſe reſpondere poteſt, requirũtur hæc ab eo. Paruulus autem, quia non habet peccatum actuale, nec per ſe reſpõdere poteſt, requiruntur hæc ab eo per vicarium, qui pro ipſo reſpondet de fidei obſeruãtia. Exorciſmus ideo inſtitutus eſt, vt a baptizando diaboli poteſtas repellatur. Nam propter peccatum hominis diabolus in hominẽ poteſtatem accipit, & etiam in illa quæ veniunt in vſum hominis. Vnde tã adulti, quã paruuli exorcizari debent ad expulſionem diaboli eæ poteſtatis.

Peccatũ hominis reddit fortem Diabolũ contra ipſum peccantem, & quæ ipſius ſũt.

SCHOLIA.

A Præmittuntur baptiſmo.] Niſi. ſ. in neceſſitatis articulo. Ergo ſine his poteſt quis conſequi baptiſmum, ſed non debet niſi in neceſſitate; cuius periculo tranſacto, ſuppleantur iſta [3. quæſt. 71. art. 1. & 2. & 3.]

De confirmatione. Cap. XI.

Confirmatio ſacr̃m eſt pugnantiũ, de cuius ſubſtantia ſex ſunt. Duo ex parte ſacramenti in ſe, ſcilicet materia chariſmatis & forma verborum, quę talis eſt ſecundum morẽ magis cõmunem. Signo te ſigno crucis, confirmo te chriſmate ſalutis. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Duo ex patre miniſtri, ſcilicet dignitas pontificalis, & intentio debita. Duo ex parte ſuſcipientis, ſcilicet frons, in qua debet fieri chriſmatio, & ꝙ confirmandus ſit baptizatus.

Concil. Flor. de confirm. ſeſſ. 7. de confirm. can. 3.

A

tus. Vnctio chriſmatis triplex fit in tribus ſacramentis, quarum diuerſitas ex fine accipitur in baptiſmo. fit in vertice, ad ſignandum fidei ſuſceptionem, quia vertex eſt locus cellulæ rationalis. In confirmatione fit in fronte, ad ſignificandum audaciam confeſſionis; cuius impedimentum eſt timor, & verecundia, quę ſpecialiter manifeſtatur in pallore, vel rubore frontis ex propinquitate cellulæ imaginalis. In ordine fit in manibus ad ſignificandum poteſtatem conſecrandi Dominici corporis ſacramentum.

Vtilitas confirmationis.

Huius ſacramenti multiplex eſt vtilitas, quia gratiam in baptiſmo datam cōfirmat. Pſal. 67. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, ſcilicet in baptiſmo. Ad militiā ſpiritualem præparat. Vnde confirmandi tamquam pugiles pugnaturi inunguntur, ne ab inimicis de facili terreantur. Et quia omnes Chriſtiani debent eſſe in bello Chriſti, propter hoc omnes debent ſacramentū hoc accipere, vt facilius poſſint contra mundum, carnem, & Diabolum pugnare. Ad cōfeſſionem conſtantem nominis Chriſti animat, quoniam oportet verum Deum, & verum hominem confiteri.

Cōfeſſio de Chriſto neceſſaria.

Primò, vt confiteamur eum ſecundum diuinam naturam, patri, & ſpiritui ſancto æqualem. Secundò, vt confiteamur eum ſecundum humanam naturam crucis pertuliſſe ſupplicium. Primū apparet in forma verborum in Trinitatis expreſſione. Secundum claret in fronte crucis ſignatione. Intus & extra ſpirituali decore nos ornat. Intus quidem per conſcientiæ puritatem: ſed extra per odorem bonæ famæ. Et hæc duo ſignificantur in chriſmate,

quod

quod conficitur ex oleo propter primum, & ex balſamo propter ſecundum. In bonis agendis, & malis ſuſtinendis roborat. Datur enim ibi ſpiritus ſanctus ad robur. Animam & corpus armat. Animam quidem per impreſſionem Characteris, contra puſillanimitatis vitium: Corpus verò per clypeum crucis contra inſultus Dæmonum. Contra verecundiam, & timorem in confeſſioné nominis Chriſti audaciam præſtat. Primum notatur in chriſmatione frontis, qui eſt locus verecundiæ. Secundum in poteſtate miniſtri. Pugnantem coronat: qđ notatur in vitta, quæ circa caput confirmati ligatur. Quędā ſunt circa confirmationem, quæ non ſunt de eſſe ſacramenti, ſed de bene eſſe: q̄ ſunt hæc. Quòd ieiunis, & a ieiuno detur: quod per aliquem epiſcopo præſentetur, qui etiam patrinus efficitur; ꝙ vitta capiti circumligetur. Per iſtud ſacramentum fiunt fideles pleni Chriſtiani. Plenitudinem dico copiæ: qui tamen in baptiſmo pleni facti ſunt plenitudine ſufficientiæ. Sacramenta ſe habent in dignitate, vt excedentia, & exceſſa. Nam Euchariſtia pręeminet in eſſe, Baptiſmus in effectu. Matrimoniū in myſterio, quia ſignificat coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ. Confirmatio in dignitate miniſtri, quia non confertur niſi ab Epiſcopis. Pęnitentia in frequenti peccatorum remiſſione, & ſic de aliis ſacramentis.

Collatio dignitatis ſacramentorū ad inuicem.

De hoc miniſtro vide concilia citata vbi ſupra.

SCHOLIA.

A Duo ex parte ſuſcipientis.] De intentione non meminit, quā pręſupponit ex ſupra huius c. 9. Iccirco nota regulā pro ſemper in ſingulis ſacramentis, quòd ſcilicet in

ſingulis intentio ſaltem faciendi quod facit Eccleſia, & ſuſcipiendi quod dat eccleſia, requiritur neceſſario & in dante, & in ſuſcipiente, ſacramentum: alioquin nihil fit. [Concilium Florentinum. de ſacramentis. Tridentinum ſeſſ. 7. can. 11. de ſacramentis in genere. 3. q. 64. ar. 8. q. 68. art. 7.

De ſacramento Euchariſtiæ.
Cap. XII.

EVchariſtia eſt ſacramentum charitatis tam diuinæ, quàm noſtræ: quia Deus in hoc ſacramento magnæ dilectionis nobis ſignum oſtendit, & noſtræ dilectionis affectum per idem ſacramentum ſpecialiter erga ſe inflammauit. De ſubſtantia huius ſacramenti ſunt quatuor. Primum eſt, quòd conſecrans Euchariſtiam ſit ſacerdos. Secũdum, ſpecies panis & vini. Tertium intentio conſecrantis. Quartum eſt forma verborum, videlicet. Hoc eſt enim corpus meum. Et iſta etiam ſuper calicem. Hic eſt enim calix, &c. Ad plenius intelligendum iſta, nota circa intentionem, quod aliud eſt intentio, aliud attentio: quia intentio ſemper eſt neceſſaria, vel ſpecialis, vel generalis: ſicut dictum eſt de baptiſmo. Attentio autem non eſt de ſubſtantia, ſicut quãdo mens rapitur in prolatione verborum ad alia, quod quandoq; contingit ex infirmitate, quandoque ex negligentia, vel incuria, & tunc eſt peccatum. Sciendum præterea, quòd non ſolũ requiritur intentio conſecrantis, ſed etiam intentio illud ſacramẽtũ inſtituẽtis. Vnde ſi ali-

De his omnibus & alijs ad Euchariſtiam pertinentib: vide S. Doctorẽ in 3. q. 73. vſque ad q. 83.

ſi aliquis ſacerdos ſtaret in foro, & ſup omnes panes formam verborum proferret, etiã cum intentione conſecrandi, non fieret ibi A
tranſubſtantiatio: & hoc non eſſet propter defectum virtutis verborum, cum una vice ſacerdos poſſit conſecrare tot hoſtias, quo toti mundo ſufficerent, ſi eſſet neceſſarium eccleſiæ, ſed propter defectum intentionis illius, qui hoc ſacramentum inſtituit, qui non intendit, quòd cũ tali ludibrio, vel ſtultitia fieret conſecratio, ſed pro vtilitate, vel neceſſitate eccleſiæ generalis, uel particularis. Circa formam quoque verborum ſciendum, quòd cum dicitur. Hoc eſt enim corpus meum, iſta coniunctio enim, non eſt de ſubſtantia formæ, ſed de bene eſſe ipſius. Vnde omitti non debet. Aliud nãque eſt forma neceſſaria, ſine qua non poteſt tranſubſtantiatio fieri: aliud forma debita, ſine qua nõ debet fieri: Eodem modo dicendum eſt de forma vini, quæ eſt: (Hic eſt.n. calix ſanguinis mei; noui, & æterni teſtamenti; myſterium fidei; qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum;) q*d* coniunctio.n. non eſt de ſubſtantia. cętera ſunt. Similiter circa materiam ſciendum; quòd materia Euchariſtiæ alia eſt neceſſaria, alia eſt debita. Materia neceſſaria Euchariſtiæ eſt panis frumentinus, quia ſine illo non poteſt fieri confectio. Materia uero debita eſt, quod panis ille ſit azimus, q*a* licet in fermentato poſſit confici, tamẽ hoc non debet fieri, duplici de cauſa. Prima eſt, quia panis azymus conuenit inſtitutioni: Chriſtus.n dedit diſcipulis corpus ſuũ confectum in tali materia. Secunda eſt q*a* talis

Introſpice ſensũ.

Specialiter de forma vini, vide Cõcil. Florẽ. dę Euch.

panis conuenit ſignificato. Chriſtus enim ſine omni fermento peccati fuit. Similiter dicendum eſt de materia calicis: quia alia eſt materia neceſſaria, alia debita. Materia neceſſaria calicis eſt vinum, quia ſanguis Chriſti non poteſt in alia materia confici, quàm in vino. Materia verò debita eſt, quòd aqua vino miſceatur, & hoc duplici ratione. Prima, quia talis materia conuenit inſtitutioni. Chriſtus enim ſanguinem ſuum ſub tali ſpecie dedit. Secunda, quia talis materia cõuenit etiam ſignificato: quia eccleſia, quæ per aquã ſignificatur, Chriſto per fidem & charitatem iungitur. Sciendũ præterea, ꝙ in aceto & agreſta non conficitur, quia acetum non eſt vinum, ſed fuit, ſicut & agreſta non eſt vinum, ſed erit. In cõfeſſione autem ſanguinis tam modicum aquæ debet admiſceri vino, ꝙ abſorberi poſſit ab illo: alioquin impeditur conſecratio ſi vinum ab aqua vincitur. Iſtud deſignat, quia cum nos ad Chriſtum conuertimur, nõ ipſe in nos, ſed nos in ipſum mutamur: quia corpori eius myſtico incorporamur. Si vna gutta vini imponitur ex aliqua negligentia ſanguini, non propter hoc deſinit eſſe ſanguis, nec propter admixtionem vinum in ſanguinem mutatur, ſed vtraque ſpecies in ſua natura permanet. Sed ſi de multo vino ponitur ad vnam guttam ſanguinis, ſicut quandoque fit in ablutione, tunc ibi deſinit eſſe ſanguis: quia ſpecies illius guttæ ſub qua eſt ſanguis, abſorbetur a multo vino adiuncto. Circa Euchariſtiã eſt quoddam ſacramentum tantum, vt ſpecies panis & vini: quoddam eſt ibi res tantum,

Concil. Florẽ. de Euchar. Concil. Trid. ſeſſ. 13. per totum optimè tractat de Euch. tũ in c. tùm in canonibus. Ideo vide iſta cõcilia pro toto præſenti capitulo firmius intelligendo.

B

tum, vt corpus Chriſti myſticum: quoddam eſt ibi res & ſacramentum, vt corpus Chriſti verum, quod traxit de Virgine: iſtud.n. eſt res primi, & ſacramentum ſecundi. Sub vtraque ſpecie totus Chriſtus indiuiſus eſt, ſcilicet corpus & anima, & Deus: ac per hoc vtrobique eſt vnum ſimpliciſſimum ſacramentum. Sub ſpecie namque panis eſt corpus Chriſti per couerſionem, & ſanguis per connexionem, & anima per coniunctionem, & diuinitas per vnionem. Iſta enim non poſſunt diuidi, nec ad inuicem ſeparari. Eodem modo dicendum eſt de ſanguine. Præterea Chriſtus ſic totus eſt in tota ſpecie, quòd eſt in qualibet parte eius, ſiue ſit integra illa ſpecies, ſiue diuiſa: ac per hoc non eſt ibi vt circunſcriptus, vel occupans locum, vel habens ſitum, vel perceptibilis per aliquem ſenſum corporeum. Exemplũ huius habemus in ſpeculo: quod ſi diuidatur in multas partes, in qualibet apparet imago, quæ prius apparebat in integro. Itẽ exemplum eſt de ſermone, quem quis multis recitat, quia quilibet auditor recipit illum totum. Vnde quamuis ſermo ſit vnicus in proferente, totus tamen eſt in quolibet audiẽte. Hoſtia frangitur in tres partes propter multas rationes: Primò propter tres perſonas diuinas in vna eſſentia, ſic ſunt tres partes in diuiſione hoſtiæ, vnus tamen Chriſtus eſt. Secundò pp tres ſtatus Eccleſiæ, ſcilicet militantium, triumphantium, & in purgatorio ardentium. Tertiò propter tres ſtatus Chriſti in quib. fuit, ſ. mortalis, mortuus, & immortalis. Quartò propter tres apertiones in corpore Chriſti tpe paſ-

Exemplũ Speculi nõ tenet in omnibus. 3. q. 76. arti. 3.

Nota.

Fractio.

ſioni, ſ.manuum, pedum, & lateris. Quintò propter tres ſubſtantias in Chriſto, ſ. diuinitatis, animæ, & corporis. Sacramentum corporis Chriſti præfiguratum eſt multipliciter, ſ. in oblatione Melchiſedech, in qua figurate habemus formam exteriorem ſacramenti, & primum effectum, ſcilicet refectionem, ibi enim præceſſit figura ſpiritualis refectionis in pane & vino. In Euchariſtia eſt refectio ſpiritualis vitæ in re. Item in manna, vbi figuratur effectus gratię. Item in agno Paſchali, in quo figurabatur liberatio a ſeruitute Ægyptiaca. Ita noſter agnus eſt ſignum liberationis a Diabolo. Item in diuerſis ſacrificiis, de quibus habetur in Leuitico: quibus figurabatur oblatio paſſionis Chriſti, vt fuit hoſtia quo ad reconciliationem, & victima quo ad ſatisfactionem pro peccatis noſtris, & holocauſtum quo ad totius corporis ſui læſionem. Item in oblatione Manue, de quo legitur libr. Iudicũ cap. 13. per quam figurabatur in quo debet fieri oblatio, & ſuper quid: quia in fide Ieſu Chriſti, qui per petram deſignatur. Item in virga Ionathæ mellita, vbi figurabatur quis offerre debeat, quia Ionathas: per fauũ verò mellis deſignatur deuotio offerentis. Figura ſanguinis Chriſti fuit vinum ad deſignandum refectionem. Cant. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam. Item aqua ad deſignandum ablutionem. Vnde illud, Vidi aquam egredientem, &c. Item ſanguis ad deſignandum redemptionẽ. ad Hebræos 9. Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

Tunc ergo in cœpit miſſa: quia a ſacramẽto iſto maxime denominatur.

Gen. 14. Exo. 16. Exo. 12. Leui. 11. &c. 1. Reg. 14 Ezech. 47

SCHOLIA.

A Non fieret ibi tranſubſtantiatio.] Scilicet

licet ad vtilitatem conſecrantis. Huc tendit probatio, quam adducit author; quia, inquit, inſtituens intendit, ꝙ fiat conſecratio pro vtilitate eccleſiæ. ſi ergo ſacerdos non conſecrat pro vtilitate eccleſiæ, non ſeruat intentionem finalem inſtituentis. Et ideo in conſecrando peccat. Quia tamen iſte ſacerdos ſeruat Chriſti intentionem reſpectu ſacramentalis perfectionis, (Hæc eſt, vt debita materia, debita forma, perſona miniſtri intendentis facere quod facit eccleſia, ſeruetur:) ideo ſacramentum conficit. Alioquin intendens baptizare mulierem, vt illam cognoſceret, non baptizaret; & intendens conſecrare, vt Euchariſtia vteretur ad veneficia, non conſecraret, & ſimilia, quæ & author alibi, & Sancti Doctores improbant. Conſecrat ergo iſte, & non conſecrat; conſecrat quantum ad perfectionem ſacramenti, non conſecrat quantum ad vſum rectum ſacramenti. Verùm ſi iſte intenderet tunc deriſorie agere aliquid, & non conſecrare: nullo modo conſecraret. [Concilium Florentinum de ſacramentis. ly quot rebus perficiunt. 3. q. 64. art. 10. & q. 74. ar. 2. Caſus de conſecratione.

B Non propter hoc non deſinit eſſe.] Scilicet in alia parte, ad quam non peruenit liquor. Ac ſi clarius dixiſſet. Si fiat tàm parua vini, vel liquoris alterius admixtio; ꝙ non poſſit per totum diffundi, ſed vſque ad aliquam particulam ſpecierum tantum: licet ſanguis Chriſti deſinat eſſe ſub illa particula vini conſecrati, (cum propter extraneæ materiæ permixtionem non remaneat eadem numero;) tamen remanet ſanguis ſub aliã, ad quam non attigit permixtio. Mixtio.

Vnde ſi diffundatur ad totum,(vt ſequitur) nullus ibi remanet. [Auguſt. 3.q.77.ar.8.

De dignitate & excellentia ſacramenti Euchariſtiæ. Cap. XIII.

DIgnitas, & excellētia huius ſacramenti apparet in multis. Primò, quia ſicut iam dictum eſt, tam ante legem, quàm in lege fuit præfiguratum. Secundò, quia a prophetis prænunciatum. Pſal.77.Panem Angelorum manducauit homo: ponitur hic pręteritum pro futuro prophetiali certitudine.Tertiò,quia a Chriſto inſtitutum:& hoc dupliciter,ſcilicet verbo,& facto.Verbo, vt patet Io.6.Ego ſum,inquit,panis viuus,qui de cœlo,&c.Facto. Matthæ.26.Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. Quartò, quia ab Apoſtolis obſeruatum. 1.Cor. 11.
A Conuenientibus vobis in vnum, &c.Quintò, quia a ſummis Pontificibus ſolennizatum, qui ordinauerunt cantum & orationes,locum,& tempus,& veſtimenta,& vaſa diuerſa: quæ omnia ſunt ad decorem huius ſacramenti. Maxima dignitas apparet in hoc ſacramento: quia cum Chriſtus cōſtet ex tribus ſubſtantiis,ſ.deitate,anima,& corpore: Ipſa quidem deitas excellit om-
Supra 4. lib. c. 14. 15. nia.Pſal 47.Magnus dominus,& laudabilis nimis. Item anima eius pręcellit omnes animas, cùm ſit plena gratia, & veritate, id eſt perfectiſſima in effectiua, & cognitiua. Item corpus eius excellit omnia corpora, quod de ſanctificato corpore beatiſſimæ virginis fuit ſumptum,& diuinitati vnitū:

ergo

ergo in Chriſto nobiliſſimum quod eſt in cœlo, & nobiliſſimum in terra vnita ſunt.

SCHOLIA.

A A Summis Pontificibus &c]De miſſis, proceſſionibus, veſtibus, &c. in honorē tanti ſacramenti ordinatis pluſquam ſanctè, & piè, [vide Concilium Tridentin. ſeſſ. 13. c. 5. & ſeſſ. 22. c. 4. & 5. & 3. q. 83. ar. 1. 2. 3. 4. & vide in hac eadem ſeſſ. canones nouem iuſtiſſimè inflictos contra blaſphemos in oppoſitum, nè inſcius cadas. Quid? Vrbanus Quartus totum officium canonicum ordinauit ſpeciale fieri per S. Thomam de Aquino ordinis Prædicatorum, cum miſſa pro tanti reuerentia ſacramenti, propter quem laborem ſancti Doctoris Vrbanus Quintus reddidit corpus eiuſdem Ordinis Prædicatorum, poſt annos fere centum, qui & Pontifex hinc motus omnia etiam alia præmiſſi Doctoris graui eccleſiæ iudicio examinata confirmauit, tamquam ab eccleſię ipſius pectore profecta; & tantum a veritate diſtare aliquem, quantum a D. Thomæ recedit ſententia, aſſeruit. En tanti ſacramenti fructus, honor, & gloria. [Vide in vita S. Thomæ conſcripta a Clariſſimo Antonio Patritio Veneto ad Illuſtriſſimum, Sereniſſimumque Auguſtinum Barbaricum, Venetorum Principem, &c. Et huiuſmodi formalia verba de ſancto Doctore a Papa, ibi comperies.

Miſſa.

Officium de ſacramento.

In commendatione totius doctrinę D. Thomæ quid melius expectatur?

De mirabilibus quæ ſunt in Euchariſtia. Cap. XIIII.

De ſingulis his mirabilibus vide 3. q. 75. 76. 77.

MIRABILIA multa ſunt in hoc ſacramento: primum eſt, quod eſt ibi corpus Chriſti in tanta quãtitate ſicut fuit in cruce, & ſicut iam eſt in cœlo, nec tamen excedit terminos illius formæ. Secundum quod ibi ſunt accidentia ſine ſubiecto. Tertium, quia ibi panis ita conuertitur in corpus Chriſti, ꝙ nõ fit materia corporis Chriſti, nec etiam animæ. Quartum ꝙ corpus Chriſti non augetur ex multarum hoſtiarũ conſecratione, nec minuitur ex hoſtiarum ſumptione. Quintum, ꝙ idem corpus in pluribus locis eſt ſub omnibus hoſtiis conſecratis. Sextum, ꝙ quando diuiditur hoſtia, nõ diuiditur corpus, ſed in qualibet parte totus eſt Chriſtus. Septimum, ꝙ quando tenetur hoſtia in manibus, & videtur oculis, corpus Chriſti nec tangitur per ſe, nec videtur: ſed hæc tantummodo circa ſpecies ſunt. Octauum, quòd cum deſinunt iſtæ formæ, tunc etiã deſinit eſſe ibi corpus & ſanguis Chriſti. Nonum, ꝙ cùm nõ ſit ibi panis vel vinum, tamen accidentia eundem effectum habent vt prius, ſ. ſatiare, inebriare, & huiuſmodi. Nota ꝙ Deo conuenit eſſe vbique ſimpliciter & propriè, creaturæ conuenit eſſe in vno loco tantum. Corpus verò Chriſti medio modo ſe habet. Cum enim ſic quo ad humanitatem creatura non debet æquari creatori in hoc quòd ſit vbique. Cùm verò ſit vnitum deitati, debet in hoc excellere

alia

alia corpora, vt ſimul & ſemel poſſit eſſe in pluribus locis, ſub iſto videlicet ſacramento. In ſacramento Euchariſtiæ quoddam eſt ſecundum naturam, vt hoc, q̃ ibi accidẽtia ſunt in hoc terminato. Quoddam eſt ibi ſupra naturam, ſed non ſupra intellectum, vt q̃ ibi ſint accidentia ſine ſubiecto. Quoddam eſt ibi ſupra naturam & intellectum, vt q̃ ibi Chriſtus eſt totus, & tantus quantus fuit in cruce, nec tamen excedit terminos illius paruæ formæ. De mirabili tranſubſtantiatione, nota, quòd triplex eſt mutatio. Vna eſt artificialis, vt quando fit vitrum de cineribus. Alia naturalis, & hæc duplex eſt, ſ. accidentalis, & ſubſtantialis. Accidentalis eſt quando idem ſubiectum manet ſub diuerſis accidentibus ſibiinuicem ſuccedentibus. Subſtantialis eſt quando eadem materia manet ſub diuerſis formis ſubſtantialibus: ſicut patet in traſmutatione elementorum ad inuicem. Tertia eſt mutatio ſupernaturalis: vt quando nec materia, nec ſubiectum manet, ſed tantum accidentia ſine ſubiecto: & talis mutatio eſt in tranſubſtantiatione corporis Chriſti. In rerum mutatione poteſt notari triplex difficultas, vel ex parte termini a quo, vel ex parte termini ad quem, vel ex parte diſtantiæ terminorum ad inuicem. Primo modo creatio eſt mirabilior omnibus mutationibus, quia eſt de non ente ſimpliciter. Secundo modo conuerſio panis in corpus Chriſti eſt mirabilior omnibus, quia eſt ens in actu prius exiſtens. Tertio modo incarnatio Chriſti eſt mirabilior quacunque mutatione, quia eſt vnio infinitè diſtantiũ. Mundus diſtinguit A

qua-

quadruplicem mutationem ſubſtantialem. Prima eſt a non ente in ens, & hæc dicitur generatio. Secunda eſt ab ente in nō ens, vt corruptio. Tertia eſt ab ēte in ens, quod modo nō eſt, ſed iam erit, vt productio. Quarta eſt ab ente in ens iā exiſtens, & talis eſt cōuerſio panis in corpus Chriſti. Hęc mutatio non hēt ſimilitudinem in natura, ſed huic eſt alteratio quaſi contraria: quia hic mutatur vna ſubſtantia in aliam, & manent eadem accidentia, ſed in alteratione econuerſo eſt, quia ibi mutantur accidentia, & manet eadem ſubſtantia: ſicut patet in corporalibus, quādo de albo fit nigrum: & in ſpiritualibus, quando fit de iuſto impius, vel

De — de ignorante ſciens. Nota, ꝙ hæc præpoſitio de, multipliciter ſumitur. Quandoq; enim notat cām, vt cum Chriſtus dicitur cōceptus de ſpiritu ſanto. Quandoq; materiam, vt cum dr̄ Chriſtus natus de Virgine. Quandoque identitatem ſubſtantiæ, vt cum dicitur filius natus de patre, Quandoq; tranſubſtantiationem, vel conuerſionem, vt cum dicitur, corpus Chriſti fieri de pane. Qn̄q; ordinē, vt cum dicitur creatura eſſe de nihilo.

SCHOLIA.

A Non ſuper intellectum vt hoc, quod ibi ſunt accidētia, ſine ſubiecto.] Loquitur auctor comparatiue. Nam comparando hoc ſecundum ad tertium immediate ſequens, adeo eſt ſupra intellectum illud Tertium vt hoc ſecūdū, licet abſolute ſit ſupra intellectum, (cum philoſophus ſemper dicat accidentis eſſe eſt ineſſe) non videatur ſupra intellectum. De his mirabilibus vide [3. q. 75. & 77. per totum.

Mirabilia veriſſima.

De effe-

De effectu Euchariſtiæ.
Cap. XV.

DIGNE ſuſcipientes corpus Chriſti, bonum multiplex cõſequuntur. Primum eſt Chriſti commemoratio. Matt. 26. Hoc facite in meam commemorationem, ſcilicet dilectionis, liberationis, imitationis. Item viuificatio interior, quia nonnunquam per virtutem huius ſacramenti fit de attrito cõtritus. Vnde ſicut (Gene. 5.) lignum vitæ comeſtum vitam præſtabat, ſic per hanc gratiam purgamur, illuminamur, perficimur, reficimur, & viuificamur. Et bene redditur vita per cibum, per quem & mors intrauit. Item corporis Chriſti myſtici incorporatio. Vnde dictum Auguſt. Nõ tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me: non intelligitur de vnione corporis myſtici de nouo facienda, ſed de augenda: non. n. vnit diſſimilia. Item ſpiritualis refectio. Pſal. 22. In loco paſcuæ, &c. Deus. n. non tantum inſtituit ſacramentum quod nos in eſſe gratiæ generaret, vt baptiſmum, vel quod genitos roboraret, vt confirmationem: verùm etiam quod roboratos nutriret, vt Euchariſtiam, propter quod hæc tria ſacramenta dantur omnibus, qui ad fidem accedunt. Item deuotionis augmentatio. Pſal. 22. Impinguaſti in oleo caput meũ. Nutrimentum n. quod hic datur nobis quantum ad eſſe gratuitũ in tribus attenditur, ſ. in conſeruatione deuotionis ad Deũ, & dilectionis ad proximum, & delectationis intra nosmetipſos. Item fomitis mitigatio. Pſalm. ibi.

Beatus iſte vir.

De effectu multiplici. 3. q. 79. per totum.

Sic, ars deludit arte, per cibum.

Super aquam refectionis &c. quia ſicut aqua refrigerat, & iſtud ſacramentum feruorem concupiſcentiæ mitigat. Item collatio gratię. Exo. 16. Deſcendente manna, deſcendebat pariter & ros. Nume. 11. Item virtutũ roboratio. Pſal. 103: Panis cor hominis confirmet. Item peccatorum remiſſio, quia per iſtum cibum fit reparatio deperditi. Vnde quando dicitur in oratione dominica, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, ſtatim ſequitur, Et dimitte nobis debita noſtra. Iſtud intelligitur de venialibus tantum: quia ſicut alimentum naturale prodeſt viuenti, & non mortuo; ſic alimentum ſpirituale. Item contra diabolum armatio. Pſalm 22. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes &c. Item ſpei eleuatio. Vnde Apoſt. Rom. 8. Quomodo non etiam cum illo, &c. Item amoris excitatio. Bernard. Diſce Chriſtiane quantum debeas diligere Chriſtum, qui dat nobis carnem ſuam in cibum, ſanguinem in potum, animam in precium, aquam lateris in lauacrum. Item fidei commendatio, quia in hoc ſacramento fides eleuatur ſupra naturã, ſupra ſenſum, & ſupra intellectum. Apoſt. 2. Corin. 10. Captiuantes omnem intellectum in obſequiũ Chriſti. Item Angelica conuiuatio. Pſal. 77. Panem Angelorum manducauit homo. Itẽ regni cęleſtis collatio. Ioann. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meam ſan. &c. Item ſpiritualis delectatio, Sapien. 16. Panem de cœlo præſtitiſti eis omne delectamentum hab. &c. Item intellectus illuminatio. 1. Reg. 14. Guſtauit Ionathas de melle, & illuminati sũt oculi eius. De effectu Eucha-

Nota reparationem deperditi.

charistiæ dicit Ber. Corpus Christi est ægris medicina, peregrinantib. diæta, debiles cōfortat, valentes delectat, languorem sanat, sanitatem conseruat. Per hoc fit homo manſuetior ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actiones deuotior. Sicut rectè communicantibus multa bona proueniunt, vt dictum est: sic indignè sumentibus corpus Christi multa mala occurrūt. Nullius enim opus placet Deo, nisi placeat ipse prius. Indigna enim communio peccatis hominem illaqueat, damnationem preparat, proximū scandalizat, mentem excæcat, tentationi subiugat, Deum irritat, vitam temporalem breuiat, gratuitos spoliat. De his per ordinem dicitur Psal.68. Fiat, inquit, mensa eorum coram ipsis in laqueum: ecce primum, & in retributionem: ecce secundum: & in scandalum: ecce tertium: obscurētur oculi eorum ne videant: ecce quartum: & dorsum eorum semper incurua: ecca quintū: effunde super eos iram tuam: ecce sextum: fiat habitatio eorum deserta: ecce septimum: in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet: ecce octauum.

Ex his & præmissis effectib. cōiice: an digne cōmunices.

Vis tua opera placere Deo?

Ruina īdigne cōmunicantium.

S C H O L I A.

A Digne &c. bonum multipliciter.] Ergo iure percelluntur anathemate dicentes, vel præcipuum effectum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire. [Concilium Tridentinum sess.13.can.5. De effectibus sacramenti huius vide.3.q.79.per totū.

Effectus.

De

De modis ſumendi Euchariſtiam.
Cap. XVI.

Nota. CORPVS Chriſti quatuor modis ſumitur. Quidam accipiunt illud ſpiritualiter tantum, vt qui accipiunt rem ſacramenti, id eſt gratiam, & non ipſum ſacramentum corporis Chriſti. De hoc modo ſumendi dicit Aug. Crede, & manducaſti, id eſt, corpori Chriſti myſtico incorporatus es. Quidam ſacramentaliter tantum, vt communicantes in mortali peccato: quia licet Deus ſit vbique per eſſentiam, non tamen per gratiam. Quidam ſpiritualiter & ſacramentaliter, vt qui accipiunt rem, & ſacramentum, vt communicantes in gratia. Quidã neutro modo, vt qui nec rem nec ſcrm accipiunt, vt hæretici, qui nihil conficiunt. Primi non manducantes manducant. ſecundi manducantes non mãducant, tertij mãducantes manducant, quarti non manducantes non manducant. Circa communionem committitur peccatum tribus modis. Primo cum quis ſtatuto tempore communionem dimittit. Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. Secundo, cum quis ſuo tempore communicans male accedit. Apoſtol. 1. Corinthio. 11. Qui ſumit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit. Tertio, cum quis poſt communionem à peccatis ſe non cuſtodit: & iſte triplex malum incurrit. Primò, quia Chriſtum quem ſuſcepit ignominioſe a ſe expellit, nam turpius eiicitur; quàm non admittitur hoſpes. Secundo, quia talis quodãmodo ſimi-

Concil. Trid. ſeſſ. 12. c. 8.

3. q. 18.

A

ſimilitudinem Iudę gerit, qui poſtquã cum Chriſto cęnauit, ipſum tradidit. Sic & Abſalon fratrem ſuum ad conuiuium vocauit, & poſtea occidit. Tertiò quia ordinem honeſtatis peruertit. Venturo enim reuerentiam exhibet, & præſenti nullam. Vnde ſimilis eſt illis, qui cum ramis oliuarum, & clamore feſtiuo obuiauerunt Chriſto, & ipſum poſtmodum crucifixerunt. Qualiter autem ad communionem accedendum ſit, diſcere poſſumus in eſu agni paſchalis. Comedebãt enim Iudæi accinctis renibus, calceatis pedibus, baculos habentes in manib. cum lactucis agreſtibus & panibus azymis, & feſtinanter. Per primum ſignificatur puritas caſtitatis: Lucæ duodecimo. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucer. Per ſecundũ affectus deuotionis. Cantico. ſeptimo. Quàm pulchra es in calceamentis filia prin. Per tertiũ memoria Dominicæ paſſionis. Gene. 32. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtũ. Per quartum amaritudo contritionis. Pſalm. 79. Cibabis nos pane lacrymarum. Per quintũ promptitudo bonæ voluntatis & operationis. Prouerb. 22. Vidiſti hominem velocem in operibus ſuis? coram regibus ſtabit. Item quales debeant eſſe communicantes, oſtenditur in veſtibus ſacerdotalibus. Requiruntur enim iſta, iudiciũ diſcretionis, munditia caſtitatis, mortificatio carnis, conſtantia fortitudinis, perſeuerantia longanimitatis, perfectio charitatis. Primum notatur in ſuperhumerali, ſecundum in alba, tertiũ in cinctura, quartum in fanone, ſiue manipulo, qui portatur in brachio ſicut clypeus, quintum in ſtola, ſextum in caſula. Corpus

B

Præparatio. De iſta vide 3. q. 80. ar. 3. & ſequentib.

Veſtes ſacerdotales quàm reuerendæ.

pus Chriſti ſumitur uelatum accidentibus multiplici ratione. Primo propter meritum quantum ad bonos, quia ſecundum Gregorium, fides nõ habet meritum cui humana ratio prꝑſtat experimentum. Secundo propter indignitatem, quo ad malos. Exemplũ de Bethſamitibus. 1. Reg. 6. qui percuſſi sũt, quia arcã Domini viderunt. Tertium propter imbecillitatem quantum ad omnes. Non enim poſſemus videre claritatem corporis Chriſti glorificati. Exemplum de Moyſe, in cuius faciem non poterant intendere filij Iſrael quando reſplenduit. Quartò ꝑpter vitandum horrorem, qui fieret, ſi Chriſti carnem dentibus attrectaremus. Tres ſunt cauſæ quare laicis non datur iſtud ſacramentum ſub duplici ſpecie. Prima eſt, quia poſſent credere, quòd totus Chriſtus non eſſet ſub vtraque ſpecie. Secunda, propter periculum, quia de facili poſſet effundi ſanguis. Tertia, vt veritas reſpondeat vmbræ, quia in lege non bibebant etiam offerentes de libamine.

Exod. 34.

De communione ſub vtraque ſpecie, uide Conciliũ Trid. ſeſſ. 13. cap. 3. can. 3. & ſeſſ. 22. Decreto vltimo. Roffenſis cõtra Luthe. ar. 16.

SCHOLIA.

A Hæretici.] Scilicet non ritè ordinati, vel non ſeruantes debitam aut materiã, aut formam, aut intentionẽ. Alias Hæretici iſta omnia habentes vere conficiunt, licet peccent conficiendo. [3. quæſtio. 82. artic. 7. ſupra huius cap. 6.

Præparatio.

B Qualiter autem ad cõmunionem accedendum ſit.] De iſta præparatione [uide Concilium Tridẽtinũ ſeſſ. 13. cap. 7. can. 11. & 3. quæſt. 80. ar. 3. cum ſequẽtibus: & Roffenſem contra Lutherum art. 15.

De

De abſtinentia à communione. Cap. XVII.

ABſtinent quidam à communione propter culpam propriam, & aliqui ſine culpa mortali, ſed propter ſacramenti reuerentiam, ſicut qui ſentiunt ſe minus mundos carne vel mente, vel etiam indeuotos: & iſti bene faciunt, dummodo poſſint iuſte, & ſine aliorũ ſcandalo ſuperſedere. Vbi enim non ſtat neceſſitas, conſulendum eſt talibus, vt de communione expectent quouſque parati, & deuoti ac circũſpecti poſſint accedere. Nulla tamen neceſſitas debet cõpellere, vt aliquis in peccato mortali exiſtens ſcienter communicet. Peccatum facit indignum communione tribus modis: aut in habitu, vt quando quis accedit non contritus de peccato præterito, & inconfeſſus. Aut in actu, vt qñ quis immutat formam ſacramenti, & irreuerẽter ipſum tractat. Aut in propoſito, vt qñ habet voluntatem peccãdi in futuro. Poteſt ẽt propter reuerentiã ſacramenti excluſio fieri à communione, tripliciter. Primò propter reuerentiam ſacramenti exterioris, ſic excludit pollutio, & immunditia corporalis. Secundo propter reuerentiam rei contentæ ſub formis, ſic excludit defectus iudicij & rationis, vt in pueris & amentibus. Tertiò propter reuerentiam rei ſignificatæ, i. vnitatis corporis myſtici: ſic excludit vinculũ interdicti, vel ſuſpenſionis, vel excõicationis etiam iniuſtæ. Sic igitur propter ſolã reuerentiam ſine omni culpa excluduntur multi à communione. A

munione. Hoc primò patet in pueris, qui tamen ſi ſunt prope ætatem adultam, ſ. 10. vel 12. annorum, & apparent in eis ſigna reuerentiæ & diſcretionis, poſſunt ſumere, aliàs nõ. Idem patet in furioſis, qui excluduntur ſine culpa, qui tamen cõicare poſſunt quando habent lucida interualla. Itẽ cum quis habet lutoſas manus, licet hoc ſit ſine culpa, tamẽ pro ſola reuerentia non debet tangere corpus Chriſti. Tria genera hominum in lege excludebantur ab eſu agni. ſ. incircunciſi, qui ſignificant accedentes irreuerenter ad cõmunionẽ. Legitur lib. Reg. 19. ꝙ percuſſus eſt Oza, qui tetigit arcã domini. Item alienigenæ, hi ſignificãt infideles, de quibus Gene. 37. Fera peſſima deuorauit filiũ meum. Item immundi, qui ſignificant habentes peccatũ mortale. De his Propheta Iſa. 52. Mundamini qui fertis vaſa domini. De his tribus nota, ꝙ Indignè ſumit qui nõ ſumit reuerenter, vel non catholice, vel habens mortale ſcienter. Qui non communicat ſuo tempore, multa mala incurrit. Primò, qa talis multiplici vtilitate priuatur, de qua ſupra dicitur in c. de effectu Euchariſtiæ. Si. n. Raab ſaluata eſt, quia ſuſcepit nuncios dñi, multo magis qui ipſum ſuſcipit. Secundo, quia conſtitutionem Eccleſiæ tranſgreditur. ſtatuit eccleſia, ꝙ qui nõ cõmunicat in Paſcha, viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens careat eccleſiaſtica ſepultura. Tertiò, quia maledictionẽ incurrit. Eccl. 4. Vę ſoli &c. Bene ſolus eſt, qui Chriſtũ non habet. Quartò, quia vices Deo non rependit. Aug. Verecundũ eſt illi hoſpitiũ denegare, qui ſolet omnem pulſantem admittere.

Argumẽtum notabile.

Canõ cõtra nõ cõmunicantes.

Qui ſit veraciter ſolus.

admittere. Quintò, quia vires ſpirituales perdit. Quilibet n. qui eſt ſine mortali, eſt membrum corporis miſtici. Membrum autē debet ſubſtentari alimento corporis Chriſti veri. Alioquin efficitur aridum, ſicut corporeum membrum ad quod non tranſmittitur corporalis cibi nutrimentum. Ergo bene aſſociatus eſt qui cū ſolo Chriſto eſt.

SCHOLIA.

A Pueris.] Ita quòd dicere, eſſe neceſſarium dare eis Euchariſtiam, antequam ad annos diſcretionis peruenerint, ſit ſub anathemate prohibitum. [Conc. Trid. ſeſſ. 21. can. 4. Neq; tamen damnāda antiquitas eſt; Si morem dandi Euchariſtiam paruulis vſu rationis carentibus, pro illius temporis ratione, alicubi nonnumquam ſeruauit. [Idē ibi. 3. q. 80. ar. 9. Pueri.

De excellentia Miſſæ.

Cap. XVIII.

PRærogatiuas plurimas habet Miſſa. Primò quia celebratur a ieiunis. Secundò, quia tantum in Eccleſia, & ſuper altare, niſi quandoque propter neceſſitatem fiat ſub tentorio, vel in alio loco honeſto. Tertiò, quia oportet celebrantem eſſe ſacerdotem. Quartò quia oportet eum indutū eſſe ſacris veſtibus. Quintò, quia tantummodo fit in die, & nō in nocte, niſi in natiuitate domini. Sextò, quia celebratur accenſo lumine, ēt ſi mille Soles lucerent ſuper terrā. Septimum, quia ibi ſonant verba diuina, Angelica, & humana. Diuina quidem, cū dicitur, vel cantatur Pater noſter, & leguntur verba domini in Euangelio. Angelica verò, quando dicitur, Gloria in excelſis Deo, &c.

A Quantū bonū ſit miſſa; notā per totum.

Humana autem, vt in collectis, & huiuſmodi. Octauò, quia ibi audiuntur tria idiomata nobiliſſima. ſ. Hebraicum, ut ſabaoth, & oſana: Græcum, vt Kyrie eleiſon: Latinum, vt in alijs quæ ſunt ibi. Nonò, quia miſſa tā plena eſt myſterijs, ſicut mare guttis, ſicut ſol atomis, ſicut firmamentum ſtellis, ſicut cœlum Empyreum Angelis. Decimò, quia Sacerdotes in ſolennibus eccleſijs habēt in miſſa ſua plures miniſtros, Diaconum, Subdiaconū, & Acolytos. Vndecimò, quia Angelis ibi exiſtētibus ſufficit in præſentia tātæ maieſtatis eſſe ſcholares. Duodecimò, quia ibi eſt dominus cœli & terrę. Officiū miſſę moraliter exponitur ita. Introitus ſignificat inchoationem boni operis: & duplicatur, qa in noſtra inceptione debemus declinare à malo, & facere bonum: Kyrie eleiſon, quod nouē vicibus variatur, ſignificat inuocationem miſericordiæ Dei, quo nouem modis indigemus: primis tribus modis ad peccatorum remiſſionem, quæ committimus corde, ore, & opere quantum ad contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Secundis tribus modis quantum ad gratiæ collationem. ſ. fidei, ſpei, & charitatis. Tertijs tribus modis quantum ad glorificationem, qua gaudebimus in Deo ſupra nos, intra nos, de nobiſipſis, & iuxta nos de proximo. Gloria in excelſis Deo, ſignificat gratiarum actionem. Collectæ deuotā orationem. Epiſtola, & Euangelium, nouę, & veteris legis obſeruationē. Graduale, & Alleluia, vitę actiuę & cōtemplatiuę perfectionē. Offertorium contribulati ſpiritus ſacrificium. Secreta ſignificant ſtatum uię.

Nota bene hoc nonū cōtra hæreticos, cōtra malos Chriſtianos: & pro bonis, vt reuerentiam maiorem habeant ad miſſam.

De his myſterijs miſſæ; vide ad longum in libro: qui dr; Sacerdos in æternū nel le cerimonie della meſſa ſtāpato.

O quàm bene ſatiſfactus ex hoc eris: ideo ſtudeas libro prędicto.

Præfatio ſtatum patriæ. Sanctus San. San. exultationem Angelorum præſentium. Canon, tranſitum membrorũ in corpus Chriſti myſticum. Pater noſter, filiationem ſignificat per gratiã. Agnus Dei liberationẽ per miſericordiã, & triplicatur, vt liberemur à malis præteritis, pſentibus, & futuris. Communio, ſeu cõplenda ſignificat boni operis cõſummationem. Circa quædam alia quæ ſunt in miſſa, nota ſignificationem allegoricam. Intelligimus.n. p altare crucẽ: per calicẽ, ſepulchrum: per patenam, lapidem ſuperpoſitũ, per corporale, ſyndonẽ in qua corpus dñi fuit inuolutum. Nota ẽt, qđ omnes miſſę ſunt ęquè bonæ quantũ ad opus operatum, vna tñ eſt melior altera, quantũ ad opus operans. Vnde melius eſt audire miſſam boni ſacerdotis, quã mali, ſicut in menſa corporali eundẽ cibum iucundius accipimus a mundo miniſtro, quã ab immũdo. Nota, quod periculoſum eſt ſi celebrat miſſam cęcutiẽs, vel manus tremulas habens, vel caducũ morbum, aut delirus, aut idiota. Vnde talibus eſt iniungendũ, ꝙ abſtineant a miſſa. Præterea qñ aliquis bis eſt celebraturus miſſam, nõ debet ſumere oblationem in miſſa priori, quia ad miſſam ſecundam accederet non ieiunus.

SCHOLIA.

A Prerogatiuas hẽt miſſa.] Mirabilia, & ſcitu neceſſaria, ita vt cõtrarij anathemate arceanť, multa de miſſa in Conc. Trid. ideo vide ſeſſ. 22. cap. & canonib. oĩbus, Myſteria multa in miſſa repſentata, imò totã Chriſti vitã ibi depictã, vide ĩ nřo libro; q dĩ, ſacerdos ĩ ęternũ nelle cerimonie đlla meſſa &c. Nota bene.

De negligentijs, quæ fiunt in miſſa. Cap. XIX.

SI per negligentiam euenerit, ꝙ perlecto canone, nec vinum, nec aqua reperiatur in calice, ſtatim infundi debet vtrunque: & ſacerdos iterabit canonem, ſiue conſecrationem ab illo loco. Simili modo, & perficiet vſque ad finem, ita tamē, vt nec dimittat duas cruces, quæ fieri ſingulariter ſup hoſtiam cōſueuerunt. Vel melius poteſt dici, quòd aliam hoſtiam ſumat, & canonem in principio incipiat. Quòd de ſimplici uino, vel aqua fiat conſecratio vinum reputabitur pro conſecrato, ſed aqua non. Si quid de ſanguine ceciderit ſuper corporale, vel pallā altaris, vel ſuper albam, vel caſulam, pars illa reſcindatur, & in loco reliquiarū reſeruetur, prius tñ extrahatur ſacramētū, & ſumatur. Si verò ſuper terrā, lapidem, vel lignum ceciderit, lingendus, radendus, & extergēdus eſt locus ille, & puluis in ſacro loco reponendus. Porrò ſi in ipſum ſanguinē muſca, vel aranea ceciderit, vel aliquid aliud tale, quod vix ſine vomitu, aut mortis periculo ſumi poteſt, perfundatur, & lauetur quā cautius pōt in calice, & ablutionē ſumat ſacerdos: ſed muſca, ſiue aranea ſuper piſcinam crémetur. Quod ſi corpus, ſiue de corpore Chriſti ſuper palam altaris ceciderit, vel ſuper aliud veſtimentum, nō incidatur, ſed vino abluatur, & a miniſtro ſumatur. Si infirmus corpus dñi reijciat, ſuſcipiatur prout diligentius poteſt, & ſumatur a ſacerdote, vel ab aliquo puero diſcreto & mūdo, ſi æger non pōt illud reſumere.

De his vide ſanctū Doctorē, 3.q.83.articu. 6. in qua quæſtione reperies ēt nonnulla faciētia, ad præcedens capitulum.

SCHOLIA.

A Quàm cautius poteſt in calice, & ablutionem ſumat ſacerdos.] Scilicet ſi abſque periculo vomitus, vel mortis, vel abhominationis, poteſt bene fieri. Alioquin ablutio cum cineribus combuſti animalis in ſacrarium mittatur. Quod de huiuſmodi negligentijs ſtatuant Concilia Tolletanũ, Aurelianenſe, decernat; Pius Papa de Cõſ. diſt. 2. dicat, Beda in ſuo pœnitentiali: quas ſcilicet pro huiuſmodi debeat facere pęnitentias negligens, multaq; alia huc ſpectantia [vide 3. q. 83. ar. 6.

Punitio negligentiarum.

De ſacramento pœnitentiæ.

Cap. X X.

POenitentia eſt, aut ait Ambroſius, præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Item Gre. Pœnitentia eſt ante acta mala, & peccata flere, & iterum flenda non committere. Circa prædictas diffinitiones nota, ꝙ quædam diffinitiones dantur per eſſentiã, ut homo eſt animal rationale, mortale. Quædã per cauſam, vt dies eſt ſol lucens. Diffinitio aũt pęnitentiæ data, per cãm eſt, & non per eſſentiã. Verumtamen pęnitentia diffinitur ꝑ duplicẽ actum, vnũ qui eſt reſpectu præteriti, ſ. mala ꝑterita plangere: alterum reſpectu futuri. ſ. plangenda iterum non cõmittere. Primus actus eſt in re: ſecundus in ꝓpoſito. Pęnitentia duplex eſt, q̃dam interior tantũ, & hæc eſt de iure naturali: quædã exterior, quæ fit ad aures Sacerdotis confeſſoris, & eſt de iure diuino. Prima non eſt ſacramentũ propriè: ſecũda verò eſt ſacramentũ. Nõ

De pœniten. 3. q. 14. & 85. per totũ.

enim

enim pœnitentia per ſe ſuſcepta dicitur ꝓpriè ſacramentum eccleſiæ, cũ talis ẽt ante baptiſmum poſſit fieri: ſed pœnitẽtia iniũcta per miniſtros eccleſiæ, ſacramentũ eſt. Notandũ quoq; eſt, ꝙ lugere ꝓ proprijs peccatis eſt actus pœnitentiæ, quæ eſt virtus iuſtitiæ: ſed lugere pro malis alienis, eſt alterius virtutis, ſ. miſericordiæ: lugere verò ꝓ bonis æternis, eſt actus tertiæ beatitudinis, de qua dr̃, Beati qui lugent &c. De duratione pœnitentiæ ſciendum eſt, ꝙ exteriorẽ nõ oportet eſſe perpetuam, ſed de interiori diſtinguitur. Eſt.n. pœnitentia interior ſecundum habitũ: & hæc dẽt eſſe perpetua. Alia eſt ſecundum actũ, & hanc non oportet eſſe perpetuã. Semper.n. tenetur quis ad interiorẽ pœnitentiam habitualem, quia vellet non peccaſſe, & vult de cętero non peccare. Sed ad exteriorẽ pœnitentiã nõ ſemper tenetur.

A Præterea alius eſt dolor rationalis, qui eſt peccati deteſtatio: alius ſenſualis, qui eſt paſſio, & primus dolor ſemꝑ dẽt eſſe in pœnitentia: ſecundus non eſt de neceſſitate.

B Item quamuis homo non ſit certus de peccati remiſſione, tñ non oportet ꝑꝑ hoc pœnitentiam exteriorẽ eſſe perpetuã, quia nõ exigitur in talibus certitudo ſcientię, ſed ſufficit certitudo coniecturę probabilis, ut eſt qñ homo fecit ꝓbabiliter, quòd erat ex parte ſui dolendo, confitendo, ſatisfaciendo, emendando. Cum in omni ſacramento nouæ legis ſit aliqua materia viſibilis elementi, quæ eſt ſignum, & cauſa gratiæ. oportet etiam in ſacramento pœnitentiæ ita eſſe, ſed tũc materia ſenſibilis largè ſumitur ꝓ omni re, ſiue res illa ſit exterior ſubſtantia,

tia,ſiue actio humana. Vnde ſecundum hoc in pœnitentia,prout eſt ſacramentum, sũt res,& verba, verba quippe in cõfeſſione, & abſolutione ſunt, res autem eſt ipſa actio humana. Ad intelligendum iſta plenius,nõ ta ꝙ ſicut in medicinis corporalibus quędã conſiſtunt in ſola paſſione curati, vt eſt ſectio vulneris:quędam verò in actione eiuſdem, vt eſt exercitatio corporis.Ita in ſacramentis quædam conſiſtunt in paſſione eius qui ſanctificatur,& nõ in actione, niſi per accidens,vt baptiſmus,confirmatio, Euchariſtia,extrema unctio, ordo. Quædam verò conſiſtunt eſſentialiter in actu eius qui ſanctificatur, vt alia duo ſacramenta, ſ. pœnitentia, & matrimonium. In primis ergo, quę ſine actu noſtro operantur, requiritur exterior materia, quæ ſignificat & cauſam, & rem ſacramenti. In alijs verò ipſe actus noſter eſt pro materia ſenſibili. Ex prædictis patere poteſt,ꝙ in hoc quoddam eſt ſacramentum tantum, vt eſt actus pœnitẽtis exterior: quoddam eſt res tantum,vt remiſſio peccatorum:quoddam res,& ſacramentum, vt contritio interior. C

Concil. Trident. Seſſ.14. c. 2. cap.4.

SCHOLIA.

A Ad exteriorem pœnitentiã] .ſ. vt pœnitentia dicit dolorẽ, qui eſt paſſio, vel includit impedimentum aliarum virtutũ neceſſariarum pro tempore illo. Paſſio.n.doloris,quã voluntas aſſumit; debet ſicut eſt moderatè intenſa,moderate durare,ne ſi nimis duret,homo in diſperationẽ, puſillanimitatẽ,vel huiuſmodi labat. Rurſus nõ dẽt ex hoc,ꝙ actualiter [ſic ĩtellige ly exteriorem pœnitentiam] continue in diſplicentia

Quomodo continua pœnitentia,

 peccati

peccati ſui perſeuerat homo; [licet ad actū continuum hunc non teneatur.] dimittere actus aliarum virtutum, quin.ſ. vacet actualiter eis ſuo tempore, ſecūdum quòd oportet. Rurſus per ly exteriorem pęnitentiam non intelligas exteriorem tātum immo & interiorem, ceſſationem à peccato. Nam homo ſemper ad hoc tenetur, ne ſcilicet peccet. Additiones.q 4 ar.2.

Beatus homo, q ſemp eſt pauidus Prou.28. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu. Ecc.5. Liberum arbitriū.

B Non ſit certus.] ſcilicet quantum eſt de ſeipſo, non quantum eſt ex parte ſacramenti pęnitentiæ. ſicut.n. nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, de ſacramētorum efficacia dubitare debet, ſic quilibet, dum ſeipſum ſuam propriam infirmitatē reſpicit de peccati ſui remiſſione formidare debet, cū nullus certo, niſi ex ſpeciali reuelatione, ſcire poſſit ſe conſequutum Dei gratiam. Concilium Tridentinum ſeſſ.6.ca. 9 can.13. Pulchrè Roffetus de hoc cōtra Lutherum artic.16.

C In paſſione eius, qui ſanctificatur, nō in actione,] ſcilicet quantum ad actus exteriores, nō quantum ad liberum arbitriū. Hoc.n. ſemper ad ſanctificationem noſtrā, & actiuè concurrit. Concilium Tridentinum ſeſſ.6.can.4.

De qualitate pœnitētiæ. Cap. XXI.

EST pœnitentia quędam vera. Aug. Pęnitentia vera eſt, pęnitenda non cōmittere, & commiſſa deflere. Quædam eſt falſa. Iſidor. Irriſor eſt non pęnitens, qui adhuc agit quod pęniteat. Quædā eſt coacta. Pſal.31. Cōuerſus ſum in ærumna mea, &c. Quædam eſt ſera: Aug. Si tunc pęnites quā-

do peccare non potes, peccata te dimiſerũt, non tu illa. Quædam iniqua. Matth. 27. Iudas pęnitentia ductus &c. Quædam deſperata. Sap. 5. Præ anguſtia ſpiritus gementes, dicentes intra ſe, pęnitentiã agentes. Quædam ſancta, & meritoria. Bern. O fęlix pœnitentium humilitas. O bona ſpes confiten tium, quam potens eſt apud omnipotentẽ, ꝗ facile vincis inuiſibilem, quam cito tremendum iudicem conuertis in piiſſimum patrem. Debet pęnitẽtia eſſe amara. Hier. 6. Planctum vnigeniti fac tibi. Voluntaria. Augu. Cũ gaudio debet facere immortalis futurus, quęcunq; faceret pro differenda mor te moriturus. Perfecta. Augu. Nulla pœnitentia eſt ſera, dummodo ſit vera. Accelerata. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum. Hieronymus. Nauiculæ hærenti in ſalo funẽ potius præcide quàm ſolue. Perſeuerans. Cant. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Fortis. Hieronymus. Licet in limine iaceat pater, licet mater vbera quibus te nutrierat oſtendat, per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem: ad vexillum crucis euola. Item reſurrectio ſpiritualis (quæ eſt pœnitentia) debet eſſe cũ Chriſto ſemper victuro, non cũ Lazaro iterum morituro. Pęnitętia debet eſſe properata, & non diu dilata. Primò, quia diu expectamur, vnde Iſa. 5. Expectaui, ut faceret vuas, & fecit labruſcas. Secundo, quia ad magna uocamur. Gen. 15. Ego ero merces tua magna. Tertiò, ne ab æternis nuptijs excludamur, ſicut factum eſt fatuis virginibus, quæ differebant ſe præparare. Quartò, ne ab hoſtibus impediamur ſicut

Qualitas pęnitentiæ.

filij Iſrael à Pharaone, ne egrederentur de
Ægypto. Quintò, quia relinquere peccatū
ēt pęnis compellimur. Greg. Contemnen-
dus eſſet hic mundus, ēt ſi rebus proſperis
abundaret. At cum tot aduerſitatibus ani-
mum pulſat, cum tot calamitates ingemi-
nat, quid aliud quam vt non ametur, cla-
mat? Sexto, ne blandè ſeducamur, ſicut auis
per fiſtulā aucupis, & ſicut piſcis per eſcam
in hamo, & ſicut vrſus per mel. Septimò, ne
His octo morte pūeniamur. Greg. Nihil certius mor
rationib. te, &c Octauò, ne conſuetudine teneamur,
multū no ſicut arbor de facili non euellitur, cum bē-
cet differ ne radicatur. Ierem. 13. Nunquid Æthiops
re pęnitē poteſt mutare pellem ſuam, &c. Ad agen-
tiam. dam pœnitentiam mouent quatuor: de
quibus Bernard. Nimis durū eſt cor, quod
non emolliunt beneficia, nec terrent ſuppli
cia, nec aliiciunt promiſſa, nec caſtigant
flagella. Impedimenta pœnitentiæ ſunt,
puſillanimitas aggrediēdi: (tales ſunt ſicut
De pœni. equus vmbraticus, qui trunco, vel vmbra
diſt.6.c.1. terretur). Pudor confitendi: (ſed ſicut ait
Auguſt. verecundia magna pars pęnitentiæ
eſt) horror ſatisfaciendi, (ſed contradicit
2.Cor.4. Apoſt. Hoc momētaneum, & leue tribulat.
no.) Delectatio peccandi, (ſed temporale eſt
quod delectat, æternum quod cruciat.) Spes
diu viuendi, (ſed Dominus ait ſecuris iam
Matt. 3. ad radic. arbo. poſi. eſt.) Deſperatio gratiam
obtinendi, (ſed contradicit Ezech. 18. Qua-
cunque hora ingemuerit peccator, &c.) Ti-
mor recidiuandi. (Aug. Quando cecidi, ere-
xit me: quando ſteti, tenuit me, quando iui,
duxit me. Ita loquitur de Deo). Exemplum
delinquendi, (ſed ſtultus eſt qui vidit ali-
quem

quem cadentem in foueam, ſi non ſit eodē loco cautior). Conſuetudo peccandi (ſicut Balaam conſuetus monſtris, non curauit, ꝙ aſina loqueretur). Confidentia de Dei miſericordia, ꝙ quando pœnituerit, ipſum recipiet, (ſed hoc eſt peccare in Spiritumſanctū. Greg. Miſericordiam Dei debemus ſaltem erubeſcere, ſi iuſtitiam eius nolumus formidare.) Num. 22. A

SCHOLIA.

A Peccare in Spiritumſanctum] Hoc dicitur per quandam ſimilitudinem, nō propriè. Nam ſicut is, qui ſub diuinæ miſericordiæ confidentia peccat propriè in Spiritum ſanctum, ſi miſericordiam (etiam ſi perſeueret in peccato) ſperat, ita hic, quia aſſimilatur ei in peccando, ſub ſpe diuinę miſericordiæ, licèt non ſine pœnitentia poſtmodum, dicitur per ſimilitudinem quandam peccare in Spiritumſanctum. Rurſus, ſicut primus ille rariſſime miſericordiam Dei conſequitur, ita ſecundus iſte raro eandem obtinet: & hoc ſignificat Gregorij dictum in textu. 2.2. q.14. art.2. & q.163. art.4. Quomodo in Spiritumſanctum peccatur.

De effectu pœnitentiæ. Cap. XXII.

PEr pęnitentiam abſoluitur homo a peccato, reſtituitur Eccleſiæ, reconciliatur Deo, donis ſpiritualibus ditatur, de filio diaboli filius Dei efficitur, Paradiſus Dei aperitur. Hæc eſt, quæ Angelos lætificat, impium iuſtificat, amiſſa bona reuocat, vitam æternam donat, pœnam æternam vitat. A

Item

Quã pulchrè. D. Tho.3.q. 86.per totũ de effectu pœnitentiæ.

Item pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium, ad quam poteſt homo recurrere quandiu eſt in ſtatu vitæ præſentis, quandocumque, & quotieſcumque diuinam miſericordiam voluerit implorare. Duplex eſt enim naufragium, ſcilicet peccati originalis, & actualis: ſed de primo liberamur per tabulam baptiſmi, quæ virtutem & efficaciam accepit a tabula Crucis Chriſti. De ſecundo autem liberamur per tabulam pœnitentiæ, quam diuina clementia prouidit homini: quia pro peccato actuali non poteſt iterum baptizari. Nota, ꝙ a reatu peccati liberamur per gratiam, a ſequelis autem peccatorum per pœnitentiam, & partes pœnitentiæ: a miſeria verò per gloriam: Item nota ꝙ opera mortificata viuificantur: quia licet verum ſit ꝙ a priuatione ad habitum non ſit regreſſus in vita naturali, nõ tamen eſt verum in vita morali. Nam a priuatione ad habitum voluntarius eſt regreſſus. ſ. a morte culpæ ad vitam gratiæ. Vnde dicimus, quòd ſicut peccata actualia tranſeunt actu & remanent reatu: ita bona opera trãſeunt actu, & remanent merito. Secundum autem quòd manent, dicuntur mortificari, vel viuificari. Bona igitur opera quandiu ſunt coniuncta radici merendi, ſ. charitati, dicuntur viuere; quando autem ab illa ſeparantur, dicuntur mortificari; & quando reuertuntur, dicuntur viuificari, quia redeunt ad ſtatum ſuæ originis, videlicet charitatis, & quia valent ad maiorem radicationem charitatis.

De hac ſecunda tabula Concili. Trid. ſeſſ. 14. can. 2.

A

S C H O L I A.

A Per pœnitentiam &c.] De effectibus pœni-

pœnitentiæ. Vide Concil. Trid.ſeſſ. 14. cap. 3.8.9. & Concil.Flor.de ſacr. pœn.

B Mortificata.] non mortua. Nam mortua.i.facta bona moralia in peccato mortali nunquam viuunt, & conſequenter nunquam reuiuiſcunt, etiam ꝙ homo talis poſtea aſſequeretur gratiam quãtumcunque. Quando autem quis operatur in gratia, dicitur facere opera viua, ſi cadat; illa opera dicuntur mortificari huic, quoniã amplius non perducent hunc in vitam æternam, nec iſte gaudebit de eis;ſi in charitatẽ reſurgat, illa opera reuiuiſcunt; e quoniã nunc perducent hunc &c. Mortificata igitur opera, ſemper uiuunt in acceptatione diuina, non autem ſemper viuunt huic, ideo nunquam dicuntur mortificari, aut reuiuiſcere ſecundum ſeipſa, ſed mortificari, & reuiuiſcere huic. 3 q.89. ar. 5.& 6. Mortuũ mortificatum opus.

De partibus pœnitentiæ. Cap. XXIII.

PArtes pœnitentię integrales ſunt tres, ſcilicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Quamuis enim complementum peccati poſſit eſſe in actu ſolum oris, & cordis ſolum, vel trium ſimul: tamen ad perfectionem pœnitentiæ exigitur horum trium accuſatio, licet ad eſſe ſimplex ſufficiat cõtritio in actu, & confeſſio, & ſatisfactio in propoſito. Non enim in his, quæ habent eſſe ſucceſſiuum, exigitur, quòd partes integrales ſint ſimul, ſed exigitur hoc in toto quod habent eſſe permanens. Quod au- Concil. Florẽ. de ſacramẽto pœnitentiæ. S. Tho. 3.q.90. art. 2. & 3.

tem tres ſint partes pœnitentiæ, ſic oſtenditur. Pœnitentia eſt quoddam ſpontaneum iudicium, in quo contritio eſt quaſi quædã citatio, vbi ſequitur rei ante iudicem ſpontanea confeſſio. Deinde ſequitur per iudicem impoſitæ emendę ſolutio. Sed in hoc differt iudiciũ fori a iudicio poli, quia ibi confeſſus in iure condemnatur, & hic abſoluitur. Alia eſt partium iſtarum ſufficientia: quia omne peccatum committitur corde, ore, vel opere, iuſtum eſt, vt per contrarium curetur. ſ. ut peccator culpam animo deteſtetur, verbo accuſet, & facto puniat. Item per peccatum offendit homo Deum, Eccleſiam, & ſeipſum, ſed per contritionẽ reconciliauit Deo, per confeſſionem eccleſiæ, & per ſatisfactionem ſibi. Item iſtę tres pœnitentiæ partes ſunt tres dietæ, quibus itur ad terram promiſſionis: de quibus dicitur. Exod. 3. Ibimus viam trium dierum: Item iſtę tres partes viuificant tres mortuos moraliter, quos Dominus ſuſcitauit: quoniam per contritionem ſuſcitatur puella in domo, per cõfeſſionem iuuenis in porta, per ſatisfactionẽ Lazarus in ſepulchro.

Vide hic bonitatẽ Dei, item & mors, & vita in manibus linguæ. Prou. 28.

Matth. 9. Luc. 7. Ioan. 11.

SCHOLIA.

A Partes pœnitentię &c. Contritio, cõfeſſio, ſatisfactio.] Vide Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 3. cano. 4. & Concil. Floren. de ſacramento pœniten.

De contritione. *Cap.* XXIIII.

Concil. Tri. ſeſſ. 14. c. 4.

Contritio eſt dolor voluntariè pro peccatis aſſumptus cũ propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Hæc diffinitio magiſtralis

ſtralis eſt, & ponitur hic dolor pro genere: voluntariè aſſumptus ponitur ad differẽtiã doloris naturalis, qui non eſt meritorius cũ non ſit in genere moris: ſed voluntas tantum ponitur in genere moris. Pro peccatis, ponitur ibi pro materia doloris, ad differentiam doloris inuidiæ, qui eſt de bono alieno. Sic ergo diffinitur contritio prout eſt actus virtutis: ſed prout eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, oportet, quod aliquid in cõparatione ad alias partes addatur, & ideo ponitur, cum propoſito confitendi, & ſatiſfaciendi. Nota quòd cor dicitur durũ quando diuinæ inſpirationi ſe tangenti non cedit, ſed obuiat, in affectu peccati demorando. Frangi verò dicitur, quando incipit à propoſito peccandi reſipiſcere, licet nondũ totaliter conuertatur. Conuerti autem dicitur, quando uoluntas perfectè àb affectu peccandi reſilit. In contritione duplex eſt dolor. Vnus eſt voluntatis, qui nõ eſt aliud quàm peccati diſplicentia. Alius eſt ſenſualis. Primus eſt de eſſentia contritionis, & de hoc dolore intelligitur illud Hier. 6. Luctum vnigeniti fac tibi, quia homo ex ratione debet magis velle nunquam peccaſſe, quàm unigenitum viuere. Secũdus verò dolor non requiritur de contritionis neceſſitate, ſed de eius ꝑfectione, quia talis dolor non eſt in noſtra poteſtate. Nota etiã, quòd contritio poteſt tantum intendi, ꝙ non ſolum culpa, ſed etiam tota pęna dimittatur, hoc autem poteſt fieri dupliciter: Vno modo ex parte charitatis, quæ diſplicentiam peccati cauſat, quia quandoque contingit tantum charitatem intendi in actu, quod

Addit. q. 2. vſq; ad 5. per totum.

A

contritio inde ſequens merebitur abſolutionem ab omni pœna, vt in Magdalena. Alio modo fit illud ex parte doloris ſenſualis, quem voluntas in contritione excitat, quia ille dolor quædam pęna eſt, quæ tantum poteſt intendi, quòd ſufficiat ad deletionem culpæ, & pœnę. Differentia autem eſt inter attritionem, & contritionem: ſicut inter formatũ, & informatum, ſecundũ q̄d dicitur de fide informi, & formata. Vtrum autem attritio, fiat contritio, diſtinguendũ eſt, quia contritio dr̄ cũ gratia tractio, hoc autem poteſt eſſe dupliciter. Vno modo ꝑ concomitantiam: quia gratia aſſociatur motui exiſtenti in anima, & illã informat, quamuis non eliciat. Alio modo per cãm, ita ꝙ motus a gratia eliciatur. Primo modo attritio fit cõtritio: quia actus ille ſimplex manens in anima, formatur adueniente gratia, ſicut color adueniente luce. Secũdo modo impoſſibile eſt quòd attritio fiat contritio. Sed ſi quæritur quãdiu quis de peccato dolere debeat, reſpondeo ſicut dicit Hugo. de S. Victore Deus quando abſoluit hominem a vinculo peccati, ligat eũ uinculo ꝑpetuę deteſtationis. Sed deteſtatio peccati duplex eſt, quædam in habitu, ad quam ſemper tenetur homo, ẽt poſt perfectam peccati remiſſionem; de qua dicit Aug. loquens de pœnitente, ꝙ pœnitens, ſemper doleat, & de dolorę gaudeat, & non ſemper doluiſſe doleat. Alia deteſtatio eſt in actu: ad hanc homo non ſemper tenetur. Sciendum autẽ, quòd beati, & damnati, & hi qui ſunt in Purgatorio non habẽt contritionẽ ꝓpriè: cuius ratio eſt, quia in contritione propriè

Nota tu, & ſic ora cũ Augu. Da mihi Domine q̄d iubes, & iube q̄d vis.

ſumpta

ſumpta ſunt tria, ſcilicet gratia, dolor, & effectus meriti ſatisfacientis, in beatis autē non eſt dolor, in damnatis vero non eſt gratia, & hi qui ſunt in Purgatorio non merentur.

SCHOLIA.

A Quandoque.] Auctori ergo non eſt contrarium Conci. Tri. dum pœnam totam non ſemper remitti in pœnitētia dicit. ſeſſ. 14. cap. 8. cano. 12. 15. Concilio concordat. S. Tho. Addi. q. 86. ar. 4.

De confeſſione. Cap. XXV.

Confeſſio eſt, vt ait Aug. per quem morbus latens ſpe veniæ aperitur. Hæc confeſſio ſacramentalis, quæ eſt pars pœnitentiæ, cōuenienter deſcribitur per miſeriam, quæ eſt peccatum: & per actum, qui eſt aperire, & per finē, qui eſt ſpes veniæ. Duplex eſt confeſſio, quædam eſt mentalis, quæ fit Deo, & hęc eſt de iure naturali. Quædā eſt vocalis, quę fit homini, & hæc non eſt de iure naturali, ſed Euangelico. Igitur ante Incarnationem Chriſti ſufficiebat confeſſio mentalis, quia Deus nondū erat homo, ſed poſtquam factus eſt homo, debet cōfeſſio fieri homini vicario Chriſti. In hoc enim quòd miniſtris ſacramentorū Chriſtus dedit poteſtatem ligandi atque ſoluendi inſinuauit confeſsionem eis tanquam iudicibus fieri debere. Sic ergo Chriſtus inſtituit confeſsionem tacitè, ſed Apoſtoli promulgauerunt eam expreſsè. Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata veſtra. Quamuis igitur in contritione remittatur peccatum,

De confeſſio. ad di. q. 6. vſque ad Ext. 2. p totum.

Qn̄ obligauit nos ad confeſſionē. Cō cil. Trid. ſeſſ. 14. c. 1. can. 8.

tamen confeſſio vocalis eſt neceſſaria, vel in re, quando habetur opportunitas, vel in propoſito, quando articulus neceſſitatis eã excludit, & non contemptus religionis: Et ita neceſſitas cõfitendi poſt contritionem non eſt in tali caſu propter neceſſitatẽ remedij, cùm peccatum iam ſit dimiſſum; ſed propter obligationem præcepti. Confeſſio, & ſatisfactio neceſſaria eſt non ſolum propter reconciliationem in iudicio Dei, ſed etiam in iudicio Eccleſiæ. Quas etiam circunſtantias teneamur confiteri. Nota quòd circunſtantiarum quædam ſunt trahentes in aliud genus peccati, vt coire cum muliere coniugata, & has tenetur homo confiteri. Quædam ſunt aggrauantes in eadẽ ſpécie, & harum quædam ſunt non aggrauantes notabiliter, ſicut ſciẽtia & huiuſmodi: has non tenetur quis confiteri: quia ſunt quaſi venialia peccata. Quædam ſunt aggrauantes notabiliter, & has ſecundũ quoſdam tenetur homo cõfiteri. Non enim ſufficit illi qui accepit cẽtum marchas de alieno, dicere, ego accepi alienum, cùm hoc poſſet verificari ſi ſolum accepiſſet unũ denarium; ſecundum alios communius, ſed nõ tutius opinantes, non oportet. Circunſtantiæ aggrauantes peccatum notantur his verſibus,

Agrauat ordo, locus, mora, cauſa, ſciẽtia, tempus,
Lucta, puſilla, modus culpæ, genus, & ſtatus altus,
Conditio, numerus, ętas, & ſcandala, ſexus.

Quamuis peccata alicuius nota ſint ſacerdoti,

A

Per contritionẽ, voto confeſſionis adiunctã non ſine tali voto reconciliatur qs Deo. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. & 5.

Has 15. circunſtãtias memoria teneas, quãdo examinas con-

doti, tamen oportet ea confiteri, quia non ſunt ei nota vt iudici. Quandiu poſſit quis differre confeſſionem, duæ ſunt opiniones. Quidam.n.dicunt, quòd peccator debet ſtatim confiteri habita opportunitate ſufficiẽti. Alij communius dicunt, quòd cum confeſſio ſit inter præcepta affirmatiua, non obligat niſi pro loco & tempore. Eccleſia autem determinat in decretis, quòd omnis homo cõfiteatur ſemel in anno: & quòd quilibet adultus de neceſſitate communicare tenetur. In caſibus tamen quatuor tenetur quis ante hoc tempus confiteri. Vnus eſt ratione ſacramenti, quando quis vult communicare, vel celebrare. Alius ratione periculi, vt ſi eſt in periculo mortis. Tertius eſt ratione conſcientiæ, vt ſi dictat ſibi conſcientia, quòd ſtatim teneatur. Quartus eſt ratione dubij, vt ſi non ſperat illo anno amplius habere confeſſorem, quem modo habet, vel ſi habet caſum de quo poteſt ſolus Papa abſoluere, & modo habet copiam pœnitentiarij domini Papæ. Si quæratur utrum confeſſio facta in peccato mortali valeat, dicendũ eſt, quòd confeſſio eſt in remedium, & in præceptum. Inquantum eſt in remedium, non valet in mortali facta, tamen abſoluitur homo à præcepto, ſicut ficte baptiſmum ſuſcipiens non recipit niſi ſacramentum, & non rem ſacramenti. Vtrũ confeſſio ſit iteranda. Nota quòd regulariter nullus tenetur confeſſionem bona fide factam amplius iterare. Sunt tamẽ quatuor caſus in quibus tenetur quis iterare confeſſionem, quorum duo ſunt propter confeſſorem, & duo propter confitentem.

ſciẽtiam tuam: & cõfiteris

De pœni ten. & remiſ. cap. omnis. vtriuſq; ſexus.

C

Reiteratio cõfeſſionis.

De peccato, q̃ quis ritè

Primus, ſi deficit confeſſori clauis poteſtiæ, eo quòd non habet poteſtatem ab illo peccato abſoluere. Secundus eſt ſi deficiat ei clauis ſcientiæ; quia neſcit diſcernere. Tertius eſt, ſi confitens dimidiauit confeſſionem: oportet enim quòd vni fiat confeſſio integrè omnium, quæ habentur in memoria. Si verò aliqua exciderunt à memoria, non ideo debet reputari confeſſio dimidiata. Quartus eſt ſi contempſit, ſeu neglexit, & oblitus eſt ſatisfactionem, nam ſi ſciret, & adimplere vellet, non oporteret confeſſionem iterare. Si verò aliquis cadat in peccatum poſtquam bona fide fecit confeſſionem, quæſtio eſt vtrum teneatur confeſſionem prius factam iterare, & eſt opinio, quod non in ſpecie, ſed in genere: licet aliter dicant quidam. Nota quod confeſſio facta per nuncium, vel per Epiſtolam, licet ſit quoddam opus bonum, & meritorium, tamen inquantum eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, non poteſt ſic fieri: quia determinatam habet materiam, ſcilicet actum ſermonis, quo conſciētia hominis manifeſtari cōſueuit. Vnde ſine neceſſitate non licet aliter confiteri. In neceſſitate poteſt defectus per æquipollentem actum ſuppleri.

Cōfeſſus eſt, & abſolutus, non tenetur de neceſſitate iterū confiteri: nec tenet obedire alicui præcipiēti ſibi confiteri id, đ quo eſt (vt ſupra) cōfeſſus: nec Papa poſſet condere legem ad hoc aſtringentem, ſecū dum Pet. đ Palude, Tabiena, verſ. conſeſſ. ſacramentalis. nu. 12.

SCHOLIA.

A Non cōtemptus religionis.] Alias in contritione nō remiſſum fuiſſet peccatum. Nam contritio ideo peccatum delet, quia eſt contritio, ideſt cum voto confitendi, & ſatisfaciendi (vide eius diffinitionem cap. præcedenti.) Hoc annotauit Pſalmiſta, vbi dixit (Pſal. 31.) Dixi cōfitebor aduerſum me iniu-

iniuſtitiam meam Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Quid eſt ly dixi cõfitebor, niſi contritio cum propoſito confitendi Domino (ideſt ad honorem Domini, ſecundum.ſ. quod Dominus in ſcripturis ſanctis ordinauit.) Quaſi ergo ab oppoſitis, dixerit ſi dixiſſem, ſed non dixiſſem confitebor, ideſt ſi habuiſſem contritionẽ, ſed ſine voto cõfeſſionis a Dño ordinatę, tu non remiſiſſes impietatem peccati mei. Rurſus, ſi cõtritio ſola ſine voto offenſionis remitteret peccata, ad quid eſſent claues in Eccleſia? Contritio ergo catholicorũ, vtpotè includens votum confeſſionis, remiſſionẽ peccatorum delet: Cõtritio hæreticorũ, vt quæ excludat confeſſionis talis propoſitum, indulgentia vtiq; caret. Concil. Trid. ſeſſ. 19. cap. 4 Imò ſi in contritione eſſet contẽptus confeſſionis auricularis, contritio illa fieret in peccatum. Nam ſingula ſacramenta vltra neceſſitatẽ aliam propriã aliquibus, ſunt neceſſaria in hoc ſenſu, ſ. vt non contemnantur. Concil. Trid. ſeſſ. 7. de ſacramentis in genere. cano. 4. 13. 3. q. 90. artic. 2. & 3. Addit. q. 5. ar. 2. ad primum. **Contritio quando valet.**

B Teneamur cõfiteri.] ita quòd cõfeſſio ſubſtantiæ (ideſt actus peccati) non valet ad remiſſionem peccati, niſi confiteatur qs circunſtantiam illam. Verbi gratia. Cognouit quidam mulierem affinem, nõ benè cõfitetur, ſi dicat tñ ego cognoui mulierem, ſed oportet vt dicat, ego cognoui mulierẽ mihi affinem. Nota quod conſideratio omnium circunſtantiarũ in textu poſitarũ facit multum ad cõtritionem habendã, licet non omnes ſint pro confeſſione neceſſariæ. **Circunſtãtię peccati. Caſus.**

De

De his vide 1.2. queſt. 7. ar. 3. & 4.4. diſtinctio 16. quæſt. 3. artic. 2. Doctores caſuiſtas verſicu. Circunſtantia. Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 5.

C Non valet in mortali facta] figurate loquitur, ideſt minus dicens plus ſignificat. Nō n. tantū nō valet illa confeſſio, ſed fit in peccatum, ideſt ſic confitens nouum mortale, quod ſacrilegium vocatur, committit. Et ſi millies, & plus confiteretur poſt hoc ſacrilegium, non confitendo iſtud, omnes cōfeſſiones ſibi fierent in peccatum nouum. Et ſi vitam aſperrimam, non confitendo iſtud primum ſacrilegium, ob peccatorum ſuorum deletionem, viueret cum multis lachrimis, nihil ſibi prodeſſet ad veram vitam. Exo. 1. Cor. 13. ly ſi, &c. nihil mihi ꝓdeſt: Vnde Aug. habetur de pœnit. diſtin. 5. c. 1. conſideres, cautus ſit pœnitens; ne verecundia ductus diuidat cōfeſſionē. Hoc n. eſt ad hypocriſim tendere, & ſemper venia carere. Cōci. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. o quam bonum capitulū illud.

Confeſſionis dimidiatæ, damnum notabiliſſimum.

D Si exciderunt a memoria] ſ. poſt debitum examen cōſcientiæ. Nam ſi exciderunt a memoria ꝓꝑ hoc, ꝙ non examinauit, vt debuit conſcientiā ſuam, vel quia non curauit ēt ſi non recordaretur, (vt faciūt paruipendentes ſalutē animæ ſuæ:) tunc tenetur reiterare, & reiterando confiteri hanc negligentiam ſuā: vnde quando dicitur ab abſoluente ly & de quibus memoriam non habes, intelligitur hoc tantum de non rememoratis poſt debitam examinationem. Tātam vero curam diligentiamq; debet quis apponere in examinādo conſcientiā ſuam, quātam in re quæ ſibi maximè eſſet cordi.

De peccatorū obliuione, aliquid.

Attende

Attende computiſtas denariorum in libris ſuis tāta cura minutatim annototarum, vt poſſint de his rectam rationem reddere hominibus, & caue ne confundaris ab iſtis circa paruum conſcientiæ tuæ examen, diſcendo interim ab eis, quàm cautam curam in hoc examine ponere debeas pro reddēda ratione Deo in confeſſione. D. Card. Caiet. in Summula. ver. Cōfeſſio integra. Caſuiſtę doctores ibi Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5.

De qualitate & effectu confeſſionis. Cap. XXVI.

A

B

QValis dēat eſſe ꝯfeſſio, notaĩ his verſib. Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis. Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda. Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata, Fortis, & accuſans, & ſit parere parata. Ad multa valet confeſſio: † A morte liberat, quia ſicut confeſſio in foro contēntioſo damnat, ſic in ſpirituali liberat. Vulnera mentis ſanat. Hieronym. Vulnus non intellectum tardius ſanatur. † † Deum homini manifeſtat. Auguſtinus. Si nollem confiteri, non me tibi abſconderem, ſed te mihi. Paradiſum aperit, Auguſtinus. O breue verbum, peccaui, quod portas aperit Paradiſi. Exemplum in latrone dextro. Peccata tegit. Vnde quædam glo. Si homo peccatum detegit, Deus tegit. Miſericordiam diuinam emollit. Gloſſa ſuper illud. Pſalm. 31. Delictum meum cognitum tibi feci. Si homo agnoſcit, Deus ignoſcit. Animum iucundat. Pſalm. 41. In voce exultationis, & con-

† Hinc iō ſ. magnifaciūt, ꝑ aliq̄s oēs apparitiones, fantaſias, reuelationes, & hōi totaliter, aperiat pñi ſuo ſpūali ſeu cōfeſſori ne fortè ſecreto diabolus, vel ꝑpria volūtas, ſub ſpecie boni nos irretiũ poſ-

ſit, talis ergo ſuarũ cogitationũ detectio eſt optima. Et è contra dic de non detectione. vide de hoc D. Card. de Turrecremata, in prologo reuelationum Sanctæ Brigidæ in primo capit. citantem verba Abbatis Moyſi. † Conditiones cõfeſſionis. † Vtilitas frequentię ritè factæ ſacramẽti confeſſionis.

confeſſionis ſonus epulantis. Interceſſores multiplicat. Sacerdotes enim pro ſuis confeſſis orant. Conſcientiam mundat. Auguſtinus. Confitẽdo fit homo de fœdo pulcher, Fœdus Diaboli rumpit, ſicut cum aliquis ſecretum alterius detegit. † Deo hominẽ coniungit. Auguſt. Quid propius auribus Dei, quàm confitens cor, & uita quæ eſt ex fide? In via ſalutis dirigit. Prouerb. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, & cõtrario &c. Peccatum delet. Pſal. 31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam &c. Satisfactionem ſupplet. Gloſſ. ſuper Matth. Iubemur confiteri peccata noſtra, vt erubeſcentiam patiamur pro pœna. Malum pręcauet Exemplum de dente putrido, qui extrahitur ne alij computreſcant.

SCHOLIA.

A His verſibus.] vt intelligas bene ſingulas horum verſuum particulas; vide D. Cardinalem Caietanũ in Summula † verſicu. Confeſſio: & Doctores Caſuiſtas, ibi.

B Deum homini manifeſtat.] Quia ergò rarius cõfitentur homines plurimi, ideò tam parua, immo ferè nulla, cognitio rerũ diuinarum, † doctrinæ Chriſtianæ, & ſimilium, in multis (vt patet) & ſi adeſt cognitio quandoque ſpeculatiua, non tamen illa affectiua, de qua principaliter hic loquitur textus.

Cui debeat fieri confeſſio.
Cap. XXVII.

GEneraliter teneas, ꝙ confeſſio debet fieri ſacerdoti habenti claues, quæ ſunt

ſunt,ſcientia diſcernendi, & poteſtas ligandi, atque ſoluendi. Sciendum autem, quòd ſicut baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, ita & pœnitentia. Vnde ſicut baptiſmus duplicem habet miniſtrum, vnum cui competit baptizare ex officio.ſ.ſacerdotē: aliū cui committitur diſpenſatio baptiſmi ratione neceſſitatis: ita & miniſter pœnitentiæ duplex eſt. Vnus eſt cui confeſſio fit ex officio, ſicut eſt ſacerdos. Alius qui audiendo confeſſionem, vicem ſupplere poteſt ſacerdotis in neceſſitate, ut eſt laicus. Dicunt tamen aliqui, quòd cum deeſt copia ſacerdotis, non oportet confiteri laico, ſed ſufficit ſoli Deo. Quamuis omnes ſacerdotes claues habeant, non tamen poſſunt omnes ligare, & ſoluere, ſicut excommunicati, ſuſpenſi, hæretici, & damnati. Hoc autem non eſt propter defectum ordinis, ſed quia non habent materiā debitam, ſcilicet ſubditos, qui auferuntur ab eis, cum excommunicātur. Poſſunt tamen tales baptizare, quia hoc eſt ſacramentum neceſſitatis Poſſunt etiam tales Euchariſtiam conſecrare, quia hoc ſubſtantialiter adhęret ordini. Dicendū etiam, quòd nullus poteſt abſoluere confitentem, niſi proprius ſacerdos. Proprius verò ſacerdos dicitur ſex modis. Primo modo ipſe paſtor Eccleſiæ, vt Papa, Epiſcopus, & Curatus quilibet in ſuis caſibus. Secundo per determinationem ſuperioris, vt vicarij. Tertio per priuilegium quibuſdam indultum. Quarto per licentiam proprij ſacerdotis, dum tamen non licentietur niſi vir diſcretus, & honeſtus, & verè ſacerdos. Quinto ꝓpter neceſſitatē, q̃a inſtāte mortis articulo

Proprius ſacerdos qui.

B

articulo quilibet ſacerdos poteſt abſolue-
re. Et peregrini abſoluuntur ab illis apud
quos ſunt. Sextò pp defectum ſui ſacerdo-
tis, quando ſcilicet eſt idiota vel proditor
confeſſionis, vel quando ſolet mulieres cõ-
fitentes prouocare, tunc.n.ſi non inuenit
aliquem qui authoritatem habeat, efficitur
ei ſacerdos proprius nõ quilibet, ſed diſcre-
tus, & honeſtus, & notus vel ex ordine, vel
ex perſona.

SCHOLIA.

A Vicem ſupplere poteſt ſacerdotis] .ſ.
In audiendo, non in abſoluendo. Non.n.lai-
ci ſunt verè ſacerdotes, nec caſus neceſſita-
tis poteſtatem clauium his dare poteſt. Cõ-
cil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 10. & ſeſſ. 14. c. 6. cano. 10.
Addi. q. 8. ar. 2. Falſæ.n. & a veritate Euange-
lij penitus alienæ doctrinæ omnes huius
contrarium aſſerẽtes dicuntur à ſacro ipſo
Concilio, & anathemate perpetuo feriun-
tur. Roffenſis contra Lutherum. art. 13.

Laicos diceré ſacerdotes cõtra euangeliũ eſt.

B Suis caſibus] .ſ. tantum. Nam ſi ab-
ſolueret de reſeruatis ſibi a ſuperiori ſuo,
nihil faceret, & ſi ſciens reſeruationem ab-
ſolueret, vltra hoc etiam peccaret. Reſerua
tio.n. caſuum, & poteſt, & debet fieri a ſupe
rioribus quãdo expediens iudicauerint. Ca
ſuum vero talium reſeruatio magnopere
ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinet,
cum [econtra loquendo] facilitas veniæ
incentiuum præbeat delinquendi, & ob ta-
lem reſeruationem, diſcant omnes, ꝙ ad ra
tionẽ iudicij requiritur neceſſariò poteſtas
iuriſdictionis. Non.n. iudicialis ſnĩa fertur
niſi in ſubditũ, alioqn viribus euacuatur.
Abſolutio igitur vltra poteſtatem ordinis;

Caſuum reſeruatio a Deo probata.

qua

qua pares ſunt ſacerdotes, poteſtatē iuriſdictionis, in qua non ſunt pares, Roffenſis cōtra Lutherum. ar. 13. de neceſſitate omnino requirit, & debet ab inferioribus obſeruari Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. cano. 11. Addit. q. 20. ar. 1. & 2. Nulla tñ caſuum alias reſeruatorum in mortis articulo iuxta prædictum Conc. ibi reſeruatio eſt: atque ideo ſacerdotes omnes quoslibet pœnitentes a quibuſuis peccatis & cenſuris tunc abſoluere poſſunt.

C Propter defectū ſui ſacerdotis quando &c.] defectū. ſ. legitimum non paſſim a pœnitentibus pro libito iudicatū. In taliū ergo caſuū occurrētia, qñ. ſ. tractatur de defectu ſui ſacerdotis, ſubditi cōſulāt peritos, vtrum talis defectus ſacerdotis faciat verè ſibijpſis copiam adeūdi alium confeſſariū; & ipſi ſubditi proprio ſuo ſoli iudicio non fidant, cùm in cauſa ꝓpria nemo ſit bonus iudex. Caſuiſtæ ibi. Per ly peritos (ſicut & per ly ad arbitrium boni viri, & ſimilia) intellige perſonam duarum conditionum ſimul; ideſt & bonæ de negotio ſciētiæ; & bonæ conſcientiæ: nè erres.

De ſigillo confeſſionis.

Cap. XXVIII.

EA quæ gerūtur exterius in ſacramētis ſunt ſigna rerum, quæ interius contingunt: & ideo confeſſio, qua quis ſacerdoti ſe ſubijcit. ſignum eſt ſuperioritatis, qua quis Deo ſubijcitur. Deus autem peccatū illius, qui ſe per pœnitentiam ſubijcit, tegit. Vnde oportet de neceſſitate ſacramenti, quòd ſacerdos celet confeſſionem. Sunt

De ſigillo Addit. q. 11. per totum.

A

& aliæ huius celationis vtilitates: quia per hoc homines magis ad confeſſionem attrahuntur, & ſimplicius peccata confitentur. Sacerdos autem nō ſolum debet celare peccatum quòd in confeſſione recipit, ſed etiā omnia alia ſigna per quæ poſſet peccator, aut peccatum comprehendi. Poteſt autem pœnitens facere vt illud quod ſacerdos per confeſſionem ſibi factam ſciebat ut Deus, ſciat vt homo. Et hoc facit dum licentiat eum ad dicendum: & ideo ſi dicit, non frangit ſigillum confeſſionis. Si autem quæratur vtrum id quod ſcit ſacerdos per confeſſionem, & ſcit alio modo, poſſit reuelarē: ſuper hoc diuerſæ ſunt opiniones: ſed hæc eſt verior quia ſiue ſacerdos ſciat illud peccatum ante confeſſionem ſibi factā, ſiue poſt, non tenetur celare quātum ad id quod ſcit vt homo. Nota quòd per iſtum modum dicendi, dico tibi in confeſſione, non clauditur tale dictum ſigillo cōfeſſionis, quia nō ſeruatur ibi modus confeſſionis, vel ordo.

Card. Caie. in Sūmula ver. confeſſori neceſſar. in fi.

SCHOLIA.

A De neceſſitate ſacramenti.] Ita ſcilicet, quòd tanquam violator ſacramenti peccat, & conſequenter mortaliſſimè: qui cōfeſſionem reuelat. Vnde non debet reuelare, neque ad mandatum ſuperioris, etiam Papę, neque ad excommunicationem latæ ſententiæ, Papalis etiam, neque in quocunque qualicunque, & neque prorſus in ullo caſu: quoniam ſigillum confeſſionis eſt de iure diuino, ſicut & ſacramentum confeſſionis; contra quod ius non poteſt Papa. Poteſt etiam iurare ſe neſcire illud, quod tantùm in confeſſione ſcit, quoniam illud

Sigillum confeſſionis.

ſcit

ſcit vt Deus, non vt homo, ſecundum quòd intelligitur iuramentum. Tenetúrque ad ſigillum etiam de confeſſis a peccatore, quem non abſoluit ex aliquo impedimento: etiam laicus ad illud tenetur, ſi audit confeſſionem. Illam autem celationem, qualis eſſe debeat; declarat decretalis dicendo: Caueat ſacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel quouis modò, prodat aliquatenus peccatorem. [De pœnit. & remiſ. c. omnis. Panormitanus ibi. De pęnit. diſt. 6. c. Sacerdos. Dominus Archiepiſcopus Florentinus 3. tit. 18. c. primo. Additiones. q. 11. ar. 1. & 3. Caſuiſtæ verſ. confeſſio. addit. q. 11. ar. 1. & 2.

De ſatisfactione. Cap. XXIX.

SICVT in bellis, & controuerſiis reſtituta amicitia non ſtatim ſemper reſtituitur debitum illati damni, ita pòſt remiſſionem culpæ in contritione, ſeu confeſſione, remanet debitum pœnæ ſatisfactoriæ. Iniungit autem ſacerdos quædam ad ſanctificationis fundamentum, ſicut abſtinere a peccato, & reſtituere ablatum. Quædam ad ſatisfactionis expeditionem, vt eſt vitare conſortia malorum. Quædam iniungit ad ſubſtantiā ſatisfactionis, vt ieiunare, vigilare, dare eleemoſynā, peregrinari, & huiuſmodi opera pœnalia. Quædam iniungit ad perfectionem & ſecuritatem ſatisfactionis, vt ſunt opera ſupererogationis. Satisfactio debet reſpondere culpæ in tribus, ſ. in numero, Pſalm. 6. Lauabo per ſingulas noctes &c. In pondere. Auguſt. Libenter debet facere immortalis futurus, quęcunque faceret;

Exemplū pulchrū. A

De ſatiſfactione D. Tho. Addit. q. 12. vſque ad 14.

Aureum.

pro differenda morte moriturus. In menſura. Greg. Tanto tempore debet eſſe amaritudo in pœnitentia, quanto delectatio fuit in culpa. Iſta tria requiruntur in pœnitentia ſecundum conuenientiam, non ſecundum neceſſitatem.

S C H O L I A.

Satisfaſtio. A Satisfactione.] Ergo in hoc pœnitentia differt a baptiſmo. De ſatisfactione [vide Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. c. 8. 9. can. 12. 13. 14. 15.] O quàm bene.

De ſingulis partibus ſatisfactionis in communi. Cap. XXX.

Concil. Florē. de Sacramēto pœnitentię. Et Trid. ſeſſ. 14. c. 8 9. can. 12. 13. 14. 15. Addit. q. 15. per lotum.

SAtisfactionis quædam ſunt partes principales, ſcilicet oratio, ieiunium, & eleemoſyna. Quædam vero ſecundariæ: quæ ad has reducuntur: vt vigiliæ, peregrinationes, diſciplinæ. Dicendum ergo quod omnia opera carnem affligentia reducuntur ad ieiunium, omnia verò ſpiritualia ad orationem, omnia autem opera miſericordiæ ad eleemoſynam. Sufficientia partium principalium poteſt accipi reſpectu termini a quo eſt motus ſatisfactionis, quia per ieiunium reuocamur a concupiſcentia carnis, per orationem a ſuperbia vitæ, per eleemoſynam a concupiſcentia oculorum. Alio modo ſumitur iſta ſufficientia ex parte termini ad quem fit ſatisfactio, quia per ieiunium ordinatur homo in ſeipſo, per eleemoſynam ad proximum, per orationem ad Deum. Tertiò modo ſumitur hæc ſufficientia ex parte materiæ de qua fit. Per eleemo-

ſynam enim fit ſatisfactio de bonis exterioris ſubſtantiæ, per ieiunium de bonis corporis, per orationem de bonis mentis. Quarto modo ſumitur hæc ſufficientia ex parte modorum ſatisfaciendi. Fit enim ſatisfactio tribus modis, vel per punitionem, vel per redemptionem, vel per ſupplicationem. Primum facimus ieiunando, ſecundũ eleemoſynas dando, tertium orando. Quinto ſumitur hæc ſufficientia ex parte effectus. Per ſatisfactionem enim tria magna bona nobis proueniunt, ſcilicet impetratio gratiæ, remiſſio pęnæ, expurgatio reliquiarum culpæ. Ad primum videtur valere eleemoſyna propter multiplicitatem interceſſorum, ad ſecundum ieiuniũ, ad tertiũ oratio. A

SCHOLIA.

A Impetratio gratiæ.] Scilicet ſi ſatiſfactio fiat in gratia. Si enim nõ fit in gratia non eſt accepta Deo ad vitam æternam, & conſequenter cũ ſatisfactio noſtra reſpectu Dei ſit per hoc ꝙ accipiatur a Deo, nõ ſatiſfacit Deo. Cõſequenter ergo gratiã, i. gratię augmentũ, ſi non fit in gratia, non meretur; nec abolitionem reliquarum; nec pœnarũ relaxationem. Vnde ſi talis moreretur in peccato illo mortali, in quo facit ſatisfactionem ſibi a confeſſario iniunctam, pœnas in inferno daret etiam pro peccatis ſibi per confeſſionem illam priorem quoad culpam dimiſſis. Satisfactio igitur, vt omnia bona in textu narrata per illam conſequamur, debet neceſſario fieri in gratia. Addit q.14. art.2.] Ibi vide ſanctum Doctorem; & nonnullos in hoc deceptos legens caue, nè & tu decipiaris.

Caſus ſatisfactionis valde penſandus.

De ſingulis partibus ſatisfactionis. Cap. XXXI.

ELeemoſina dupliciter poteſt accipi, aut intentione ſubleuandi neceſſitatem proximi, & ſic eſt opus miſericordiæ: aut intentione recompenſandi pro debito offenſæ diuinæ, & ſic eſt opus iuſtitiæ. Vnde primo modo propriè pertinet ad meritum vitæ. Secundo modo ad meritum dimiſſionis A pœnæ, quia eleemoſyna ſic data propriè eſt ſatisfactoria. De ieiunio quoque ſciendum eſt, quòd in carne duo ſunt, vnum eſt natura, quæ debet ſuſtentari: & aliud vitium, quod debet domari. Ieiunium ergo, quod naturam ſeruat, & vitium domat, bonum eſt, & ſatisfactorium; aliud vero non. Oratio dupliciter habet fieri: aut pro impetratione bonorum, & ſic eſt pars, vel opus contemplationis: aut pro remiſſione malorum, & ſic eſt propriè pars ſatisfactionis.

SCHOLIA.

A Primo modo ad meritũ vitę, ſecundo modo &c. eſt ſatisfactoria.] ſi ſcilicet fiat in gratia. Neque enim meretur apud Deum aliter [vt ſupra cap. 30.] neque ei ſatisfacit. Hinc vides opera pœnalia Sanctorum habere duo; vnum quòd ſunt meritoria, aliud quod ſunt ſatisfactoria. Vnde poterunt remunerari quo ad vnum ſufficienter nunc, & in aliquo operante illa; quo ad aliud autem non remunerata adhuc erunt, neque vnquam in eodem operante (vt qui non ſit capax remunerationis taliter ſumptæ) remu-

Opera bona habent duo

remunerabuntur; quamuis in alio, in cuius gratiam operans ille operatus eſt illa, remunerentur tempore oportuno. Verbi gratia. Paſſiones Apoſtoli (de quibus ipſe. Adimpleo ea, quæ deſunt, paſſionum Chriſti in carne mea; pro corpore eius. quod eſt eccleſia) fuerunt opera bona continentia duo; videlicet meritum, inquantum a charitate ſua procedebant, & ſatisfactionem, inquantum fiebant intētione recompenſandi Deo pro debito offenſæ. Inquantum meritoria, fuerunt plenè iam in Apoſtolo remunerata: inquantum ſatisfactoria, nō potuerunt, nec vnquam poterunt, in eodem remunerari; quia Apoſtolus nō eſt debitor tanti precij ſoluendi pro ſe iuſtitiæ diuinæ: in cuius ſignum B. Iob dicebat. Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas quam patior; quaſi arena maris, hæc grauior appareret. Iob cap. 6. Ne igitur ex hac parte remuneratione fraudarentur (quod eſſet inconueniens:) paſſus eſt illa Apoſtolus pro corpore Chriſti, quod eſt eccleſia, ideſt intentione recompenſandi iuſtitiæ diuinæ pro offenſarum noſtrarum pęnis debitis; ſic ergo remunerantur ipſæ Apoſtoli paſſiones in nobis; quando per eas, nobis a Deo applicatas, ſatisfacimus ei. Nobis autē a Deo applicantur: quando per ſuum vniuerſalem Vicarium, qui eſt Papa, applicantur. Et iſtæ ſunt indulgentiæ. Indulgentiæ igitur ſunt theſaurus non tantum ex Chriſti, ſed & ex ſanctorum, meritis, inquantum ſatisfactoria ſunt, aggregatus; pro ſancta Dei Eccleſia. Non ergo contra culpas directè; Sed directè, contra pœnas ordinantur; ſicut &

Pro indulgētiis columna firmiſſima.

Coloſ. 1.

Diffinitio indulgentiarū: cōtra ſcripturarū inſcios: ſuiq; ventilatores.

ſatisfactio. Vnde in numero ſatisfactionū computantur & iure. [D. Cardinalis Caietanus quod de indulgentiis c.1.2.3. Conciliū Trident. ſeſſ.21.c.9. indulgentias vocat cœleſtes Eccleſiæ theſauros: & Seſſione 25. in Decreto de indulgentiis, ipſarum vſum dicit ſacrorum Conciliorum authoritate eſſe probatum; & eas dicentes eſſe inutiles anathemate notat. [Additio. q.25.26.27. per totum. Roffenſis contra Lutherum ar.17.] ꝙ ſcilicet dependeant indulgentię ex meritis Chriſti, & ſanctorum, egregie probans. Multa catholicè dicta de indulgentiis ab eodem contra eundem videre licet. [articulis 18.19.20.21.22.

De iuſtificatione impij. C. XXXII.

Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 4.7 immo ꝑ totum. De hoc ad longū ſanctus Doctor. 12. q. 113. per decē articulos

IVſtificatio impij eſt motus ab iniuſtitia ad iuſtitiā. In iuſtificatiōe impij quatuor requiruntur, ſcilicet motus liberi arbitrij, contritio, infuſio gratiæ, & remiſſio culpæ. Horum prima duo ſunt ex parte ſuſcipientis, alia verò ex parte agentis. Prædicta autem quatuor ſunt ſimul tempore, non natura. Prioritas autem, & poſteritas, quę ſecundum ordinem naturæ eſt, reducitur aliquo modo ad ordinem cauſę, & cauſati. Inter iſta verò videtur hic ordo cauſalitatis eſſe. Cauſaliter enim motus liberi arbitrij prior eſt aliis tribus, quia requiritur conſenſus voluntatis in huiuſmodi mutatione. Voluntas autem & liberum arbitrium ſumuntur hic pro eodem. Præterea motus iſte appellatur motus liberi arbitrij. Iſte quoque motus, qui per liberum arbitrium conſen-

conſentit Deo vt primo motori, vocatur motus fidei: quia habet aliquid cognitionis, & aliquid affectionis ſicut fides. Dicamus ergo, q motus liberi arbitrij, ſiue motus fidei in Deũ, cauſaliter eſt prior quam motus, quo de peccato quis conuertitur: quia ſicut in generatione peccati prior eſt conuerſio quàm auerſio, cùm cõuerſio cauſet auerſionem: ita in eius deſtructione prior eſt conuerſio ad Deum per liberum arbitrium, quam auerſio a creatura per contritionem de peccato. Quod enim primum eſt in compoſitione, vltimum eſt in reſolutione. Iſti vero duo motus liberi arbitrij, & contritionis ſunt priores quam gratia infundatur, quia ſunt cauſa præparatoria vt gratia detur. Quamuis enim Deus ſine vlla præparatione poſſit impium iuſtificare, tamen requiritur præparatio ex parte noſtra: quoniam ſicut requiritur pręparatio ex parte materiæ in naturali mutatione ad recipiendam formam: ita in mutatione voluntaria, & hoc non eſt ex impotentia agentis, ſed ſuſcipientis: Alia ratio eſt, quia in iuſtificatione peccatoris fit introductio vnius formæ, & expulſio contrariæ: ideo requiruntur prædicta duo, ſcilicet motus liberi arbitrij diſponens ad gratiæ ſuſceptionẽ, & contritio id eſt receſſus a peccato diſponens ad culpæ expulſionem. Gratia verò prius infunditur, quàm culpa remittatur, quia per gratiam culpa remittitur, ſicut in introductione formæ prior naturaliter eſt forma, quæ expellit a parte agentis, quàm illa quæ expellenda eſt, remoueri poſſit. Qualiter autẽ iuſtificatio fiat in inſtãti vel

Vide qũo id verificetur. 12. q. 113. ar. 3.

A

Vbi ſup. in D. Th.

ſucceſſiuè, nota diſtinctionem. Poteſt enim iuſtificatio dupliciter accipi, ſicut & generatio. Vno modo, ut dicat motum ad iuſtitiam cum termino eiuſdem, & ſic fit ſucceſſiue, vt quando ſuccedit ſucceſſiua præparatio. Alio modo poteſt accipi, vt dicat ſolum modo mutationem ſine motu, & hoc modo fit iuſtificatio in inſtanti, & hoc triplici ratione. Prima quia fit virtute infinita & ſimplici, quæ immediate operatur. Secunda eſt, quia fit in ſubiecto ſimplici, ſcilicet in mente. Tertia eſt, quia ipſa forma quæ expellitur, (ſcilicet culpa) non prius expellitur quàm gratia introducatur, ſed omnino in eodem inſtanti ſimplici fit vtrumque.
A Ad quod dicit Auguſt. quod maius eſt iuſtificare impium, quàm creare cœlum & terram: dicendum eſt quod maius eſt quantum ad id quod fit, quia melius eſt; ſed non quo ad modum faciendi. Quamuis autem in iuſtificatione impij ſit reſiſtentia formalis, ſcilicet
B cet contrarij ad contrarium: non tamen eſt ibi reſiſtentia effectiua, qua aliquid reſiſtat agenti, ſcilicet Deo, cuius virtuti nihil reſiſtere poteſt. In iuſtificatione enim impij aliquid eſt ex parte Dei, & aliquid ex parte peccatoris, & aliquid ex parte eccleſiæ. Ex parte Dei ſunt duo, ſcilicet miſericordia, quæ reatum indulget: & iuſtitia, quæ emendam aliquantulam exigit, vel hic, vel in futuro, ſcilicet in purgatorio: hæc ſignificatur per binos diſcipulos, quos miſit dominus in omnem locum quò erat ipſe venturus, tunc quidem corporaliter, nunc autem
Luc. 10. per gratiam & ſpiritualiter. Ex parte peccatoris ſunt etiam duo, ſcilicet amor, & do-
Deut. 24.

lor: hæ ſunt duæ molæ, quibus peccatum conteritur; quæ ſecundum legem non debent Diabolo in pignore obligari. Ex parte eccleſiæ ſimiliter ſunt duo, primum eſt meritum, & præcipuè Chriſti, quod eſt ineſtimabile, & aliorum ſanctorũ, qui fecerunt opera multa ſupererogationis, quæ omnia ſub poteſtate clauium ſunt poſita; vt quod minus eſt in vno membro eccleſiæ, compenſetur in alio. Vnde ſi aliquis non eſt membrum eccleſiæ, non influit in ipſum meritum prædictum. Secundum eſt indulgentia, quam dat eccleſia per Papam, & epiſcopos: tamen vt ipſa indulgentia tantum valeat quantum ſonat, exigitur authoritas, & cauſa, (ſcilicet communis vtilitas) ex parte dantis (exigitur etiam fides formata, & obedientia) ex parte recipientis, (hoc eſt, vt ſoluat id propter quod datur.)

C

SCHOLIA.

A Sine vlla præparatione. Scilicet præuia, (vt in contextu per ſimile de generatione declarabitur:) non autem coexiſtente (vt in conuerſione Apoſtoli Pauli.) Hoc.n. non eſt intelligibile, & implicat contradictionem: q.ſ. forma recipiatur in materia indiſpoſita, & maximè in propoſito. Gratia namque conuertit meam voluntatē libere in Deũ, a bono commutabili eam auertens; impietas autem eam conuertit ad creaturā liberè a Creatore ipſam auertens. Et quomodo non implicat contradictionem, quod impius conuertatur ſic in Deum: niſi a peccato libere reſiliat; niſi per voluntatem ſuam à Deo motam & conuerſionem priorem ad creaturam deteſtetur, & conuerſionem,

Præparatio ad bonum.

nem ſibi oblatam ad creatorem amplectatur? Et quid eſt præparatio ad iuſtificationem; niſi præuenti a Deo noſtri liberi arbitrij motus in Deum per fidem, & in peccatum per abhominationem? [Conc. Tridentinum ſeſſ.6.c.5.6.can.4.1.2.q.112.ar.2.& q.113.art.3.& 4.& 5.

B Aliquid reſiſtat Deo.] Scilicet efficaci reſiſtentia. Nam ex hoc ipſo, ꝙ aliquid videtur per ſuam reſiſtentiam (de qua dicitur ly volui congregare filios tuos, & noluiſti) exire ab ordine diuinæ prouidentiæ ſecundum aliquam particularem cauſam conſideratum, neceſſe eſt: ꝙ in eundem ordinem relabatur ſecundum aliã cãm, ſeu aliã conſiderationem. Verbi gratia. Peccator, qui ſecũdũ vnum ordinem recedere videtur a diuina voluntate, relabitur in ipſam ſecundum alium ordinem: dum ipſe quantum eſt de ſe peccando recedens a diuina voluntate per miſericordiam vocante, incidit in diuinam voluntatem per iuſtitiam ipſum punientem. [1.q.art.9.& q.103.art.7.

An Deo reſiſtere quis poſſit.

C Meritum, & præcipuè Chriſti &c.] Meritum, ſcilicet inquantum ſatisfactoriũ. Vnde eſt idem, quod indulgentia. [ſupra cap. præcedenti. Quando igitur dixit, ly ſecundum eſt indulgentia, ſumit indulgentiam pro executione ipſius indulgentiæ prędictæ; ideſt meriti ſatisfactorij, ſeu theſauri, &c. [Vide ſupra.]

De pœnitentia venialiũ. C.XXXIII.

POenitentia eſt remedium inſtitutum ad expiandum peccatum, cui debetur

pœ-

pœna ſenſibilis. quę cum debeatur peccato nō ſolum mortali, ſed etiam veniali, patet quòd pœnitentia eſt remedium contra vtrunque: quia non eſt ſimpliciter de venialibus, ſed de mortalibus, quia pœnitentia introducta eſt ad reconciliandum amicitiam, quam mortale peccatum tollit. Licet igitur pœnitentia nō ſit de venialibus ſimpliciter, tamen eſt per accidens: & hoc eſt tribus modis. Primò ratione dubij, vt quando creduntur eſſe mortalia. Secundò ratione ſtatuti, vt quando homo, qui tenetur cōfiteri ſemel in anno, non habet niſi venialia. Tertiò ratione periculi, vt quando venialis delectatio ad hoc perducta eſt, ꝙ niſi homo ſe auertat ab ea, trahit in mortale.

Hoc veniale faciliter trahit in mortale:

niſi occaſio, vel periculū, citiùs remoueaт. Caue igitur. &c.

De remiſſione autem venialis peccati ſciendum, ꝙ in duobus caſibus non remittitur. Primus eſt, ſi talis habeat peccatum mortale: quoniam ſine mortali nunquam dimittitur veniale: licet econuerſo poſſit fieri, ſcilicet ꝙ mortale dimittatur ſine veniali. Cum enim peccatum mortale tollat charitatem: quæ vniuerſa delicta operit; conſtat ꝙ exiſtenti in peccato mortali nullum veniale remittitur. Secundus eſt, quando voluntas fixa manet in affectu alicuius peccati venialis determinati, quoniam illud tolli non poteſt; & hoc multiplici ratione. Prima eſt, quoniam omne peccatum remiſſione indiget quo ad duo, ſcilicet quo ad culpam, & quo ad pœnam: ſed non poteſt eſſe remiſſio ſecunda ſine prima, quia quandiu homo culpam habet, debitor eſt pœnæ. Culpa autem conſiſtit in deordinatione voluntatis. Vnde voluntas ſic manēs pertinax re-

Ob hoc pœna dānatorum nunquā remitti poteſt in æternū.

ordi-

ordinari non poteſt, Alioquin duo oppoſi-ta ſimul eſſent in eodē. Alia ratio eſt, quia manente cauſa non poteſt tolli effectus, ſed voluntas inordinata ad aliquid eſt cauſa venialis peccati: vnde manente voluntate fixa in illo, non remittitur ipſum peccatū veniale. Sciendum etiam, ꝙ vnum peccatū veniale bene poteſt dimitti ſine alio, quia peccatum mortale, quod maioris eſt adhærentiæ, poteſt etiam remitti ſine veniali. Alia ratio eſt, quia peccatū mortale ita Deo diſplicet, quod facit ipſum peccantem Deo diſplicere. Sed veniale licet Deo diſpliceat, cùm inordinatum ſit, tamen non facit peccatorem Deo diſplicere: quia per illud non priuatur gratia, ſed obnubilatur, inquantū eius proceſſus ad vlteriora impeditur: & propter hoc vnū veniale non impedit quin aliud remitti poſſit. Tertia ratio eſt, quia venialia non habent connexionem ad inuicem, nec ex parte auerſionis: quia nō auertunt a ſummo bono: nec ex parte conuerſionis: & ideo vnum dimitti poteſt ſine alio. Non eſt autem ſic de mortalibus, vbi non dimittitur vnum ſine alio, quia connexionem habent adinuicem ex parte auerſionis. Quodlibet enim mortale auertit a Deo, licet non habeant connexionem ex parte conuerſionis. Ex prædictis colligitur, quòd vnum mortale non remittitur ſine alio, & ꝙ vnum veniale poteſt remitti ſine alio veniali. Item mortale remittitur ſine veniali, ſed non veniale ſine mortali. Cuius duplex eſt ratio. Prima eſt, quia mortale, & veniale ſe habet ſicut habitus & diſpoſitio, ſed ablato habitu poteſt manere diſpoſitio, & non

Vide infra lib. 7. cap. 21. in Scholijs.

A

Manente habitu, impoſſibile eſt: quòd tollatur diſpoſitio.

non econuerſo. Secunda ratio eſt, quia mortale opponitur charitati, veniale autem feruori eius: ſed ſublata charitate tollitur feruor, & non econuerſo.

SCHOLIA.

A Mortale non poteſt remitti ſine alio.] Hinc eſt ꝙ dimidiata confeſſio nihil valet, immo grauat. [ſupra huius c.25.c.] Hinc habes intellectum verum illius tritiſſimi, cũ ſimilibus, ſ. impium eſt a Deo dimidiam ſperare veniam. Nam vnum veniale ſine alio remittitur. Remiſſio

Per quæ dimittatur peccatum veniale. Cap. XXXIIII.

AD peccati venialis remiſſionem nõ exigitur nouus charitatis habitus, ſed ſufficit nouus motus: quia peccatum non tollebat virtutis habitum, ſed impediebat ipſius actum. Notandum autem quòd peccatum veniale non dimittitur ſine contritione, cuius hæc eſt ratio: quia quandiu voluntas in aliquo veniali fixa manet, nunquam dimittitur: ſed oportet voluntatem ab eo auertere: quod quis prius volebat, & diſplicere ei quod voluit, talis autem diſplicentia dolor contritionis dicitur. Sed ſciendum, ꝙ contritio poteſt accipi tripliciter, ſ. vel in actu, vel in habitu, vel in medio modo. Contritio in habitu non ſufficit ad peccati venialis remiſſionem: quia tunc quicunque haberet pœnitentiæ virtutis habitum, non poſſet habere veniale peccatum: & ſic veniale peccatum nõ poſſet eſſe cum gratia. Contritio quoque in actu appſ[illegible] A

per requiritur, quia ſequeretur ꝙ peccatũ quod quis in memoria non habet, remitti non poſſet: propter hoc requiritur cõtritio medio modo, ſ. vt peccatũ diſpliceat actualiter vel explicitè, vel implicitè. Dico autẽ implicitè, quia talis actus ad hoc ſufficit, ꝙ diſpliceret explicitè; ſi ad illud peccatum veniale cognitio ferretur. Notãdum etiam, quòd tam feruens poteſt eſſe motus charitatis in Deum, quòd omnia peccata venialia cõſumat, etiam ſine actuali cogitatione ipſorum, quia quãdo quis feruenter in Deũ fertur, diſplicet ei quicquid a Deo retardat: & ita, licèt explicitè de peccato veniali nõ cogitet, tamen in illo motu conteritur implicite diſplicentia peccati venialis, vel vnius, vel omnium. Sciẽdum etiam, quòd in contritione de venialibus non exigitur ꝓpoſitum non peccandi venialiter, ſicut in contritione de mortali exigitur: ſed ſufficit ꝙ diſpliceat ei peccatum prȩteritum, & infirmitas qua ad peccatum veniale declinatur: quamuis ab eo omnino immunis eſſe non poſſit: ita tamen quòd voluntas nõ maneat fixa in vno veniali, quia illud ſic retentum non dimitteretur in contritione generali, nec in ſpeciali. & hæc eſt ratio: quia peccata mortalia ſunt in poteſtate noſtra, vt vitentur, nõ ſolum ſingula, ſed etiam omnia: venialia verò, & ſi ſingula vitari poſſunt, nõ tamen omnia: quod ex infirmitate naturæ contingit. Multa ſunt, per quæ tollũtur peccata venialia, quæ per tria comprehenduntur. Primò ſunt omnia illa, quæ gratiã conferunt: vt omnia ſacramẽta Eccleſiæ. Secunda illa, quibus impedimenta feruoris, & gratiæ

Cõtritio de venialib⁹, qualis.

Q̃lio remittãtur venialia.

tiæ tolluntur, ſicut eſt aqua benedicta, quę virtutẽ inimici reprimit, & epiſcopalis benedictio, & alia ſacramentalia. Tertio eſt exercitium humilitatis ex parte noſtra, ſicut eſt tunſio pectoris, oratio Dominicalis, eleemoſyna, ieiunium, & huiuſmodi. Ratio autẽ horum eſt, quia cùm venialia dimittantur per feruorem charitatis, quæ implicitè vel explicitè continet omnia illa, quæ nata ſunt de ſe feruorem charitatis excitare, dicuntur venialia peccata dimittere: talia vero ſunt omnia quæ prædicta ſunt. Vnde cum ſecundum quantitatem feruoris ſit quantitas remiſſionis: patet, quòd prout per enumerata maior vel minor excitatur feruor, qui implicitè vel explicitè contritionem continet, plura vel pauciora venialia dimittuntur, non tamen ſemper omnia.

SCHOLIA.

A Non tollebat virtutis habitũ.] Ideſt charitatem. Nam peccatum veniale nõ eſt deordinatio circa finem, ita ꝙ tollat à ſe uerum finem vltimum Deum; ſed eſt deordinatio circa ea quæ ſunt ad finem: & conſequenter tollit aliquem charitatis actum, (cum actus charitatis ſint ea, quæ ſunt ad vltimum finem aſſequendum) non charitatis habitum. ideo peccans venialiter non dicitur facere contra legem; quia non facit quod lex præceptiua prohibet, nec prætermittit id, ad quod lex per præceptum obligat; ſed dicitur facere præter legem, quia nõ obſeruat in actu ſuo illũ modum rationis, quem lex intendit. [1.2.q.88.ar.1.] Veniale peccatũ.

De extrema Vnctione. C. XXXV.

De hoc ſacramẽto Concilíũ Flo. de ſacramẽtis, & Concil. Trid.ſeſſ. 14.

MEdiator Dei & hominum non ſolum vocatur Ieſus inquantum habet ſaluare, ſed etiam Chriſtus, inquantum habet vnctionis gratiam in alios diffundere: quod ſignificatum fuit in Rege Dauid, qui tribus vicibus vnctus fuit: Primò in domo patris ſui in ſignum regni futuri. Hæc ſignificat vnctionem in baptiſmo. Secundo in Ebron ſuper Iudã: & poſtea multa mala habuit. Hæc ſignificat vnctionem in confirmatione. Tertiò iterum in Ebron ſuper omnẽ Iſrael: poſt hanc autem in pace regnauit. Hæc ſignificat vnctionem in extremis. De ſubſtantia huius ſacramenti ſunt quinque. Primum eſt, ꝙ hanc vnctionẽ faciens ſit ſacerdos. Secundum eſt intentio debita. Tertium eſt materia debita, ſ. oleum infirmorum. Quartum eſt forma verborum, hæc.ſ. Per iſtam Vnctionem &c. quam formam dicere debet inungens. Quintum eſt locus inungendus, quia fit ad oculos, ad aures, ad nares, ad os, ad lumbos, & ad manus. In hoc ſacramento forma verborum eſt deprecatiua: quia iſtud ſacramentum debet valere per orationem eccleſiæ, & per modum ſuffragij. Datur enim ad effectum, quem homo per propria opera poſſet conſequi; niſi infirmitas impediret. Vnde nota, quòd in aliquo ſacramento verborum forma non eſt in ſola oratione, niſi in iſto. Dicit enim Iacobus, cap. 5. Si quis infirmatur, inducat presbyteros, & orent ſuper eum. In quibuſdã verò ſacramentis conſiſtit in ſola pronunciatione

1. Reg. 16
2. Reg. 2.
2. Reg. 5.

A

B

De hoc ſacramẽto vide ad longum D. Tho. Addit. q. 29. vſque ad 33.

Modus ſuffragij quid, apud auctorem.

ſicut in baptiſmo. Dixit enim dominus Matthæi vltimo. Baptizantes eos, non faciens mentionem de oratione. In aliquo autem ſacramento ſecundum quoſdam conſiſtit forma in oratione, & enunciatione, vt in ſacramento pœnitentiæ. Conſueuerunt enim confeſſores primò orare, dicētes. Abſolutionem, remiſſionē, & cætera. & poſtea dicere, Abſoluo te. Illud autem ſacramentū non datur niſi adultis, qui peccata venialia videntur habere, contra quæ inſtitutum eſt: nec datur aliis, quàm infirmis in periculo mortis conſtitutis. Sanis autem non datur hoc ſacramentum: quia habent aliud remedium paratum, ſ. pœnitentiam: nec datur niſi poſtulantibus, qui deuotione ſurſum eriguntur. Et ſi ſæpe poteſt inungi: ſed in vna infirmitate non debet quis bis inungi, niſi eadem infirmitas vltra annum protrahatur, ita quòd in vno anno propter eandem infirmitatem nemo bis inungatur. Effectus huius ſacramēti multiplex eſt, vnus eſt ſanitas, quæ eſt duplex: Vna eſt principalis, ſcilicet liberatio ab infirmitate ſpirituali, quæ contrahitur per peccata venialia, quibus anima debilis efficitur ad exequendum actum gratiæ & gloriæ. Alia eſt vel ſecundaria ſanitas, quæ eſt quaſi effectus, & ſignū prioris ſanitatis, ſ. ſanitas corporalis: & hoc eſt verū, qñ ſanitas corporalis expedit ſanitati ſpirituali. Tunc. n. iſtud ſacramentum cauſat vtrunq; in ſuſcipientibus dignè. Interdum enim vtilis eſt ſanitas corporalis, ſcilicet ad meritum gloriæ cumulandum. Valet etiam ad deuotionem excitandam, & ad velociorem tranſitum ad cę-

lum. In hoc ſacramẽto, ſicut in cæteris, tria ſunt: Vnum eſt ſacramentum tantum, ſ. vnctio exterior. Aliud eſt res tantum, ſcilicet effectus duplicis ſanitatis, vt dictum eſt. Tertium eſt ſacramentum, & res, ſcilicet quædam vnctio ſpiritualis interior, id eſt mentis iucunditas, & ſolatium.

SCHOLIA.

A Sacerdos.] Tamquam proprius miniſter. Non enim debes intelligere per ly presbyteros. B. Iacobum dicere, ætate ſeniores in qualibet communitate, ſed tãtum ſacerdotes ab epiſcopo ritè ordinatos. [Concil. Tridentinum ſeſſ. 14. can. 4. de extrema Vnctione: anathematizans oppoſitum.]

B Oleum infirmorum.] Scilicet oleum oliuæ ab epiſcopo benedictum. Addit. q. 29. art. 4. 6. Concilium Florentinum de extrema Vnctione.

C Conſueuerunt confeſſores &c.] Oratio tamen illa non eſt de forma, neque forma; ſed tantum ly Abſoluo te, vel ly abſoluo te a peccatis tuis. [Concilium Florentinum de ſacramentis, & Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 3. 3. q. 84. art. 3.

De ſacramento ordinis.

Cap. XXXVI.

De hoc ſacramẽto Conc. Florẽ. de ſacramento ordinis: & Cõcil. Trid. ſeſſ. 23.

QVinque ſacramenta de quibus dictum eſt, pertinent ad ſtatum perſonæ. ſed duo, de quibus dicendum eſt, pertinent ad communem ſtatum Eccleſiæ, quia ordo pertinet ad generationem ſpiritualem: matrimonium verò ad generationem carnalem. Ordinem præcedit prima tonſura: quia in omni tranſitu de ſtatu ad ſtatum cõuenienter

tet interponitur aliqua diſpoſitio media. Vnde in tranſitu à ſtatu laicorũ ad ſtatum miniſtrorum Dei conueni enter prima tonſura interponitur. Fit etiam in hac tonſura aliquorum capillorũ reſecatio in modum coronæ: quia in miniſteriũ illius aſſumitur, cui ſeruire, regnare eſt. Eſt itaque duplex ſignum diſtinctũ in ordinatis, ſ. exterius tonſura, & interius character. Ad eſſe autem ordinis tonſura nõ præexigitur, ſed ad bene eſſe: quia diſpoſitio cõgruitatis eſt ipſa tonſura ad ordinem, non neceſſitatis. Hugo de S. Victore ordinẽ ſic deſcribit. Ordo eſt ſignaculũ quoddam, in quo poteſtas ſpiritualis traditur ordinatis, & officium. Hic nota, quòd ſicut in naturalibus dedit Deus ſuperiora corpora in regimen inferiorum, ſic & in ſpiritualibus quoſdam poſuit ſuperiores, quoſdam inferiores, vt illi poteſtatem habeant ſuper iſtos: ſicut ſunt clerici, qui pręſunt in ſpiritualibus, & principes ac iudices ſeculares, qui præſunt in tẽporalibus. De ſubſtantia huius ſacramenti ſunt ſex: Primum eſt poteſtas ordinãtis, quia oportet quòd ſit epiſcopus. Secũdum eſt materia, ſ. vnctio in ſacerdotibus: & tactus illorũ quæ tangẽda ſunt. Tertium, eſt forma verborum. Quartum, eſt ſexus virilis, quia mulier nõ recipit caracterẽ ordinis. Quintũ eſt intentio recta. Sextum eſt, quòd ordinãdus ſit baptizatus, quia baptiſm⁹ eſt ianua omnium ſacramentorum. Quoddam eſt hic ſacramentum tantum, vt viſibile ſignum, quo poteſtas tradi oſtẽditur. Quoddam eſt res tantum, ſ. gratia, quæ confertur dignè recipienti. Quoddam eſt res & ſacramentũ,

tum in capitulis tum ĩ canonibus, ſcitu neceſſaria multa egregiè diſces. Adde dit. q. 34. vſque ad 40.

lum. In hoc ſacramẽto, ſicut in cæteris, tria ſunt: Vnum eſt ſacramentum tantum, ſ. vnctio exterior. Aliud eſt res tantum, ſcilicet effectus duplicis ſanitatis, vt dictum eſt. Tertium eſt ſacramentum, & res, ſcilicet quædam vnctio ſpiritualis interior, id eſt mentis iucunditas, & ſolatium.

SCHOLIA.

A Sacerdos.] Tamquam proprius miniſter. Non enim debes intelligere per ly presbyteros. B. Iacobũ dicere, ætate ſeniores in qualibet communitate, ſed tãtum ſacerdotes ab epiſcopo ritè ordinatos. [Concil. Tridentinum ſeſſ. 14. can. 4. de extrema Vnctione: anathematizans oppoſitum.]

B Oleum infirmorum.] Scilicet oleum oliuæ ab epiſcopo benedictum. Addit. q. 29. art. 4. 6. Concilium Florentinum de extrema Vnctione.

C Conſueuerũt confeſſores &c.] Oratio tamen illa non eſt de forma, neque forma; ſed tantum ly Abſoluo te, vel ly abſoluo te a peccatis tuis. [Concilium Florentinum de ſacramentis, & Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 3. 3. q. 84. art. 3.

De ſacramento ordinis.

Cap. XXXVI.

De hoc ſacramẽto Conc. Florẽ. de ſacramento ordinis: & Cõcil. Trid. ſeſſ. 23.

QVinque ſacramenta de quibus dictum eſt, pertinent ad ſtatum perſonæ. ſed duo, de quibus dicendum eſt, pertinent ad communem ſtatum Eccleſiæ, quia ordo pertinet ad generationem ſpiritualem: matrimonium verò ad generationem carnalem. Ordinem præcedit prima tonſura: quia in omni tranſitu de ſtatu ad ſtatum cõueniẽter

tet interponitur aliqua diſpoſitio media. Vnde in tranſitu à ſtatu laicorũ ad ſtatum miniſtrorum Dei conuenienter prima tonſura interponitur. Fit etiam in hac tonſura aliquorum capillorũ reſecatio in modum coronæ: quia in miniſteriũ illius aſſumitur, cui ſeruire, regnare eſt. Eſt itaque duplex ſignum diſtinctũ in ordinatis, ſ. exterius tonſura, & interius character. Ad eſſe autem ordinis tonſura nõ præexigitur, ſed ad bene eſſe: quia diſpoſitio cõgruitatis eſt ipſa tonſura ad ordinem, non neceſſitatis. Hugo de S. Victore ordinẽ ſic deſcribit. Ordo eſt ſignaculũ quoddam, in quo poteſtas ſpiritualis traditur ordinatis, & officium. Hic nota, quòd ſicut in naturalibus dedit Deus ſuperiora corpora in regimen inferiorum, ſic & in ſpiritualibus quoſdam poſuit ſuperiores, quoſdam inferiores, vt illi poteſtatem habeant ſuper iſtos: ſicut ſunt clerici, qui præſunt in ſpiritualibus, & principes ac iudices ſeculares, qui præſunt in tẽporalibus. De ſubſtantia huius ſacramenti ſunt ſex: Primum eſt poteſtas ordinãtis, quia oportet quòd ſit epiſcopus. Secũdum eſt materia, ſ. vnctio in ſacerdotibus: & tactus illorũ quæ tangẽda ſunt. Tertium, eſt forma verborum. Quartum, eſt ſexus virilis, quia mulier nõ recipit caracterẽ ordinis. Quintũ eſt intentio recta. Sextum eſt, quòd ordinãdus ſit baptizatus, quia baptiſm⁹ eſt ianua omnium ſacramentorum. Quoddam eſt hic ſacramentum tantum, vt viſibile ſignum, quo poteſtas tradi oſtẽditur. Quoddam eſt res tantum, ſ. gratia, quæ confertur dignè recipienti. Quoddam eſt res & ſacramentũ,

tum in capitulis, tum ĩ canonibus, ſcitu neceſſaria, multa egregiè diſces. Addit. q. 34. vſque ad 40.

vt character. Septem ſunt ordines, ſ. Oſtiarius, Lector, Exorciſta, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, & Presbyter, qui omniũ ordinum eſt perfectiſſimus, & terminus aliorum. Illi autem ſunt quaſi ſeptem gradus, quibus aſcenditur ad thronum Salomonis. Actus oſtiariorum eſt cuſtodire locum cõfectionis ſacramentorum ab iis, qui immundi determinati ſunt, id eſt excommunicatis. Actus lectorum eſt legere prophetias. Actus exorciſtarum eſt arcere dæmones, ne dominentur in corpore nondum baptizati, ſcilicet per coniurationes. Actus acolytorum eſt deferre lumen Euangelij in lumine corporali Actus ſubdiaconorum eſt accipere oblationes ab offerentibus, eaſque offerre diacono; legere autem epiſtolam eſt actus eorum conſequens. Actus diaconorũ eſt ordinare Hoſtias in altari: legere autem Euangelium, vel prædicare, eſt actus conſequens. Actus Presbyterorum eſt conſecrare corpus & ſanguinem Chriſti: & eſt actus principalis: alius eſt conſequens, ſcilicet ligare & ſoluere: per quem actum corpus myſticum præparatur vt ſit aptum & idoneum ad perceptionem corporis Chriſti veri. In quolibet ordine character imprimitur: ſed quãdo fiat tunc dicẽdum eſt. Oſtiariis quidem character imprimitur, quando datur eis clauis, & dicitur, Sic agite tanquam rationem reddituri Deo de rebus, quæ clauibus iſtis recluduntur. Lectoribus character imprimitur, cum epiſcopus porrigit eis librum cum debita forma verborum. Exorciſtis verò, cùm dat eis librum exorciſmorũ cum debita forma verborum. Acolytis autem

Etiam tẽpore ſancti Cornelij Papæ, qui fuit Anno Domini 255. omnes hi ordines erant in eccleſia. Vide ſummam Concilio rum in vita ipſius Papæ Sancti, & martyris.

tem in verbis quæ dicit epiſcopus cum dat eis candelabrum. Subdiaconis imprimitur, quando epiſcopus cum forma verborum dat eis calicem vacuum, & cætera vaſa, quorum vſus eſt in confectione Euchariſtiæ. Diaconis, & presbyteris imprimitur, quando epiſcopus imponit manum capiti cum verbis ad hoc ſtatutis. Prædictos autem ordines Chriſtus exercuit. Oſtiariatum, quando ementes & vendentes de templo eiecit. Lectoratum, cùm in medio ſeniorum librũ Iſaię aperiens legit in eo. Exorciſtatum, quando dæmoniacos ſanauit. Acolytatum, quando dixit, Ego ſum lux mundi. Subdiaconatum, quando linteo ſe præcinxit, & pedes diſcipulorum lauit. Diaconatum, quando in cœna corpus & ſanguinem ſuum miniſtrauit diſcipulis, & dormientes Apoſtolos excitauit. Presbyteratum, quando ſe in ara crucis obtulit, & quando in cœna panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum conuertit.

B

Omnes ordines exercuit Chriſtus. ſunt ergo quàm digniſſimi.

SCHOLIA.

A Sexus virilis.] Hinc deteſtanda venit omnino illa hęreſis, quę ponit, etiam mulieres eſſe ſacerdotes. Non enim tantum ſacerdotium ſuſcipere nequeunt, ſed nullos pęnitus ordines; quoniam ſubiectionis ſtatũ mulier habet, (vt patet in ſcriptura ſacra noua, & veteri) qui eminentiæ gradui (Hãc eminẽtiam dicit quilibet ordo) è diametro opponitur. Vnde ſi mulieri exhibeãtur omnia, quæ in ordinibus fiunt, ordinẽ nõ ſuſcipit. [Addit. q. 39. ar. 1 vide ſupra huius c. 27.

Mulier non eſt capax ordinis.

Diaconis, & presbyteris &c.] Præter hoc ꝙ hic textus videtur corruptus vel per iniuriam

iuriam impreſſoris, vel aliunde: qm̄ quo ad inſtrumentum characteris cõfundit hos duos ordines: nunc determinatè dicendum eſt; q̄ ordo ſeu character diaconatus confertur per libri Euangeliorum dationem, presbyteratus verò per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionē. Sic.n. determinatum eſt iam per S. Eccleſiam. Vide Conc. Floren. de ſacramento ordinis. Excuſandus eſt tamen author, ſi habuerit aliam opinionem; quia nondum hoc deciſum fuerat, & circa huiuſmodi diuerſi diuerſa ſentiebāt. [Addit. q. 37. ar. 4. & 5.

De qualitate ordinandorum.
Cap. XXXVII.

Qualitas ordinandorum conſiſtit in duobus, ſ. faciendis & euitandis. Faciēda ſunt hæc: Sit in morib. pudicus: In habitu honeſtus: Cibo & potu temperatus: Competenter, quamuis non eminenter, literatus: Māſuetus & modeſtus: Tonſuram deferat clericalem: Hoſpitalis: Doctor in prædicatione. Reſidentiam faciat in eccleſia ſua, vel beneficio. Corrector vitiorum per virgam diſciplinæ: Exemplum præbeat bonæ vitæ vel famæ: Vnicum ſufficiat beneficium habens curam animarum: Bonus ſit gubernator familiæ. De neceſſitate clericis vitanda ſunt hæc. Omne crimen mortalis peccati: Non litigioſus. Non cupidus: Non luſor: Non negotiator: Non exerceat venationes clamoroſas: Non ſit incõtinens, nec mulieribus cohabitet: Non ſit in commeſſationibus, & tabernis, & fabulis: Non interſit ſpectaculis, niſi honeſtis: Non im-

miſceat

miſceat ſe negotijs ſecularibus: Non debet intendere hiſtrionib. & ioculatoribus: Tabernas non debet intrare, niſi in itinere: Horas non debet negligere: Iuſtum iudicium non debet vendere: Sacramenta eccleſiaſtica non cum pactione, ſed gratis debet dare. Non ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel irregularis: Non apoſtata, non ſit ſimoniacus in ordine vel beneficio, non ſolenniter pœnitens. Ante ordinis ſuſceptionem ſe per confeſſionem præparet. In peccato mortali non accedat. Primam tonſuram nõ negligat. Nullus ordinetur, niſi examinatio præcedat. Non accipiantur ſimul ordines minores cum ſubdiaconatu, nec etiam duo ſacri ordines ſimul, ſed gradatim. Nec per ſaltum accipiat quis ordinem, nec ab alieno epiſcopo, ſed à ſuo. Nec contra epiſcopi prohibitionem, & ſine titulo, nec furtiuè. Miſſam in qua ordinatur, totaliter audiat. Omnia quæ ſunt tangenda in ſuſceptione ſui ordinis vnuſquiſque tangat. Non accedat niſi licentiatus, & præſentatus. Ieiunus à ieiuno accipiat ordines. Non recipiantur nec conferantur ordines niſi temporibus ab eccleſia inſtitutis. Multa ſunt quæ impediunt promouendum etiã ſine culpa, licet non ſine cauſa. Non enim debet promoueri ignotus, nec bigamus, nec neophyt⁹, nec corpore viciatus, nec de illegitimo thoro natus, nec ſeruus, nec obligatus ad ratiocinia; quoniam repellitur ab ordinibus. Ex prædictis patet quòd dignitas clericalis, ſiue ordines non conferuntur à quolibet, nec cuilibet, nec in quolibet loco, nec quolibet tempore.

A

Magna ergo res ẽ eſſe clericum.

SCHOLIA.

Horæ canonicæ.

A Horas] Scilicet quantũ ad officium, & quantum ad modum, & quantum ad obligationem fructuum. De horarum ſubſtantia, ſiue officio, habes exemplum de celebratione Miſ. capitu. presbyter; De modo dicendi officiũ, habes exemplum de celebratione Miſſarũ. cap. Dolentes. Hic nanque dicitur. Diſtinctè præcipientes in virtute obedientiæ; Vt diuinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit, ſtudioſè celebrent, pariter & deuote. Hæc ibi formaliter. Quis non videat, hic præcipi ſub pœna peccati mortalis modus dicendi officium; Nam iſta conſtitutio ad corrigendũ defectum, qui in modo exoluendi illud committebatur, facta eſt (vt in litera clariſſime patet.) Nec erat neceſſe tunc præcipere officiũ, quoniam de dicẽdo iſto iam erat factũ præceptum, in 1. c. huius tituli, incipiente, presbyter. Sicut ergo peccaret mortaliter dicere omittens aliquã horarũ canonicarũ pro officio aſſignatarum, & ſepties mortaliter ſeptẽ illas omittens: ita peccaret mortaliter volũtarie dicẽs inſtudioſe, & indeuote, illarum vnam; & ſepties mortaliter, ſi omnes ſeptem; non quia horas nõ diceret, ſed quia in dicendis illis non ſeruaret modum præceptum. [D. Card. Caie. in Summula. ver. Horæ canonicæ. Tabie. ver. Horæ. nu. 18. Quid ſit dicere ſtudioſè & deuotè, ibi declarat̃ à Card. prædicto.

Nota diſtinctè ꝑ totum, & caue tibi; quoniam ſcriptum eſt, Maledictus oĩs qui facit opus Dei negligenter. Hiere. 48.

De fructibus verò reſtituẽdis, ſcito: quod clerici eccleſiaſtica beneficia ĩ eccleſia Cathedrali poſſidentes, & in choro nõ reſidentes, quotidianarũ diſtributionum dominiũ

non

non acquirunt; & conſequēter ad illarum reſtitutionem tenentur.lib.6.Decret.de clericis non reſidentib.c. 1.] Clerici aũt beneficiũ eccleſiaſticũ habentes horaſq; canonicas non ſoluentes, tantũ pro rata reſtituere tenētur, quantũ ſingulis diebus, quibus horæ fuerunt prętermiſſę, reſpondet.[Concil. Lateran. 2. ſeſſ. c.9.] De officio B. Virginis nota, ꝙ ad illud tenentur, quando dicitur ſecundum conſuetudinem, ſub pœna peccati mortalis illi, qui tenentur ad horas canonicas, & ſicut ad aliud officiũ; quando, & ſicut in cõſuetudine eccleſiæ ſuæ [Tabiena. ver.Horæ cano. Pano. c.1.de celeb. miſſ. Io. de Lign.in Clem.1.co.tit Pet.de Palu.4.diſ. 15.4.4.ar.6.& multi.Sil.ver.Horæ.5.q. Arm. ver. Horæ. nu. 8. — Officiũ B. Virginis.

De ſacramento matrimonij. Cap. XXXVIII.

Concil. Florẽ. de ſacramentõ matrimonij. Concil. Trid. ſeſ. 24. & in capitulus, & in canon. multa neceſſaria dicit. Vide. Addi. q. 41.vſq; ad. 48.

Matrimonium eſt coniunctio maris & fœminæ, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Matrimonium per ſponſalia initiatur, per conſenſum animorum expreſſum per verba de præſenti ratificatur, per carnalẽ copulam conſummatur, & perficitur. Ad hoc autem ſciendum, quòd duplex eſt perfectio: Prima eſt in eſſe ſimpliciter, ſecunda in eſſe completo: ſicut patet in puero, in quo eſt perfectio quantum ad eſſe completum ſecundum quãtitatem, & operationem hominis. Eodem modo dicendũ eſt de matrimonio, in quo duplex eſt perfectio: Prima eſt quæ facit matrimonium, ſcilicet

licet conſenſus animorum per verba de præſenti expreſſus: & ad hanc non exigitur copula carnalis. Secunda perfectio eſt quæ matrimonium conſumat: & ad hanc exigitur carnalis copula. Bonum matrimonij triplex eſt, ſcilicet fides, vt neuter alieno thoro maculetur. Proles, vt ad cultum Dei nutriatur. Sacramentum, vt non diſſoluatur. Licet enim Eccleſia poſſit diuortia propter impedimẽta matrimonij facere, nunquam tamen poteſt nec debet matrimonium quod legitimè celebratum eſt, diſſoluere: quia quos Deus coniunxit, homo non poteſt, quantæcunque authoritatis ſit, ſeparare: tamen ſoluitur matrimonium per mortem. Sciẽdum, quòd duplex eſt cõiunctio in matrimonio, & duplex eſt mors correſpondens illi. Eſt enim coniunctio ſpiritualis per conſenſum animorum, quæ ſoluitur per mortem ſpiritualem, qua homo moritur mundo per religionis ingreſſum. Alia eſt coniunctio carnalis per commixtionem ſexuum, quæ ſoluitur per mortem carnalem. Eſt autem cauſa matrimonij quadruplex, ſcilicet efficiens, vt conſenſus animorum per verba de præſenti expreſſus. Materialis, vt ipſæ perſonæ legitimæ. Formalis, vt benedictio, anuli ſubarratio, & huiuſmodi. Finalis duplex eſt, vna principalis, ſcilicet prolis procreatio, & fornicationis euitatio: quia matrimoniũ non ſolùm in officiũ, ſed in remediũ inſtitutum fuit: licet fuerit primò ſolùm in officium. Alia eſt ſecundaria, & illa eſt multiplex. Vnde verſus.

Hoſtes conciliat, & eo diſcernitur hæres,

Bis

De his bonis additio. q. 49. per totum.

De diuortio. Additio. q. 62. per totũ.

A

De hoc, Addit. q. 61. per totum.

B

Bis ligat, alma notat, ius transfert, auget honorem.

Quadruplex diſtinguitur matrimonium. Primũ eſt carnale inter virum, & mulierẽ. Secundum eſt morale inter Deum & animã. Tertium eſt allegoricum inter Chriſtũ & eccleſiam. Quartũ anagogicũ inter Deũ & animam in eccleſia triumphante per cõiunctionem gloriæ. Poteſt quis accedere ad vxorẽ ſuam quatuor de cauſis, ſcilicet cauſa prolis, cauſa reddendi debitum, cauſa vitandę incontinentiæ. Iſtis tribus cauſis non eſt peccatum. Quartò poteſt fieri cauſa explendæ libidinis: & hoc modo peccatum eſt veniale, vel mortale, ſecũdũ q' libido eſt venialis vel mortalis. Fit autẽ peccatũ in cõiugali coitu quinq; modis. Vnde verſus.

De hoc debito. Addit. q. 64. per totum.

C

Quinq; modis peccat vxore marit' abutẽs.
Tẽpore, mente, loco, conditione, modo.

Nota φ vxor dimiſſa ꝓpter fornicationem recõciliat viro multis modis. Vide verſus.

Vltimo mœchatur, retinet nec cõciliatus.
Abſens proſtituit, ius, fraus reuocant mulierem.

De huiuſ modi reconciliatione. Additio. q. 62. art. 6.

Tria ſunt ornamenta ſponſæ, ſ. anulus in digito, monile in pectore, corona ĩ capite. Primũ ſignat operis puritatẽ, quia in manu eſt opus. Secũdũ, affectus ſinceritatem: quia in pectore eſt affectus. Tertiũ contemplationis claritatẽ, quia in capite eſt perſpicacitas intellectus. Multis de cauſis B. Virgo fuit deſpõſata viro. Primo; vt deſignaret eccleſiam deſpõſatã Chro, q̃ ſimiliter eſt virgo. Secũdò, vt Ioſeph teſtis eſſet integerrimæ caſtitatis eius. Tertiò, vt per Ioſeph origo eius oſtẽderetur: q̃ per viros genealogia texitur.

B. Virgo deſponſata: quia, vide 3. q. 29. per totum.

Quartò, ne infamaretur, ſi generaret non habens maritum. Quintò, nè velut incontinens damnaretur, quia de tribu erat ſacer dotali, & tales comburebantur, aliæ adulteræ lapidabantur. Sexto, vt virgo virili ſolatio ſuſtentaretur. Septimo, vt partus Diabolo celaretur. Octauo, nè Iudæi Chriſtum tamquam illegitimum iuſtè perſequi viderentur. Nonò, ne legi, quæ commendat matrimonium, contrarius dominus videretur.

D De impedimentis matrimonij, Ad. dit. q. 50. vſque ad 61.

Notandum, ꝙ duodecim ſunt impedimenta matrimonij. Vnde verſus.

Error, conditio, votum, cognitio, crimen.
Cult' diſparitas, i', ordo, ligamē, honeſtas.
Si ſis affinis, ſi ſortè coire nequibis.
Hęc ſociāda vetāt cōiugia, iūcta retardāt.

SCHOLIA.

Matrimonium an dirimat.

A Coniunctio ſpiritualis.] Ideſt contractus ratus matrimonij per verba de pręſenti. Quòd enim matrimonium ratum non conſumatum per ſolennem religionis profeſſionem alterius coniugum dirimatur, dicit Concil. Trid. ſeſſ. 24. can. 6. vbi & anathematizat contrarium aſſerentes.

Quando non dirimitur.

B Per mortem corporalem.] Scilicet tātum. Nō ergo propter hæreſim, nec propter moleſtam habitationem, nec propter affectatam abſentiam a coniuge, nec propter adulterium vnius, vel amborum diſſolui poteſt matrimonij rati vinculum. [Concilium Trid. ſeſſ. 24. can. 5. 7.]

C Peccatum eſt veniale vel mortale.] Scilicet ſecundum ꝙ ſtat intra terminos, vel exit terminos coniugales. De hoc, & multis aliis hic dictis pro meliori cap. vide ſup. 3. libri, ca. 21. Vide & D. Cardin. Caietan. in

Summula verſi. Matrimonium. Ibi namq; videbis: ꝙ ex capitibus quatuordecim poteſt eſſe peccatum in vſu matrimonialis cõiugij. Primum ergo caput peccati in vſu coniugij eſt finis. Nam ſi ſola delectationis cauſa fit; peccatum veniale eſt. ſecundum eſt modus innaturalis. Niſi enim ex rationabili cauſa mutetur naturalis modus, ſeruato ſemper vaſe naturali; ſemper eſt peccatum; & ſi modus ſit in tantum exorbitãs, vt impediat poſſe concipere, eſt peccatum mortale; puta quando mulier ſupergreditur virum. Hoc enim videtur valde impedire concipiendi facultatem. Ideo ſi reuera impedit, eſt mortale: ſi non, propè mortale, & ſignum mortalis concupiſcentiæ; niſi rationabilis cauſa excuſet. tertium caput eſt indiſpoſitio menſtruorũ. Quando enim vir vel mulier petunt ſcienter in tempore fluxus naturalis menſtruorum, & eſt præſumptio prolis ſequendæ; tunc eſt peccatũ mortale propter periculũ prolis, quæ communiter (ſecundum medicos) naſcitur defectuoſa. Tab. verſi. Matrimonium. 3. num. 6. aliàs eſt veniale. Quartum caput eſt periculum abortus, aut notabilis nocumenti in coniuge. Nam vita prolis, & ſanitas coniugis, ſunt tanta bona; vt non curare de eis ſit peccatum mortale. Quintum caput negatio debiti. Negare enim debitum coniugale coniugi petenti, eſt peccatum mortale ex ſuo genere, quia eſt iniuſtitia. Excuſatur tamen a reddendo debito coniux, primo ſi non poteſt ſine periculo vitæ, vel ægritudinis; ſecundo, ſi petens fornicationem cõmiſit, vel aliàs ius exigendi debitum perdidit.

Quatuordecim caſus in vſu matrimonij, niſi cauerint ſibi coniuges, accident.

dit. Sextum caput eſt locus duplex, ſ. ſacer, publicus. Committeretur enim ſacrilegiũ, matrimonio vtendo in eccleſia, etiam tempore obſidionis: Nec inconueniẽt coniuges teneri ad caſtitatem ex penuria loci; cum ex mutua abſentia per multos annos, (puta viro occupato in militaribus, vel &c.) ad caſtitatem ipſam teneantur. In publico autem loco, non patitur honeſtas humanæ ſocietatis, id fieri. Septimum caput eſt tempus ſacrum. Vnde non licet petere diebus feſtiuis; ſed venialiter peccatur petendo: quia tunc præcipuè ſpiritualibus eſt vacandum; & licet non teneatur quis tunc omnibus horis orare, tenetur tamen ſe totá die conſeruare idoneum ad orandum. Actus vero matrimonialis ineptum reddit ad ſpiritualia. [Addit. q. 64. art. 5.] Octauum caput peccati eſt conſumare matrimonium ante benedictionem ſolitam coniugum per verba de præſenti. Nonum eſt votum ſimplex caſtitatis. Nam qui vouit peccat ſemper mortaliter petendo, non autem reddẽdo, etiam interpretatiuè exigenti. Decimũ caput eſt adulterium vel proprium, vel alterius coniugis. Si proprium non peccat, ſecundum Cardinalem ibi, ſiue petendo ſiue reddẽdo; ſed ſecundum alios venialiter, & forte mortaliter, peccat petendo. Si ſit alterius coniugis, manifeſtum adulterium, grauis eſt cauſa præſertim maribus. Vir enim vxorem publicè adulteram tenetur corrigere non ſolum verbo, ſed etiam facto: omnibus ſcilicet modis, quibus poteſt, cohibẽdo ipſam ab adulterio; & prouidendo ſcandalo, nè patronus turpitudinis habeatur. Et quia diffi-

Notẽt viri.

cile

cile multū eſt, hæc duo facere, & ſimul vti coiugio illius; niſi caſus occurrat, in quo vtrūque horum ſaluum ſit vtendo coiugio, mortaliter peccat vir vtēdo coiugio illius. Vxor autē ſciens virum publicā concubinā tenentē, & ob hoc dolēs; non ſperās ex hoc, quod cōtineret ſe ab illius cōcubitu, emēdationē eius; faciens ꝙ in ſe eſt, vt maritus corrigatur: poteſt illius coniugio vti: quia ceſſat in ea, tā ratio ſcādali, (nullus.n.putat de cōſenſu ipſius fieri hoc adulterium) quā ratio patrocinij, & participij, ex quo nullā habet viā prouidēdi. Hæc Caietanus. Vndecimū peccati caput eſt abuſus cōiugij. Eſt.n.ſcelus magnū, quo quis abutitur actu cōiugij ad delectationē in opere, ita vt perficiatur opus extra vas naturale; ob hoc maritus Thamar occiſus eſt à domino, Gen. 38. Duodecimū caput eſt impudicitia conſiſtēs in tactibus venereis. Vnde ſciēdum: quod ſi huiuſmodi fiant ratione vſus cōiugij; vt liciti, & quādoque vt neceſſarij, tranſeunt. Si nō propter actū coiugalē, ſed nihil aliud intēditur, ꝗ ſiſtere in huiuſmodi tactibus, ſem ꝑ eſt peccatū. Veniale quidē ſi ſine periculo pollutionis in vtroq; coiuge fiāt; mortale ſi cū ꝑiculo pollutionis. Si.n. ꝑſona experta eſt ſe pollui ex ſimilibus tot, & talib. tactibus, & aduertit periculū, & nō obuiat; neſcio eā excuſare a mortali, etiam ſi pollutio nō ſequatur. Multò magis igitur eſt mortale; ſi huiuſmodi tactus fiūt ex intētione, aut quaſi ex intētione, vt polluātur. Vacātes nāq; huiuſmodi tactibus, nō cogitādo ſi eueniat pollutio, vel nō eueniat, qui tū eſſent cōtēti vt eueniret; hi quaſi intēdūt pollutionē.

Vxores.

Mortale execrandum nimis.

Sint cauti valde; ꝙ & vigilēt in omnibus.

Caſus no tabilis. Nam dant operam actibus illicitis, ex quibus nata eſt ſequi pollutio: iccircoq; imputatur illis, ſic male affectis, tãquam intẽta. Tertiumdecimũ caput peccati, eſt vſus matrimonij clandeſtini. Hoc tantò magis eſt mortale peccatum nunc; quantò magis matrimonia clandeſtina poſt [Concil. Trident. ſunt nulla. ſeſſ. 24 c. 1. de reform. mat.] Quartumdecimum eſt nefandiſſimũ, teterrimũ, atq; ſpurciſſimum peccatum, ſ. cognoſcere vxorem extra vas naturale.

D Impedimenta]. ſ. ab Eccleſia ſine errore conſtituta. [Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 4.] Hic anathematizantur dicentes; ꝙ non potuerit hęc inſtituere impedimenta, vel ꝙ errauerit circa horum inſtitutionem. Multa de hoc ſacramento ſcitu neceſſaria ibi habes; ideo vide illam totam ſeſſionem, etiã quoad reformationem matrimonij.

Deo gratias.

COM

COMPENDII THEOLOGICAE VERITATIS, LIBER SEPTIMVS.

De vltimis temporibus.

De fine mundi. Cap. I.

FINALE iudicium quædã ſunt antecedentia, quędam concomitantia, quædam ſequentia. Antecedentia iudicium tria ſunt, ſcilicet pęnę purgatorij, eccleſię ſuffragia, & perſecutio Antichriſti. Concomitantia iudicium duo ſunt, ſcilicet conflagratio mundi, & reſurrectio corporum. Conſequentia iudicium duo ſunt, ſ. pœna infernalis, & gloria cœleſtis. De quibus per ordinem eſt dicendum.

De purgatorio. Cap. II.

PVRGATORIVS ignis corporeus eſt, per quem tantummodo ſpiritus iuſtorum, qui in hac vita non impleuerunt pœnitentiam, neque ſatisfactionem cōdignā, A affliguntur. Hi qui ſunt in purgatorio, ſpē habent euaſionis, quia ſciunt ſe non eſſe in Inferno: & tamen propter pœnarum magnitudinem hoc aliquando nō aduertunt. Multæ rationes ſunt quare oportet eſſe purgatorium. Prima eſt, quia ſecundum Auguſtinum tria ſunt genera hominum. Quidam ſunt valde mali, quibus non proſunt eccleſiæ ſuffragia. Quidā valde boni, quibus nō ſunt neceſſaria. Quidā nec valde mali, nec valde boni, qui habent venialia, & his debetur pœna purgatorij. Secunda eſt, quia ſicut ſumma bonitas non patitur quòd bonum remaneat irremuneratum, ita ſumma iuſtitia non patitur quòd malum remaneat impunitum. Tertia eſt, quia diuinæ lucis tanta eſt dignitas, quòd eam ſoli mundi oculi cernere poſſunt. Vnde oportet quòd quilibet veniat ad munditiam baptiſmalē antequam cōſpectui diuino præſentetur. Quarta eſt, quia culpa eſt offenſiua diuinæ maieſtatis, & damnoſa eccleſiæ, & deformatiua in nobis imaginis diuinæ. Sed offenſa requirit punitionem, damnum requirit ſatisfactionem, & deformatio expurgationē: propter quod neceſſe eſt, quòd peccato pœna uel hic vel alibi reſpōdeat. Quinta eſt, quia cōtraria cōtrarijs curantur: ſed peccatū orit ex delectatione: vnde debet per pœnā deleri.

Ergo tria ſunt loca animarū ante iudicij diem. Concil. Flor. ante ſeſſ. primam, & poſt, de purgatorio. Concil. Trid. ſeſſ. 6 cano. 30. & ſeſſ. 25. Addit. q. 69 art. 7. Roffenſis cōtra Lutherū art. 37. 38. 39. 40.

leri. Sexta eſt, quia nulli debet negligentia ſuffragari, ſed ſi nõ puniretur talis, videretur in futuro commodum reportare de negligentia pœnitentiæ dilatę. Septima eſt, quia iuſtum eſt, vt ſpiritus, qui contempto ſummo ſubiecit ſe infimo, id eſt peccato, ſubijciatur poſtea inferioribus, ideſt, pęnis. Nota quod animæ poſtquã fuerint in igne ſufficienter purgatæ, ſtatim euolant ad gloriã, & hoc patet multiplici ratione. Primò, quia poſt purgationẽ nulla remanet ad gloriam diſſimilitudo in anima: vnde meritò illi debet iungi. Secundò, quia ianua cęli illis ſemper eſt aperta, qui nullum habẽt obſtaculum. Tertiò, quia neceſſe eſt illos ſpiritus, in quibus eſt charitas ſurſum eleuans, & nihil retardans, ſurſum eleuari ad gloriam. Quartò, quia cùm Deus ſit pronior ad miſerendum, quàm ad puniẽdum, meritò debet purgatos coniungere gloriæ, quos purgandos ſubiecit pœnę. Quinto, quia non punit Deus bis in idipſum. Vnde cùm iſte ſufficienter ſatisfecerit in pœnis ignium, nõ amplius debet puniri in dilatione præmiorum. Sexto, quia poſt purgationem non debet talis eſſe in purgatorio, neque in limbo, quia non eſt de numero illorum puerorum, neque in Inferno: quia non eſt de numero damnatorũ, ergo debet eſſe in cœlo: quia poſt mortem non ſunt alia receptacula animarum. Septimò, quia efficacior eſt charitas, quàm iniquitas, ſed iniquitas ſtatim ducit ad ſupplicia, ergo charitas ſtatim ducit ad præmium. Octauo, quia ceſſante impedimento corpora grauia feruntur deorſum, & leuia ſurſum: & ſic

Conc. Florentin. de purgatorio.

malorum ſpiritus, remoto carnis onere, ſtatim feruntur ad locũ ſuppliciorum propter peccati grauitatem: ſpiritus verò bonorũ, ſi non ſit impedimentum alicuius culpæ, vel pœnæ debitæ, ſtatim feruntur ad locum præmiorum.

S C H O L I A.

Conc. Flo rentino de Purgato.

A Spem habent euaſionis.] Spem. ſ. certiſſimam, & ex parte Dei & ex parte ſui. Quòd, ex parte Dei ſit ſpes illis certiſſima patet: quia finitis pœnis, non amplius puniet; ſed gloriam mox dabit propter rõnes ſubſequentes in capitulo iſto, & maxime propter determinationem totius Eccleſiæ ſanctæ. [Concil. Flor. de Purg.] Hæc autem ſciunt ipſæ aĩæ de Deo certiſſime: alioquin non haberent veram fidem de ipſo; ſed falſam; quod eſt abſurdum, cum ſint in gratia Dei. Quod autem ex parte ſuiipſarum, ſpes eis hęc ſit certiſſima patet; quoniam animę ſe eſſe ĩ Purgatorio cognoſcẽtes, ſe amplius (ſicut verum eſt) non poſſe a gratia excidere, neque vllo modo peccare ſciunt. Nam ſe amplius non eſſe in ſtatu merẽdi, vel demerendi norunt; cùm ſcriptum ſit quoad talem ſtatũ, Venit nox, in qua nemo poterit operari: licèt adhuc ſint in via, reſpectu patriæ cœleſtis. Quòd ſi hæc neſciunt, fide carent; cùm hæc ad fidem pertineant. Quis verò dicat animas illas eſſe infideles? Roffenſis, & optime, contra Lutherum. 38. art. Quòd autem detur Purgatorium, habes in Conc. Tri. ſeſ. 6. can. 30. & ſeſ. 25. c. 1. & Conc. Floren. de Purg. Add. q. 69. ar. 7. ſuper epiſt. 1. Corin. c. 3. in ly ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Armilla. verſ. Purgat.

Securæ ſalutis aĩæ purgatorij: quõ.

Iohan. 9.

His, q cũ pietate dormitionem accepẽrũt: optimam eſſe repoſitam grãm 2. Mac. 12.

De acerbitate pœnæ purgatorij. Cap. III.

IN Purgatorio duplex eſt pœna. Vna eſt damni, de carentia diuinę viſionis. Alia ſenſus, de afflictione ignis: & quantum ad vtrumque, minima pœna purgatorij maior eſt maxima pœna mundi. Iſtud patet de pœna damni: quia affectus, quo deſideratur sũmum bonum poſt hanc vitam ab omnibus ſanctis, intenſior eſt quàm aliquis affectus rei temporalis in iſta vita, maxime cum iã tempus habendi aduenerit, ideo carentia eius moleſtius toleratur. Iſtud etiam patet de pœna ſenſus: quia cum dolor non ſit eſſentialiter læſio, ſed læſionis ſenſus: tanto magis dolet anima, quãtò magis ſentit ſenſitiuum aliquid, Ideo ab igne in ipſa agente maxime affligitur. Ratio acerbitatis pœnæ Purgatorij hæc eſt: quia cum Deus magis quærat emendam, quàm pœnam, plus ponderat in pœnitentia virtutem bonæ voluntatis, quàm pœnam afflictionis. Vnde plus ponderat Deus modicam pęnam volũtariam in præſenti, quàm multo maiorem, non ita volũtariam in futuro, ſicut plus valet modicum auri, quàm multum plumbi. Vnde oportet, vt quod ibi deficit in voluntate, hic ſuppleatur in acerbitate. De igne, qui purgat aĩas, dupliciter eſt loquendum, vel quantum ad id quod mediate aĩas affligit, & ſic eſt corporeus: vel quantum ad id quod proximè affligit, & immediatè, ſic eſt incorporeus. Primo modo dicit ignis verè:

Dictum notabiliſſimum.

Virtus bonæ voluntatis.

Exẽplum

ſecundo modo ſimilitudinariè, ſicut Leo verus, & Leo pictus. Vtrunque tangit Gregorius, quando dicit: In eo ardent, dum ardorem vident. Ille autem ignis corporeus dupliciter poteſt conſiderari. Primò vt eſt inſtrumentum naturæ, ſic agere poteſt in corpus, & non in animam. Secundò prout eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, ſic agit in animam, imprimendo illi ſpeciē ſuam per quam affligitur, quia violenter illa ſpecie informatur. Sicut enim anima ſecundum ordinem naturæ vnitur corpori vt inſtituat vitam, ſic merito ſecundū ordinem iuſtitiæ vnitur igni à quo ſuſcipiat pœnam. Nota quòd dęmones non puniunt animas in purgatorio, ſed illuc eas adducunt; vel etiam aſſiſtunt, vt communiter dicitur. Ex permiſſione tamen Dei dęmones in hac vita quandoque bonos affligunt, ſed hæc eſt ratio, quia in pręſenti durat pugna inter dęmonem & hominem, qui dęmon habet in eo poteſtatem exercitij, ſed poſt hanc uitam non ſic. Vnde & aer iſte caliginoſus eſt aſſignatus dęmonibus magis propter tētandi officium, quàm propter ſupplicium. De locis pœnalibus vbi ſint, & quot, require ſupra lbi.4.c.de deſcēſu Chriſti ad Inferos. Sciendum tamē de loco purgationis, quòd dupliciter aſſignatur. aut ſecundum legem communem, & ſic eſt in vno loco in parte Inferni circa lymbum patrum. Aut ſecundum diſpenſationem ſpecialem, & ſic purgantur animæ aliquando in diuerſis locis, in quibus peccauerunt. Hoc autem fit propter aliquam ſuam releuationē per ſuffragia eorum quibus apparent in illis locis,

vel

B

Exemplū

vel etiam propter aliquam ædificationem viuentium. Ignis autem ille plus vel minus cruciat, ſecūdum ꝙ plus vel minus de com buſtili, ſeu criminali quiſque ſecum tulit. Oportet enim prius quam facies Dei videatur, (ſicut legimus) ꝙ ligna, fœnum, ſtipula, id eſt, maiora, minima, mediocria, & venialia totaliter per cremationē conſumentur. Prædicta verò pœnæ diuerſitas non eſt ex diuerſitate ignis ardentis, ſeu agentis, ſed ſubiecti patientis: ſicut ſub eodem ſole vnus plus æſtuat, alter minus, vt dicit Greg. Neceſſe eſt autem, vt dicit Augu. ꝙ tantùm duret dolor, quantum hęſerat amor. Tanto enim quiſque torquebitur diutius, quanto affectus eius venialibus adhærebat fortius.

1. Cor. 3.

Amor inordinat^ radix totius noſtri mali.

SCHOLIA.

A Primo modo eſt ignis vere &c.] Id eſt licet ſecundum ſe ſit ignis vere corporeus, vt fides catholica tenet, tamen non nocet animæ, niſi apprehendatur ab ea, vt quoddā ſibi nociuum. Ignis ergo apprehenſus eſt proximum affligens; ſed ignis corporeus extra animam exiſtens eſt affligens remotum: vnde ly ſimilitudinariè, (quòd ponitur in littera) & ly Leo pictus, ſignificat prędictam animæ apprehenſionem de igne veraciter corporeo factam; non autem ponūt ignem purgatorij eſſe pictum, vel metaphoricum. Addit. q. 70. ar. 3.

Ignis purgatorius.

B In eo ardent, dum ardorem vident.] Id eſt dum ardorem uidendo experiuntur; ſeu dum ardorem per experiētiam ſibiipſis realiter nociuum uident. Nam idem Greg. in eodem libro quaſi ſeipſum exponēs ait. Colligere ex dictis Euāgelicis poſſumus, ꝙ

Qūo ardent in illo.

iungitur corpori, vt dans ei vitā; quamuis illud ſit ſpirituale, hoc corporale; & ex illa coniunctione vehementer concipit amorē ad corpus; ſic ligatur anima igni, vt accipiens ab eo pœnam, & ex illa coniunctionem concipit dolorē. Item magiſter ſententiarum. [4. diſtin. 44. cap. 7.] recitans quendam Iulianum ait: Si viuentis hominis incorporeus ſpiritus tenetur in corpore; cur etiam non tenetur poſt mortem corporeo igne?] Additio quæſt. 70. articu. 3. quoſ. 2. art. 13. & 3. ar. 23.

De ſuffragijs eccleſiæ. Cap. IIII.

SIcut pertinet ad diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem bonos propter venialia puniri, ita pertinet ad bonitatem diuinę miſericordię eoſdē per ſuffragia releuari. Proſunt ergo ſuffragia defunctis non ad meritum vitæ æternæ, ſed ad ſolutionem pœnę: & hoc vel ad pœnarum mitigationē, vel ad celeriorem liberationem. Sunt autē quatuor modi ſuffragiorum generales, ad quos oēs alij reducuntur, ſcilicet oratio, ieiunium, eleemoſyna, & ſacramentum altaris: quorum numerus ſic accipitur: quoniā defuncti a pœna abſolui poſſunt duobus modis, ſcilicet per viā gratiæ, & per viam iuſtitiæ. Per viam gratiæ dupliciter. Primò per interceſſionem publicam capitis, quæ eſt in oblatione ſacramenti altaris. Secūdò per interceſſionem quaſi priuatam membrorum, ſcilicet per orationes iuſtorum. Similiter per viā iuſtitię, dupliciter: primo per modum redemptionis pœnæ, ſcilicet in eleemoſyna-

De ſuffragijs huiuſmodi. Additio. q. 71. per articulos quatuordecim. Concil. Florē. de Purgatorio. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de purg.

narum largitione: ſecundò per modum ſolutionis pœnæ, ſcilicet in ieiuniorum afflictione. Si autẽ quæritur quando incipiat valere defuncto id quod pro ſe fieri mandauit: dicendum, quòd opus operans, id eſt meritum authoris ſtatim conſequitur mortuum de bonis quæ præcepit pro anima ſua fieri. Sed non opus operatum, id eſt fructus ipſius operis, vſquequo fiant: quia primum valet ex merito abſoluto, ſed ſecundum ex merito conditionali.

SCHOLIA.

A Opus operatum, ideſt fructus ipſius operis.] Si quis ergo reliquiſſet viuis tot ſuffragia pro ſeipſo fienda, & uiui nihil agant ſuffragiorum, ille detinebitur in purgatorio quouſque totam pœnã, quam euaſiſſet per facta ſuffragia, ſoluat per ſemetipſum. Hac ratione tales viui pro mortuis negligentes dicuntur necatores pauperum egentium, ſacrilegi, excommunicandi [3. q.2.qui oblationes el primo, el ſecundo, & quol.6.ar.13.Vnde peccant mortaliter.[Vide Tabienã uerſi. Executor num.16. Armillam verſ. ſuffragia quaſi per totum.] Quòd per ſuffragia releuentur in Purgatorio exiſtentes; & quòd viui ad hęc pro mortuis agenda ſint pie monendi. [Vide in Concil. Trid.ſeſſ.25.c.1.& Conc.Flo.de Purgatorio.

Audiant executores legatorũ pro defũctis: & differẽtes ſuffragia debita ꝑ illis.

Quorum ſuffragia proſint & quibus. Cap. V.

AD hoc quòd valeant ſuffragia, requiritur aliquid ex parte agentis, & aliquid ex parte recipientis. Ex parte agentis requiritur,

ritur, quod ſit in charitate, & quòd intentionem ſuam dirigat ad illos quibus vult vt opera ſua proficiant. Diſtinguendum eſt tamen, quòd ſuffragia per malum poſſunt fieri dupliciter. Vel vt per authorem. & ſic non proſunt niſi fortè per accidens, ſcilicet inquantum per eleemoſynas mali hominis excitantur boni pauperes ad orandum pro defunctis. vel vt per miniſtrum, & hoc dupliciter: quia vel facit ea vt miniſter publicus Dei & Eccleſiæ, ſicut quando ſacerdos malus celebrat Miſſam, vel agit exequias mortuorum, & talia ſemper proſunt: quia malitia miniſtri non nocet operi boni authoris: ſicut patet in domino iuſto dante eleemoſinam per ſeruum malum. Si verò facit ea ut miniſter priuatæ perſonæ, exiſtentis tamen in charitate, ſiue defuncti, ſiue alterius; etiam talia proſunt: quia opus illud, licet ſit mortuum quo ad miniſtrum, nō tamen quò ad authorem. Si verò malus miniſter facit aliqua de mandato eius, qui non eſt in charitate, non proſunt. Aliquid etiā exigitur ex parte accipientis, ad hoc vt ſuffragia proſint illi. Primum eſt, quòd ipſe ſit in charitate. Vnde non valet his qui ſunt in Inferno, quia ſunt à corpore Chriſti myſtico ſeparati: vnde nulla ſpiritualis influentia peruenit ad eos, ſicut nec influentia corporalis valet mēbris à corpore amputatis. Secundum eſt indigentia: vnde non valent beatis, qui non ſunt amplius in via, ſed in termino, nec poſſunt ad altiora aſcendere: ſed potius econuerſo illorum ſuffragia ꝓſunt nobis. Vtrunq; aūt eſt in his qui ſunt in purgatorio, ſ. charitas, & indigētia. Vnde

Addit. q. 71. per diuerſos articulos. Auguſ. in Enchir. c. 108.

Nota totum.

ſicut poteſt homo ſatisfacere pro altero viuente, qui per ſe non valet, ita poteſt etiã pro defuncto. Nota ꝙ ſuffragia proſunt defunctis, ſed magis aut minus, pro diuerſitate meritorum in mortuis; vel pro charitate viuorum, qui magis ſolicitantur pro aliquibus quàm pro alijs. Illa enim ſuffragia, quæ ſpecialiter fiunt pro aliquibus, plus valent illis, quàm aliis, licet etiam aliis aliquo modo communicētur. Suffragia verò, A quæ communiter pro defunctis fiunt, quãuis pro modulo ſuo omnibus proſint, illis tamen amplius, qui dum eſſent in via magis meruerunt vt ſibi prodeſſent. Quamuis autem (vt dictum eſt) ſuffragia non proſint ijs, qui ſunt in cœlo, nec illis qui ſunt in Inferno, tamen aliquo modo proſunt etiã illis. Vnde nota, quòd valent illis qui ſunt in purgatorio, per modum purgationis: valent ſaluatis, qui ſunt in cœlo, per modum coniunctionis, quia multiplicatio ſaluandorum augmentat gloriam accidentalem. Valēt & damnatis in Inferno per modũ diminutionis: quia quanto plures ſaluantur per meritum eccleſiæ, tãto pauciores damnabuntur, & ita minor erit pœna per ſubtractionem conſortij illorum, valent etiam ipſis facientibus per modum meriti: quia cum pro paruulis defunctis celebrantur miſſæ mortuorum, hoc non fit propter illorum indigentiam, cùm ſtatim euolent ad gloriam; ſed propter gratiarum actionem.

Cùm impropriiſſime valeant dãnatis: ſimpliciter, eſſet error, dicere ꝙ valeant talibus.

S C H O L I A.

A Magis meruerunt vt ſibi prodeſſent.] Exercẽdo ſcilicet actus pietatis circa alios defunctos. Nam ſcriptum eſt: eadem menſura

Matth. 7.

ſura

ſura, qua menſi fueritis, remetietur & vobis. Vndè cæteris paribus qui iuuare defunctos (vel dicendo officium mortuorum, vel letanias pro ipſis, vel orationes, vel faciendo eleemoſynas & ſimilia, cum hac intentione defunctos per ea iuuandi) curauerunt in vita: ipſi, tamquam magis in vita iſta hoc promeriti, ſuffragiorum auxilio amplius releuabuntur. [Addit. q. 71. ar. 12. 13. 14. item Quolib. 2. ar. 14. Vis de Purgatorio citiùs exire?

Vtrum indulgentiæ proſint defunctis. *Cap. VI.*

PApales indulgentiæ proſunt defunctis in purgatorio: quod patet, quia crux aliquando dat̃ pro duabus, vel tribus, vel quatuor, vel decem aĩabus. In eccleſia. n. eſt theſaurus meritorum tam Chriſti, quàm perfectorum, de quo ſolus Papa, qui habet claues huius theſauri, pro neceſſitate eccleſiæ poteſt accipere & diſpenſare. Alij autem ſicut epiſcopi, non habent in his poteſtatem generalem, ſed limitatam, & non niſi per ſummi pontificis diſpenſationem. Dicendum ergo, quòd Papa propriè non abſoluit defunctos à pœna, ſed quaſi pro eis de communi theſauro eccleſiæ ſoluit: ſicut aliter creditor liberat debitorem, dum debitorem abſoluit: & aliter amicus debitoris, dum pro eo debitum ſoluit: ſed viuentes vtroque modo abſoluit Papa. Illi autem quibus datur indulgentia, non poſſunt eam vlterius dare neque viuis neque defunctis: & hoc duplici ratione. Primò, quia indulgentia non eſt donum collatiuum gratiæ, ſed priuatiuũ pœnę, priuatio cùm nihil ſit, alijs A

com-

communicari non poteſt. Secundo, quia dare indulgentiam, authoritatis eſt & iuriſdictionis, quam non habent laici, ex eo quòd indulgentias ab aliis recipiunt: vnde non poſſunt defunctis impendere indulgentiā per authoritatem, ſed ſolùm per boni operis ſui ſuffragium per charitatem: Papa verò poteſt vtrunque.

SCHOLIA.

A Proprie non abſoluit defunctos, &c. ſed viuentes vtroque modo] Hoc eſt illud, quod in bullis Papalib. defunctos purgatorio igne leuātibus ſolet dici ly per modum ſuffragij. Modus ſuffragij eſt (vt habes in textu;) quando amicus debitoris pro eo, id eſt viuus pro defuncto debitum ſoluit. Modus autem propriè abſoluendi a pœna eſt; (vt habes ibi) quando creditor liberat debitorem, i. Chriſti Vicarius ſibi ſubditum taliter operantem, a debito pœnali. Patet igitur, ꝙ Papa per modum ſuffragij indulgentiis iuuat defunctos; & vtroq; modo viuos. Non enim mortui perſonaliter exequi poſſunt opera mandata pro Indulgentiis obtinendis, (puta confiteri, ſacram Euchariſtiā ſumere;) licet homo viuus hoc perſonaliter, cum intentione releuandi talem defunctum vigore Indulgentiarum pro ipſis datarum, exequi poſſit. Sed & viui poſſunt opera illa perſonaliter facere, tùm pro ſe, tū pro aliis viuis, per Indulgentias id continētes iuuandis. Si pro ſe tunc faciant, dicūtur propriè abſolui: ſi pro aliis viuis, tunc iſti alij viui dicuntur abſolui per modum ſuffragij. Quòd ſi obiiciatur, ꝙ Papalis authoritas ſibi data per ly. Quodcūq; ſolueris ſuper

Vtrū ſuꝑ defūctos onere leuandos poſſit Papa.

Cauillus

per terrã &c. non ſe extendat ad defunctos; cum hi nõ ſint ſuper terram, vbi coarctatur Petri authoritas: reſpon. ꝙ defuncti, quo ad hoc, ſunt ſuper terram. Non. n. ſuffragiis Ecclesię iuuantur mortui, niſi pro quanto meruerunt [vt in Enchir. c. 18. teſtatur Augu.] dùm hic viuerent, vt his iuuari poſſent poſt mortem. Vnde (vt optimè concludit ille) oẽ meritum comparatur hic, qua poſſit q̃ſpiã poſt mortem iuuari his, vel grauari, (.i. vel non iuuari, vel minus iuuari.) Formaliter ergo dicamus. Defuncti ideo eccleſiaſticis ſuffragiis iuuantur, quia ſunt, quo ad merita ſua, ſuper terram. Quinimmo cum ipſa merita hi nõ acquiſierint, niſi quando perſonaliter erant ſuper terram; fatendum: ꝙ iidem mortui ſunt adhuc perſonaliter, (licet indirecte iuxta narratam) ſuper terram. Quoniam igitur Papę poteſtas ad oẽs extẽditur, qui ſunt ſuper terram; ideò erroneũ eſt eximere totaliter hos mortuos a poteſtate Papæ. Verùm, quia hi non ſunt ſuper terram oĩbus modis directè, quibus viui ſunt ſuper illam; ideo (vt ſingula ſingulis correſpondeant) rectiſſimè dicitur ab authore, ꝙ Papa ſuper defunctos liberandos poteſt vno modo, (.ſ. per modum ſuffragij) & ſuper viuos duobus modis (.ſ. & per modum ſuffragij, & per modum propriè directũ.) [Addit. q. 71. art. 10.] ſcias tamen, ꝙ ibi D. Tho. id, ꝙ author dicit modum ſuffragij (modo declarato,) vocat prodeſſe ſecundario & indirectè: &, quod hic dicit modum propriè abſoluendi, S. Doctor vocat prodeſſe principaliter & directè.] Item Tabiena, verſ. Indulgẽtia, num. 19. Silueſt. verſic. Indulgentia, q. 7.

Egregia ſolutio obiectionis.

Ar-

ſecundo modo ſimilitudinariè, ſicut Leo
B verus, & Leo pictus. Vtrunque tangit Gregorius, quando dicit: In eo ardent, dum ardorem vident. Ille autem ignis corporeus dupliciter poteſt conſiderari. Primò vt eſt inſtrumentum naturæ, ſic agere poteſt in corpus, & non in animam. Secundò prout eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, ſic agit in animam, imprimendo illi ſpeciē ſuam per quam affligitur, quia violenter
Exemplū illa ſpecie informatur. Sicut enim anima ſecundum ordinem naturæ vnitur corpori vt inſtituat vitam, ſic meritò ſecundū ordinem iuſtitiæ vnitur igni à quo ſuſcipiat pœnam. Nota quòd dęmones non puniunt animas in purgatorio, ſed illuc eas adducunt; vel etiam aſſiſtunt, vt communiter dicitur. Ex permiſſione tamen Dei dęmones in hac vita quandoque bonos affligunt, ſed hæc eſt ratio, quia in pręſenti durat pugna inter dęmonem & hominem, qui dęmon habet in eo poteſtatem exercitij, ſed poſt hanc uitam non ſic. Vnde & aer iſte caliginoſus eſt aſſignatus dęmonibus magis propter tētandi officium, quàm propter ſupplicium. De locis pœnalibus vbi ſint, & quot, require ſupra lib. 4. c. de deſcēſu Chriſti ad Inferos. Sciendum tamē de loco purgationis, quòd dupliciter aſſignatur. aut ſecundum legem communem, & ſic eſt in vno loco in parte Inferni circa lymbum patrum. Aut ſecundum diſpenſationem ſpecialem, & ſic purgantur animæ aliquando in diuerſis locis, in quibus peccauerunt. Hoc autem fit propter aliquam ſuam releuationē per ſuffragia eorum quibus apparent in illis locis,

vel

vel etiam propter aliquam ædificationem viuentium. Ignis autem ille plus vel minus cruciat, ſecūdum ꝙ plus vel minus de combuſtili, ſeu criminali quiſque ſecum tulit. Oportet enim prius quam facies Dei videatur, (ſicut legimus) ꝙ ligna, fœnum, ſtipula, id eſt, maiora, minima, mediocria, & venialia totaliter per crematione consumentur. Prædicta verò pœnæ diuerſitas non eſt ex diuerſitate ignis ardentis, ſeu agentis, ſed ſubiecti patientis: ſicut ſub eodem ſole vnus plus æſtuat, alter minus, vt dicit Greg. Neceſſe eſt autem, vt dicit Augu. ꝙ tantùm duret dolor, quantum hęſerat amor. Tanto enim quiſque torquebitur diutius, quanto affectus eius venialibus adhærebat fortius. 1. Cor. 3. Amor inordinat° radix totius noſtri mali.

SCHOLIA.

A Primo modo eſt ignis vere &c.] Id eſt licet ſecundum ſe ſit ignis vere corporeus, vt fides catholica tenet, tamen non nocet animæ, niſi apprehendatur ab ea, vt quoddā ſibi nociuum. Ignis ergo apprehenſus eſt proximum affligens; ſed ignis corporeus extra animam exiſtens eſt affligens remotum: vnde ly ſimilitudinariè, (quòd ponitur in littera) & ly Leo pictus, ſignificat prę dictam animæ apprehenſionem de igne veraciter corporeo factam; non autem ponūt ignem purgatorij eſſe pictum, vel metaphoricum. Addit. q. 70. ar. 3. Ignis purgatorius.

B In eo ardent, dum ardorem vident.] Id eſt dum ardorem uidendo experiuntur; ſeu dum ardorem per experiētiam ſibiipſis realiter nociuum uident. Nam idem Greg. in eodem libro quaſi ſeipſum exponēs ait. Colligere ex dictis Euāgelicis poſſumus, ꝙ Qūo ardent in illo.

incendium non ſolum anima videndo, ſed etiam experiendo patiatur. Hæc ille [Addit. q. 70. ar. 3.]

C Vt eſt inſtrumentum naturæ &c. & vt eſt inſtrumētum diuinę iuſtitiæ, &c.] Non negat ignē ex natura ſua habere ibi aliquā actionem in animam; ſed negat quòd per talem actionē ſolam affligat animam, niſi adiungatur ſibi quod eſt inſtrumentū diuinę iuſtitiæ. Nam ad hoc quòd aliquid ſit inſtrumentum alterius, oportet, quòd actio illius naturalis præſupponatur concurrere; cui actioni poſtea ſuperadditur hoc quòd videlicet agere poſſit in virtute principalis agentis. Verbi gratia. Aqua baptiſmalis actione ſua naturali abluit corpus; & ſic virtute ſuperioris āgetis ipſamet aqua abluit animā. Et Ideo illa aqua dicitur, vt inſtrumentū diuinæ miſericordiæ ſanctificare veraciter animam. Quomodo etiā ſecuris inſtrumentaliter virtute artificis faceret lectum; niſi virtute ſibi connaturali ſecaret ligna? Ad hoc ergo vt ignis ille corporeus, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ veraciter affligat animā, oportet quòd actionem aliquam ſibi connaturalē exerceat prius circa ipſam; & hæc eſt, quòd ignis ille vnitur animæ tamquā locus locato. Quòd autem iſta vnio efficiatur animæ pœnalis (impediendo videlicet eā ab executione propriæ voluntatis; ne poſſit operari vbi vult, & ſecundum quod vult) hoc facit ignis in virtute ſuperioris agentis, ideſt diuinæ iuſtitiæ peccata vindicantis. Ad hæc melius intelligēda, audi Auguſtinū 21. de ciui. Dei. dicentem. Sicut anima in hominis coniunctione

Inſtrumētiratio.

iungi-

iungitur corpori, vt dans ei vitā; quamuis illud ſit ſpirituale, hoc corporale; & ex illa coniunctione vehementer concipit amorē ad corpus; ſic ligatur anima igni, vt accipiens ab eo pœnam, & ex illa coniunctionem concipit dolorē. Item magiſter ſententiarum. [4. diſtin. 44. cap. 7.] recitans quendam Iulianum ait: Si viuentis hominis incorporeus ſpiritus tenetur in corpore; cur etiam non tenetur poſt mortem corporeo igne?] Additio quæſt. 70. articu. 3. quol. 2. art. 13. & 3. ar. 23.

De ſuffragijs eccleſiæ.
Cap. IIII.

Sicut pertinet ad diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem bonos propter venialia puniri, ita pertinet ad bonitatem diuinę miſericordię eoſdē per ſuffragia releuari. Proſunt ergo ſuffragia defunctis non ad meritum vitæ æternæ, ſed ad ſolutionem pœnę: & hoc vel ad pœnarum mitigationē, vel ad celeriorem liberationem. Sunt autē quatuor modi ſuffragiorum generales, ad quos oēs alij reducuntur, ſcilicet oratio, ieiunium, eleemoſyna, & ſacramentum altaris: quorum numerus ſic accipitur: quoniā defuncti a pœna abſolui poſſunt duobus modis, ſcilicet per viā gratiæ, & per viam iuſtitiæ. Per viam gratiæ dupliciter. Primò per interceſſionem publicam capitis, quæ eſt in oblatione ſacramenti altaris. Secūdò per interceſſionem quaſi priuatam membrorum, ſcilicet per orationes iuſtorum. Similiter per viā iuſtitię, dupliciter: primo per modum redemptionis pœnæ, ſcilicet in eleemoſyna-

De ſuffragijs huiuſmodi. Additio. q. 71. per articulos quatuordecim. Concil. Florē. de Purgatorio. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de purg.

ritur, quod ſit in charitate, & quòd intentionem ſuam dirigat ad illos quibus vult vt opera ſua proficiant. Diſtinguendum eſt tamen, quòd ſuffragia per malum poſſunt fieri dupliciter. Vel vt per authorem. & ſic non proſunt niſi fortè per accidens, ſcilicet inquantum per eleemoſynas mali hominis excitantur boni pauperes ad orandum pro defunctis. vel vt per miniſtrum, & hoc dupliciter: quia vel facit ea vt miniſter publicus Dei & Eccleſiæ, ſicut quando ſacerdos malus celebrat Miſſam, vel agit exequias mortuorum, & talia ſemper proſunt: quia malitia miniſtri non nocet operi boni authoris: ſicut patet in domino iuſto dante eleemoſinam per ſeruum malum. Si verò facit ea ut miniſter priuatæ perſonæ, exiſtentis tamen in charitate, ſiue defuncti, ſiue alterius; etiam talia proſunt: quia opus illud, licet ſit mortuum quo ad miniſtrum, nõ tamen quo ad authorem. Si verò malus miniſter facit aliqua de mandato eius, qui non eſt in charitate, non proſunt. Aliquid etiã exigitur ex parte accipientis, ad hoc vt ſuffragia proſint illi. Primum eſt, quòd ipſe ſit in charitate. Vnde non valet his qui ſunt in Inferno, quia ſunt à corpore Chriſti myſtico ſeparati: vnde nulla ſpiritualis influentia peruenit ad eos, ſicut nec influentia corporalis valet mẽbris à corpore amputatis. Secundum eſt indigentia: vnde non valent beatis, qui non ſunt amplius in via, ſed in termino, nec poſſunt ad altiora aſcendere: ſed potius econuerſo illorum ſuffragia ꝓſunt nobis. Vtrunq; aũt eſt in his qui ſunt in purgatorio, ſ. charitas, & indigẽtia. Vnde

Addit. q. 71. per diuerſos articulos. Auguſ. in Enchir. c. 108.

Nota totum.

ſicut

ſicut poteſt homo ſatisfacere pro altero viuente, qui per ſe non valet, ita poteſt etiã pro defunćto. Nota ꝙ ſuffragia proſunt defunćtis, ſed magis aut minus, pro diuerſitate meritorum in mortuis; vel pro charitate viuorum, qui magis ſolicitantur pro aliquibus quàm pro alijs. Illa enim ſuffragia, quæ ſpecialiter fiunt pro aliquibus, plus valent illis, quàm alijs, licet etiam aliis aliquo modo communicētur. Suffragia verò, A quæ communiter pro defunćtis fiunt, quãuis pro modulo ſuo omnibus proſint, illis tamen amplius, qui dum eſſent in via magis meruerunt vt ſibi prodeſſent. Quamuis autem (vt dićtum eſt) ſuffragia non proſint ijs, qui ſunt in cœlo, nec illis qui ſunt in Inferno, tamen aliquo modo proſunt etiã illis. Vnde nota, quòd valent illis qui ſunt in purgatorio, per modum purgationis: valent ſaluatis, qui ſunt in cœlo, per modum coniunćtionis, quia multiplicatio ſaluandorum augmentat gloriam accidentalem. Valēt & damnatis in Inferno per modũ diminutionis: quia quanto plures ſaluantur per meritum eccleſiæ, tãto pauciores damnabuntur, & ita minor erit pœna per ſubtraćtionem conſortij illorum, valent etiam ipſis facientibus per modum meriti: quia cum pro paruulis defunćtis celebrantur miſſæ mortuorum, hoc non fit propter illorum indigentiam, cùm ſtatim euolent ad gloriam; ſed propter gratiarum ačtionem.

Cùm impropriiſſime valeant dãnatis: ſimpliciter, eſſet error, dicere ꝙ valeant talibus.

S C H O L I A.

A Magis meruerunt vt ſibi prodeſſent.] Exercēdo ſcilicet ačtus pietatis circa alios defunćtos. Nam ſcriptum eſt: eadem men- Matth. 7.

ſura, qua menſi fueritis, remetietur & vobis. Vndè cæteris paribus qui iuuare defunctos (vel dicendo officium mortuorum, vel letanias pro ipſis, vel orationes, vel faciendo eleemoſynas & ſimilia, cum hac intentione defunctos per ea iuuandi) curauerunt in vita: ipſi, tamquam magis in vita iſta hoc promeriti, ſuffragiorum auxilio amplius releuabuntur. [Addit. q. 71. ar. 12. 13. 14. item Quolib. 2. ar. 14.

Vis de Purgatorio citiùs exire?

Vtrum indulgentiæ proſint defunctis. *Cap. VI.*

PApales indulgentiæ proſunt defunctis in purgatorio: quod patet, quia crux aliquando dat pro duabus, vel tribus, vel quatuor, vel decem aīabus. In eccleſia. n. eſt theſaurus meritorum tam Chriſti, quàm perfectorum, de quo ſolus Papa, qui habet claues huius theſauri, pro neceſſitate eccleſiæ poteſt accipere & diſpenſare. Alij autem ſicut epiſcopi, non habent in his poteſtatem generalem, ſed limitatam, & non niſi per ſummi pontificis diſpenſationem. Dicendum ergo, quòd Papa propriè non abſoluit A defunctos à pœna, ſed quaſi pro eis de communi theſauro eccleſiæ ſoluit: ſicut aliter creditor liberat debitorem, dum debitorem abſoluit: & aliter amicus debitoris, dum pro eo debitum ſoluit: ſed viuentes vtroque modo abſoluit Papa. Illi autem quibus datur indulgentia, non poſſunt eam vlterius dare neque viuis neque defunctis: & hoc duplici ratione. Primò, quia indulgentia non eſt donum collatiuum gratiæ, ſed priuatiuũ pœnę, priuatio cùm nihil ſit, alijs

communicari non poteſt. Secundo, quia dare indulgentiam, authoritatis eſt & iuriſdictionis, quam non habent laici, ex eo quòd indulgentias ab aliis recipiunt: vnde non poſſunt defunctis impendere indulgentiā per authoritatem, ſed ſolùm per boni operis ſui ſuffragium per charitatem: Papa verò poteſt vtrunque.

SCHOLIA.

A Proprie non abſoluit defunctos, &c. ſed viuentes vtroque modo] Hoc eſt illud, quod in bullis Papalib. defunctos purgatorio igne leuātibus ſolet dici ly per modum ſuffragij. Modus ſuffragij eſt (vt habes in textu;) quando amicus debitoris pro eo, id eſt viuus pro defuncto debitum ſoluit. Modus autem propriè abſoluendi a pœna eſt; (vt habes ibi) quando creditor liberat debitorem, i. Chriſti Vicarius ſibi ſubditum taliter operantem, a debito pœnali. Patet igitur, ꝙ Papa per modum ſuffragij indulgentiis iuuat defunctos; & vtroq; modo viuos. Non enim mortui perſonaliter exequi poſſunt opera mandata pro Indulgentiis obtinendis, (puta confiteri, ſacram Euchariſtiā ſumere;) licet homo viuus hoc perſonaliter, cum intentione releuandi talem defunctum vigore Indulgentiarum pro ipſis datarum, exequi poſſit. Sed & viui poſſunt opera illa perſonaliter facere, tùm pro ſe, tū pro aliis viuis, per Indulgentias id continētes iuuandis. Si pro ſe tunc faciant, dicūtur propriè abſolui: ſi pro aliis viuis, tunc iſti alij viui dicuntur abſolui per modum ſuffragij. Quòd ſi obiiciatur, ꝙ Papalis authoritas ſibi data per ly. Quodcūq; ſolueris ſuper

Vtrū ſuꝑ defūctos onere leuandos poſſit Papa.

Cauillus

per

per terrã &c. non ſe extendat ad defunctos; cum hi nõ ſint ſuper terram, vbi coarctatur Petri authoritas: reſpon. ꝙ defuncti, quo ad hoc, ſunt ſuper terram. Non. n. ſuffragiis Ecclesię iuuantur mortui, niſi pro quanto meruerunt [vt in Enchir. c. 18. teſtatur Augu.] dùm hic viuerent, vt his iuuari poſſent poſt mortem. Vnde (vt optimè concludit ille) oẽ meritum comparatur hic, quã poſſit q̃ſpiã poſt mortem iuuari his, vel grauari, (.i. vel non iuuari, vel minus iuuari.) Formaliter ergo dicamus. Defuncti ideo eccleſiaſticis ſuffragiis iuuantur, quia ſunt, quo ad merita ſua, ſuper terram. Quinimmo cum ipſa merita hi nõ acquiſierint, niſi quando perſonaliter erant ſuper terram; fatendum: ꝙ iidem mortui ſunt adhuc perſonaliter, (licet indirecte iuxta narratam) ſuper terram. Quoniam igitur Papę poteſtas ad oẽs extẽditur, qui ſunt ſuper terram; ideò erroneũ eſt eximere totaliter hos mortuos a poteſtate Papæ. Verùm, quia hi non ſunt ſuper terram oĩbus modis directè, quibus viui ſunt ſuper illam; ideo (vt ſingula ſingulis correſpondeant) rectiſſimè dicitur ab authore, ꝙ Papa ſuper defunctos liberandos poteſt vno modo, (.ſ. per modum ſuffragij) & ſuper viuos duobus modis (.ſ. & per modum ſuffragij, & per modum propriè directũ.) [Addit. q. 71. art. 10.] ſcias tamen, ꝙ ibi D. Tho. id, ꝙ au thor dicit modum ſuffragij (modo declarato,) vocat prodeſſe ſecundario & indirectè: &, quod hic dicit modum propriè abſoluendi, S. Doctor vocat prodeſſe principaliter & directè.] Item Tabiena, verſ. Indulgẽtia, num. 19. Silueſt. verſic. Indulgentia, q. 7.

Egregia ſolutio obiectionis.

Ar-

Annilla, verſ. Indulgentia. num. 19. D. Cardinalis Caietanus Opuſculo de Indulgentijs, cap. vlt. Idem habet circa Indulgentias Eccleſiæ conſuetudo. Eccleſiæ autem conſuetudo [22. q. 10, art. 12.] maximam habet authoritatem, quæ ſemper eſt in omnibus æmulanda; quia & ipſa doctrina Catholicorum Doctorum ab eccleſia authoritatem habet: vnde magis ſtandum eſt authoritati eccleſiæ, quàm authoritati vel Auguſtini vel Hieronymi vel cuiuſcunque Doctoris. Hæc ille formaliter. Contrarium eſt Lutheri articulus 22. Contra quem vide Roffenſem ibi, & ar. 19. 20. 21.

De aduentu Antichriſti.
Cap. VII.

Et ꝑ modum ſuffragij, & ꝑ authoritatem (mõ ſupra hic dicto,) iuuare põt đ functos Papa, ꝑꝑ ly vtrumque.

A

2. Theſſ. 2

ANtequam dominus veniat ad iudiciũ, regni Romani fiet deſtructio. Nam ſicut dicit gloſa ſuper Apoſtolum. Prius erit diſceſſio ab vtroque imperio, qua completa aderit Antichriſtus. Hic ex parentum ſeminibus concipietur: ſed poſt conceptũ deſcẽdet ſpiritus malignus in matris vterum, cuius virtute & operatione deinceps puer naſcetur, aletur, adoleſcet: propter quod & filius perditionis vocabitur. Naſcetur autẽ in Babylonia de tribu Dan, ſicut dicit gloſa ſuper Apocalypſin. Poſt hoc veniet in Ieruſalem, & circuncidet ſe, dicens Iudæis ſe eſſe Chriſtum illis promiſſum, vnde plebs Iudæa ſpecialiter ei adhærebit, ſicut dicit Haymo ſuper Apocalyp. donec Enoc & Helia prædicantibus, qui ex illis fuerint ſaluandi, ad

di, ad Chriſtum reuertātur. Angelus bonus deputabitur primò Antechriſto ad cuſtodiā: ſed quādo ita obſtinabitur in peccato, quòd dicet ſe eſſe Deum, & extollet ſuper omne id quod dicitur Deus, aut colitur, ſicut dicit Apoſtolus, tunc primò deſeret eum Angelus ex toto, nec habebit eum poſtmodum ad protectionem, ſed accuſationem. 2. The. 2. ſupra. 2. lib. c. 18. in Schol.

SCHOLIA.

A Ab vtroque imperio.] Scilicet temporali, & ſpirituali. Temporale imperium eſt quo temporalibus regnis dominatur Imperator Romanorum: ſpirituale imperium Romanum eſt, quo Chriſtus animas noſtras ſpiritualiter inhabitando regit; & hoc eſt radicaliter fides catholica. [Concilium Trid. ſeſſ. 6. cap. 8. Quia vero huiuſmodi fides maximè viget in capite Homogeneo Eccleſię, quòd ex inſtituto diuino, [24. q. 1. Rogamus.] Romæ reſidet: ideò hoc imperium ſpirituale dicitur Romanū, fides Romana, Eccleſia Romana. Qm̄ autem plurimi tp̄e vicino Antichriſto diſcedent a fide, paucique in fide remanebunt; ideò dicitur, quòd tunc diſceſſio fiet a fide eo modo, quo parū pro nihilo reputatur. Impoſſibile enim eſt quòd fides catholica, ratione cuius (vt patet ex Matthæi vltimo contextu) ſe futurum nobiſcum omnibus diebus vſque ad conſumationem ſeculi, dicit Chriſtus, omnino deficiat. Quid? Etiam tempore ipſo Antichriſti erit, ſecundum Auguſtinum 20. de ciuit. Dei fidei propagatio, ideſt aliqui de nouo ad fidem catholicā conuertētur: licet quia tales erunt, præſertim cōparatiuè. pauci, illud fore tēpus propagationis a quibuſdā negetur. 1. Tim. 4. 2. Theſ. 2. Non pōt totaliter deficere fides catholica; quibuſcūque in cōtrariū non obſtantib.

getur.

getur. [Opuſculo.9.q.36. [Pro Matthęi vltimo ſupradicto capite intelligendo, nota. Numquid non id contextu ibi, cū dominus mittit Diſcipulos ad baptizandū (quod eſt ſacramentum fidei) & docendum (doctrinam ſc.l.cet fidei,) ſermo fit ad litteram de fide? Vtique. Quando igitur dominus ſubinſert ly. Ecce ego vobiſcum ſum &c. loquitur de exiſtētia ſui per fidem. Quaſi dixerit. Fides a vobis per omnes gētes diſſeminanda, per quam ego habito in cordib^9 veſtris, omnibus diebus vſque incluſiuè ad conſumationem ſeculi durabit: & quidē mirabiliter.(Hoc denotat ly. Ecce; quod eſt aduerbium admirationis cuiuſdā emphaticum, ideſt quibuſcumque, quæ multa erunt, in contrariū nō obſtantibus) Si ergo omnibus diebus nobiſcum perſeuerabit fides: vtiq; nec hora erit, nec dimidia, nec pūctum, nec puncto minus; in quibus non reperiatur fides nobiſcum, ideſt cum eccleſia catholica. Alioquin nō foret nobiſcum omnibus diebus. [Hi ſunt 24. horarum plenarum:] Sed omnibus diebus trūcatis ac diminutis. Fremat ergo Antichriſtus, fremant omnes partes inferi. Non præualebunt aduerſus eam.

De vita Antichriſti.

Cap. VIII.

ANtichriſtus erit luxurioſus, & in cōcupiſcentijs fœminarū: vt habetur Dan, 11. In aperto tamen per hipocriſim ſimulabit ſanctitatem, vt facilius decipere poſſit. Cor ſuum per ſuperbiam magnificabitur, ſicut dicitur Dan.8. Contra principem principum conſurget, ideſt contra Deum. Et vt

dicit

dicit gloſa ſuper Danielem cap. 8.in tãtam eleuabitur ſuperbiam,quòd leges, & ceremonias mutare conabitur, vel curſum temporum.Tantæ quoque præſumptionis erit, quòd non putabit ſe à Deo puniendũ,propter hoc quòd iudicium differtur. Pſalm.10. Auferũtur iudicia tua à facie eius.Erit etiã blaſphemus,ſicut Apocalyp. 12.dicitur.Vnde Daniel vndecimo, Aduerſus Deum deorum loquetur magnifica.Item ad maiorem Dei cõtumeliam faciet imaginem ſuã adorari, & omnes ſuo Charactere ſignari in manu dextera, & frontibus ſuis,ſicut habetur in Apocalyp. Confitebitur enim ſe verum filium Dei,& filiũ hominis: Ita vt in templo Dei ſedeat tanquam ipſe ſit Deus, & ſe faciet adorari.Iudæi namq; templũ, quod Romani deſtruxerunt,reædificabunt. Affirmabit ante ſe nullum fuiſſe Chriſtum, ſed Antichriſtos fuiſſe. Dicitur enim in gloſa ad Coloſſenſes ſecundo,quòd ſicut in Chriſto omnis plenitudo diuinitatis habitat, ita & in Antichriſto plenitudo omnis iniquitatis: quia in ipſo erit caput omnium malorum Diabolus. A

De Antichriſto multa vide in Doctoribus ſuper 2. Theſſ.2. ſuper Daniele͂, ſuper Pſalmum, & Apocal. capitulis in textu allegatis.

Huius figura ſũt Hæretici, cum de vero Chriſti Vicario ſic obloquunt.

SCHOLIA.

A Plenitudo omnis iniquitatis: quia in ipſo erit.] Scilicet, quantum ad omnem effectum malitiæ ſuæ, non autem perſonaliter; ob hoc dicitur etiam homo peccati, filius perditionis, caput malorum omniũ. Ergo ly ſicut, & ita dicunt aliqualem ſimilitudinem; non parilitatem. Neque enim Antichriſtus erit Diabolus perſonaliter; ſicut Chriſtus homo eſt Deus perſonaliter. [3.q.8.art.8.

De quatuor modis quibus decipiet. *Cap. IX.*

Doctores, vbi ſupra.

Hunc primum modum Antichriſti A figuræ hę ret. mordicus ſernāt: cùm falſis ſenſibus deprauant Euangelij legem: immo & aliàs ſanctas ſcripturas. 2. Petri. c.3.

De falſis Antichriſti miraculis vide Apoſtolum 2. Theſſ. 2.

MErito comparatur Antichriſtus Geneſis xlix. Ceraſti, qui eſt ſerpens cornutus: quia quatuor cornibus armabitur, ſcilicet callida perſuaſione, miraculorũ operatione, donorum largitione, & tormẽtorum exibitione. Primus ergo modus ſubuertendi homines erit callida perſuaſio. Prædicabit enim legem nouā prauam eſſe, & legem Chriſti pro poſſe deſtruet. Prædicatores.n. illius diſcurrent per vniuerſas partes mundi. Impedient quoque Apoſtoli Antichriſti ne ſcriptura ſecundum veritatem exponatur à catholicis doctoribus, vel a fidelibus audiatur: ipſi autem bonos ſe ſimulabunt, & tamen mala ſuadebunt. Secundus modus ſubuertẽdi erit per falſa miracula: quia per artem magicam illa faciet. Vnde gloſſa ſuper Apocalypſis decimumtertium. Magica arte ſtatuam faciet loqui, & futura prędicere: faciet, ſicut dicitur Apocalypſis. 13. Ignem de cœlo deſcendere in terram. Glo. id eſt, malignum ſpiritum faciet ſuper ſuos deſcendere, vt loquantur varijs linguis. Spiritus enim malignus deſcendet in eos in conſpectu hominum, ſicut ſpiritus ſanctus deſcendit in Apoſtolos Chriſti. Vnde iactabunt ſe eſſe meliores Apoſtolis Chriſti, qui ſpiritum acceperunt in conclaui. Item per artem magicam ſimulabit ſe mortuum, & feretur a dæmonibus in aera; quaſi aſcēdat in cœlũ: & ſic putabitur ab omnibus reſurrexiſſe,

rexiſſe, qui prius mortuus putabat: & tunc mirabuntur populi, & adorabũt eum atque laudabunt: Eccleſia verò non faciet tunc miracula. De hoc modo decipiendi dicitur Pſalmo decimo. Inſidiatur in abſcondito, quaſi Leo in ſpelunca ſua. Gloſa. Recte Antichriſtus comparatur leoni exiſtenti in ſpelunca: quia in eo vis, & dolus operatur. Vis enim per leonem, dolus per ſpeluncam intelligitur. Gregorius, Penſemus quę erit humanæ mentis illa tentatio; quando pius martyr & corpus tormentis ſubijciet, & tamen tortor ante eius oculos miracula faciet. Sicut enim Antichriſtus finget ſe a mortuis reſurgere, ita etiam finget ſe ad cęlum aſcendere. Apocalypſis decimotertio, Et plaga mortis eius curata eſt. Glo. Arte magica aſcendet Antichriſtus in aera ferentibus eum dæmonibus. Faciet arbores citò florere, & areſcere, mare turbari, naturas in diuerſas figuras mutari, mortuos etiam in cõſpectu hominum ſuſcitabit. Tertiò decipiet per munera. Ipſe nanque Antichriſtus inueniet theſauros abſconditos, per quos ad ſequendum ſe inclinabit plurimos. Ditabit enim diuites huius ſeculi, & tũc eorum falſam fęlicitatem ad decipiẽdum alios oſtendet. Quartò compellet per minas & tormenta, quos aliter vincere non poterit. Tanta verò, ſicut ait dominus, tũc erit tribulatio, vt in errorem ducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi: & hoc innuitur Apocalypſis primo, vbi dicitur. Pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardẽti. Per pedes, vltima Chriſti membra, per caminum verò, vehemens tribulatio deſignantur. Exhibebit

loquentem. Sic Simõ magus ferebatur ĩ cœlum. Vide vitas Beatorum Petri & Pauli, ſcriptas in legendario Voraginis.

enim cuncta quæ in præcedentibus martyribus impleta ſunt genera tormentorum, ſed in illis regionibus tunc fideles maximè ſunt vexandi, & vehementius, vbi dominus fuit crucifixus. Et dicit Haymo ſuper Apocal. Illa tentatio non per partes, ſed ſimul totum examinabit mundum. Soluentur enim dæmones, qui modò ligati ſunt, ne poſſint nocere quantum vellent. Fideles quoque illo tempore non prædicabunt, quia tamquam excommunicati habebuntur tunc boni. Nihil vendetur eis, nec emetur ab eis, niſi habeant characterem, id eſt ſignum aliquod ad literam, vt adhęrentes ſibi cognoſcantur, & alij interficiantur. Aut nomen beſtiæ, id eſt confeſſionem oris: aut numerum nominis eius, id eſt multiplicationem operum, vt habetur in Apocalypſi. Antichriſtus autem ſicut erit crudelior omnibus perſecutoribus: ita ſancti tunc temporis fortiores erunt omnibus retro martyribus.

Apoc. 19. 20. 16. 17. & 1.

Excipe Apoſtolos: & cō muniter authorē loq. ſcias,

SCHOLIA.

A Ne ſcriptura ſecundum veritatem exponatur.] Vide in toto capitulo Hæreticos fuiſſe, & eſſe, figuram Antichriſti, anthonomaticè dicit, & conſequenter huiuſmodi rectè vocari a B. Ioanne Apoſtolo Antichriſtos: Nunc (inquit) Antichriſti multi facti ſunt. Ecce, per ly nunc: quòd tempore etiam Iohannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, inueniebantur Hæretici. Cæterum ne quando errares in cognitione Antichriſtorum horum, accipiendo vnum pro alio, puta Papiſtas (vt aiunt) pro Lutheranis, Caluiniſtis, Vgonottis, & ſimilibus, vel e-

Antichriſti figura los.

con-

conuerſo: diligentiſſimè ad litteram planiſſimam idem Apoſtolus ibi declarauit per ipſorum claram diffinitionem, qui nam eſſent Antichriſti illi. Ex nobis inquit prodierunt, ſed non erant ex nobis: Si .n. fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. Quis loquitur? Apoſtolus, & (vt verũ fatear) in perſona omnium Coapoſtolorũ; vnde dicit ly ex nobis. Quomodo ly Antichriſti prodierunt ex Apoſtolis? Quia prius erant cum illis (non aliter, vt patet, non poſſent ex ipſis prodire.) & poſtea cum ipſis eſſe deſierunt. Qua ratione dicuntur fuiſſe cum ipſis; & poſtea deſiiſſe eſſe cum illis? Ratione intelligentiæ veritatis ſcripturarum. Hoc patet ex ipſo eiuſdẽ capituli contextu, qui ſemper vſque in finem nominat veritatem, cognitionem, ly noſtis, ly ſcientibus, &c. Vide tu, quæſo illud. Quando igitur huiuſmodi Antichriſti intelligebant ſcripturas conformiter ad Apoſtolos, erant cum Apoſtolis: quando vero intelligere cæperunt ſcripturas diſformiter ab Apoſtolis, tunc primum prodierunt ex ipſis; ideſt deſierũt eſſe cum illis. Quid igitur clarius, quàm ſine errore cognoſcere Antichriſtos? Vide ipſorum intelligentiam, vide Apoſtolorũ intelligentiam: ſi concordant cũ Apoſtolis, tunc non ſunt Antichriſti; ſi ab eis in ea diſcordant, tu ſine dubio Antichriſtos ipſos iudica. Diffinitiones itaque amborum tibi dat ipſe B. Apoſtolus; vt cum omni firmitate in eos ab inuicem diſcernendo, quibuſcumque in contrarium nihil obſtantibus, procedas. Ecce ex textu diffinitio. Catholicus, ſeu non Antichriſtus eſt; qui per-

Diffinitio Hæreticorum, propria.

Bona notatio.

Diffinitio vera catholicorum.

manet nobiſcum(ideſt qui nobis Apoſtolis conformis eſt in ſenſu ſcripturarum.) Ergo (vt apertior fiat ſupradicta prima definitio) quid eſt Antichriſtus? Eſt is, qui ab Apoſtolis eſt difformis in ſenſu illarum. Cæterum quis dicat. Vbi ſunt Apoſtoli nũc; ſi mortui ſunt? Adhuc in mũdo viuũt ſm̃ aliquid ſui, i. ſm̃ authoritatẽ. Alioqn aut eccleſia Chri nõ eſſet, aut ędificiũ maneret ſine fundamẽto, cũ Petrus Apoſtolus ſit eccleſiæ ſanctæ fundamentum, dicente Chriſto, ſuper hanc petram, ideſt ſuper te Petrũ[ſic textũ Matt. 16.]exponunt ſancti Patres & Græci, & Latini. Chryſoſt. hom. 55. ſuper Matt. Magnus Baſilius lib. 2. aduerſus Eunomiũ, Origenes hom. 5. ſuper Exodum, Hilarius interpretãs illa verba ſuper Matt. Cyprianus in epiſtola quadã ad Quintinum; Hieronymus ſuper Matth. Ambroſius ſermone 47. de fide Petri; Auguſt. libro contra epiſtolam Donati, Greg. lib. 6. epiſtola 37. ad Eulogium; Beatus Leo in ſermone ſuę aſſumptionis. De his, & alijs, vide Roffenſem contra Lutherũ art. 5. O quàm egregiæ.]ſuper te inquam, Petrum fide tali indutum ędificabo eccleſiam meã. [Vide ſupra lib. 5. c. 43. Petro autem viuente ſic, (vt neceſſariũ eſſe deduximus) oẽs Apoſtoli quodãmodo in eo viuere dicuntur; inquantũ ſenſus omnes corporis in capite reſident, & ibi omnis membrorũ quorũlibet perfectio fundamẽtaliter exiſtit. Hucuſque omnia clara. Cęterũ qs replicet. Vbi Petrus; vbi ſedes, ideſt authoritas Petri? Romæ, &, iuſſu quidẽ domini. Romæ. 24. q. 1. Rogam⁹.

Si Romæ ergo eſt Petrus, ſiue ſedes Apoſtolica etiam nunc; clarius meridiana luce

reſtat: & quòd vere Antichriſtus eſt, quicũque ſenſui ſcripturis a Petro dato non conſentit; Et ꝙ verè Catholicus eſt, quicumq; in intelligendis ſcripturis Petro conformatur. Impoſſibile igitur eſt, Papiſtas (vt quidã nominant,) quãdiu Papiſtæ manſerint, eſſe Antichriſtos; & multò magis impoſſibile eſt, Romanũ Pontificem ſeu Papã, dum Papa mãſerit, eſſe Antichriſtũ. Rurſus propter eandẽ authoritatem Ioãnis impoſſibile eſt: non Papiſtas, quamdiu ſic manſerint, non eſſe Antichriſtos; & multo magis impoſſibile eſt, capita non Papiſtarum, quamdiu cõtra Papam manſerint, nõ eſſe Antichriſtos. In his tñ oĩbus ſemper præ oculis habẽdum eſt, quod & ſupra tetigimus.) Beatum videlicet Ioannẽ Apoſtolũ nõ de moribus, ſed de intelligẽtia veritatis, in prædictis horũ diffinitionibus feciſſe mentionẽ. ex quo vtiq; facto ſuo nos hæc duo mira docere voluit; primũ, quod aliquis verè catholicus remanẽs vere catholicus poteſt, quo ad mores alios eſſe ſcæleſtiſſimus; Secundũ ꝙ verè Antichriſtus remanẽs verè Antichriſtus poteſt quo ad mores eſſe inculpatiſſimus. Vnde ex morũ diſſolutione vel honeſtate nõ licet iudicare iſtũ eſſe pro certo catholicũ, vel Antichriſtũ; Sed ad veras ipſorũ, quę præmiſſę ſunt, ſemper diffinitiones recurrere pro veritate hac manu tangenda oportet. Quis enim tàm excors, vt vel dicat ſiue dubitet aliquam rem (puta Petrum) habentem diffinitionẽ hominis, non eſſe hominem, etiã ſi totus mundus Petrum eſſe hominem negaret; vel dicat ſiue dubitet aliquam rem (puta ranam) non habentem diffinitionem hominis

Radix erroris multorum e〈x〉 multa ignorãtia legentiũ ſcripturas ſacras procedens.

Videant ergo hæc ĩtimius: ne damnentur.

hominis eſſe hominem, etiam ſi totus mũdus ranam eſſe hominem affirmaret? Propter noſtrum enim affirmare, vel negare, nihil [teſte Philoſopho] mutatur in re: ſed ipſum quod quid eſt, eſt principium verum cognitionis rei. Aliqua huc ſpectantia [vide 2.2. quæſtio. prima, articulo decimo & vndecimo, articulo primo & ſecundo.] Recolere debent & ſupradicti à moribus ad fidem arguentes, vt ſuum quandoque errorē diſcurſus agnoſcant: quòd in domo Petri, quam tamē Dominus relictis alijs introiuit, erant, & febres, & magnæ; nec tamen ex hoc fieri non poterat, quòd non eſſet domus Petri. Quid domus Petri? Eccleſia Petro credita. Quid febres, & magnæ? Morum (ſi quæ ibi ſunt) inordinationes, & magnæ; vt obijcitur ab hominibus ſupradictis. Quid inde? Non tamen propter hoc deſinit eſſe domus Petri. Etenim per fidem veram, licet informē, conſtituitur quis in eſſe Chriſtiano [Concilium Tridētinum ſeſſione ſeſta, cano. 28.] Ex eo igitur, quod quis peccatis mortalibus irretitus exiſtat, inferri non poteſt, ipſum non eſſe Catholicum: modo veram fidem is extra Charitatem exiſtens retineat. [Secundum ergo Tridentinum Concilium] magnæ febres morum tantum, non faciunt: ꝙ quis non ſit in domo Petri.

Libro pe riherme. & metha. & Poſter.

Luc. 4.

De ſequentibus Antichriſtum.
Cap. X.

PRædictis quatuor modis Antichriſtus multos ad ſe attrahet. vnde Apocalyſis duode-

duodecimo, Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terrã. Attrahet autem malos per munera, bonos per tormenta, ſimplices per prædicationem, & miracula. Qui enim ſancti & iuſti credebantur, adhærebunt ei (licet non omnes pro ſuæ arbitrio voluntatis.) Habebit ſecum magos, & maleficos, reges quoque, & principes. Vnde Apocalypſis decimo tertio. Vidi de mari beſtiam aſcendentem, &c. Gloſſ. id eſt, Antichriſtum, habentem capita ſeptem, id eſt, princeps vniuerſos: & cornua decem, id eſt, qui impugnãt decalogum. Nota igitur, quòd Antichriſtus primò veniet in benignitate, & miraculorum operatione: & tunc à Iudæis ſuſcipietur, qui ei ſpecialiter adhærebunt: ad quorum conuerſionem venient Helias, & Enoch: & tunc Antichriſtus in apertam perſecutionem conſurget.

A

Apoc. 11.
Malach. 4

SCHOLIA.

A Qui enim ſancti & iuſti credebantur.] Ideſt. Non tantum mali prius, ſed boni prius [de quibus Matthæ. 24.] ſtellæ cadent de cœlo, ideſt aliqui, qui erant vel credebãtur vitæ cœleſtis cadent tunc in vitam terrenam.] non tamen omnes adhærebũt Antichriſto, pro vt ſuo voluntatis arbitrio, inordinatè vel munera diligent, vel tormẽta effugient, vel miraculis, & prædicationibus decipientur. Nam ſicut Diabolus ſuos Martires habet; ita & ſuos prædicatores, mirãdorum operatores, Cõfeſſores, Apoſtolos, Virgines, Viduas, Vxoratos. [Ex Auguſtino Homelia ſcribitur Ioan. decimum capitulũ. De huiuſmodi deceptione Apoſtolus habet,

bet, mittet Deus illis ſpiritum erroris, vt credant mendacio, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent. Hoc enim iuſto ſuo fiet iudicio (vt patet:) ſicut & nunc multi mali Chriſtiani permittuntur a Deo iuſtiſſime credere Hereticis ac hęreſibus, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, ideſt bonam conſcientiam cõformem cognitæ veritati non cuſtodierũt. Mala enim conſcientia eſt via de ſe ad perdendum fidem. Habe bonam conſcientiam (inquit) quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Hinc dicitur: quod hæreſis eſt pœna peccati. Quandoque tamē malos præſeruat Deus ab hæreſi ex bonitate ſua.

I. Tim. I.

De Gog, & Magog. Cap. X I.

A De Gog vide expoſitores ſupra Ezech. 14. 19. De Gog, & Magog, ſup Apoc. 20. Horum deſtruentium tũc eccleſias figura fuit Iulianus apo-

DE Gog, & Magog dicunt quidam quòd ſunt decem tribus intra mõtes Caſpios clauſæ: non ita tamen quin exire poſſent ſi permitterentur, ſed non permittuntur à regina Amazonum, ſub cuius regno & ditione viuunt. Has dicunt Iudæi in fine ſeculi exituras, & vẽturas in Hieruſalem, & cum ſuo Meſſia eccleſias deſtructuras. Alij dicũt quòd per Gog & Magog intelligitur exercitus Antichriſti, qui in fine ſeculi veniet ad expugnandam eccleſiam. Per Gog enim ſecundum gloſ. illi, per quos latenter Diabolus perſequetur fideles, deſignantur. Per Magog illi per quos apertè eccleſia opprimetur: vel idem qui tempore Antichriſti prius occultè, & poſtmodum apertè eccleſiam perſequentur. Secũdum Auguſtinum, Gog refertur ad gentes, Magog ad Diabolum:

lam: quia Gog interpretatur occultatio, & Magog deiectio, vel deſtitutio.

SCHOLIA.

A De Gog, & Magog.] Hoc capitulum facit author ad intelligendum Ezechielem, & Apocalypſim, ibi, vbi de huiuſmodi fit mentio Ezech. 14. 39. Apoc. 20.

ſtata, & ſi miles. facientes claudi eccleſias, &c. Et Hęretici nũc eccleſiarum, &c. deſtructores.

De Helia, & Enoch.
Cap. XII.

INter occultum aduentum Antichriſti, qui eſt per natiuitatem, & manifeſtum eius aduentum, qui eſt per prædicationem, & apertam perſecutionem, venient Helias, & Enoch, & conuertent (ſicut dicitur Malachiæ vltimo) corda patrum in filios. Glo. ad inſtructionem prǽteritorum de fide ſaluatoris, inquantum & ipſi crediderunt: & cor filiorum ad patres eorum. Gloſ. quia ſuſcipient fidẽ quam illi habuerũt. Vnde & Chriſtiani, & Iudæi tunc in Chriſtum pari religione conſentient. De eorum prædicatione & ſancta conuerſatione dicitur Apocalypſis. 11. Dabo duobus teſtibus meis, ſcilicet Heliæ, & Enoch, & prophetabũt, i. prædicabunt, diebus 1260. i. tribus annis, ſicut ipſe Chriſtus prædicauit, amicti ſaccis. Glo. prædicantes pœnitentiam, & exemplum oſtendentes. Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra. Gloſ. id eſt lumen dantes alijs. Tãdem Antichriſtus occidet eos in Hieruſalem: & iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus, & tribus noctibus cum dimidio, quia nullus audebit corpora eorum ſepelire

A

ſepelire propter metum Antichriſti. Occiſores autem eorum erũt valde læti propter mortem eorum: poſt dies tres autem & dimidium reſurgent, & eorum occiſores audient vocem talem. Helias & Enoch aſcendite huc: & aſcendent in cœlum in nubè. Antichriſtus verò quindecim diebus poſt mortem illorum regnabit.

SCHOLIA.

Io. Euangeliſta an mortuus.

A Inter occultum &c.] Non meminit de B. Ioan. Apoſtolo, & Euangeliſta, qui à quibuſdã ponebatur in Paradiſo terreſtri, quoniam ſecundum certiorem ſententiam in Paradiſo cœleſti poſt mortem carnis reperitur. Auguſtinus, ſanctus Thom. ſupra Ioã. 21. & lib. 4. Sententiarum. diſt. 43. arti. 3. immò in his locis dicitur; quòd eſt in cœlo etiam in corpore. Hinc ly ſunt de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis in Regno ſuo, denotat: quòd B. Ioannes nõ erat moriturus antequam videret Chriſtum transfiguratum (vt patet per contextum, & per ſanctos Doctores ibi Matth. 16. Luc. 9.) non autem denotat; quòd nõ eſſet antè iudicij diem moriturus. Accedit, & quòd idem cùm narraſſet [Ioan. 21.] opinionem fratrum de morte ſua conceptam ex verbis Chriſti, ipſe quaſi reiiciens talem opinionem ſubintulit ly, & non dixit Ieſus non moritur, ſed ſic eũ volo manere donec veniã. Ac ſi dixiſſet. Aliũ ſenſum habẽt verba Chriſti. Quem? Quòd tẽpore mortis Beati Ioãnis venit Chriſtus ad eũ inuitãdum ad conuiuiũ cœleſte cum fratribus ſuis antea mortuis. [Vide in Breuiario à Papa firmato, Officiũ B. Ioã. die 3. Natali D.

De

De duratione huius perſecutionis. Cap. XIII.

Regnabit Antichriſtus, ſicut dicit Gloſa ſuper Apocalypſim, tribus annis cum dimidio. Vnde Danielis duodecimo cap. iurauit Angelus per viuentem in æternum, quòd in tempus, ſcilicet vnius anni, & tempora, ſcilicet duorum annorum, & dimidium tēporis, ideſt dimidij anni (Glo.) hoc ſpatio dicitur duratura deſolatio ſub Antichriſto. Niſi autem (vt dicitur Matth. viceſimo quarto) breuiati fuiſſent dies illi, non fuiſſet ſalua omnis caro: Gregorius, Quia enim & ſuperbos nos, & infirmos aſpicit Deus, dies quos ſingulariter malos intulit, miſericorditer breuiandos dicit. & Gloſſa ſuper Matthæū. Hæc tribulatio quantò cæteris grauior, tantò breuitate moderatior. A

SCHOLIA.

A Tribus annis cū dimidio.] Nam Chriſtus prædicauit tribus annis, & quaſi menſibus tribus; vnde illius ſimia, Antichriſtus, circumcirca ipſum tempus regnabit, ideſt annis tribus cum dimidio [3.q.39.ar.3.]

De morte Antichriſti. Cap. XIIII.

POTESTATE ſua dominus occidet Antichriſtum, ſicut dicit Gloſa ſuper Apocalypſim, ſiue per ſe, ſiue per Michaelem. Occidetur autem in monte Oliueti, in papilione, & ſolio ſuo, in loco circa quem

dominus aſcendit in cœlum. Interfecto autem Antichriſto, non ſtatim veniet dominus ad iudicium, ſecundum Gloſ. ſuper Danielem, concedentur quadragintaquinque dies ad refrigerium ſanctorum, & ad conuerſionem & pœnitentiam ſubuerſorum. Quantũ autem ſpatium ſit inter illos quadragintaquinque dies, & finem mundi, nemo ſcit. Miniſtri verò Antichriſti poſt mortem illius gaudebunt, ducentes vxores, & dicentes. Licet princeps noſter mortuus ſit, habemus tamen poteſtatem, pacem, & ſecuritatem: & cum talia dixerint, repentinus eis ſuperueniet interitus. Iudæi verò tunc conuertentur ad fidem: & ſancta eccleſia vſque ad finem pacificata quieſcet, quia tunc fraudulentia, & ſæuitia Diaboli penitus vbique deficiet.

Matt. 24. 1. Theſſ. 8 Hier. 33. A

SCHOLIA.

A Iudæi verò tunc cõuertentur ad fidẽ.] Scilicet vt Scripturæ dicunt: inter alias authoritates nota mirabilem illam Prophetæ Oſeæ, dicentis. Dies multos ſedebunt filij Iſrael, ſine rege, ſine Principe, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine Ephod, ſine Teraphin. Ecce tẽpus modernum Iudæorum, apertè hic deſcriptũ (vt experiẽtia probat.) Sequitur Oſeas, & eorundẽ tẽpus vltimũ indicãs ait. Poſt hæc reuertẽtur filij Iſrael: & quærẽt dominũ Deũ ſuũ; & Dauid Regẽ ſuũ; & pauebunt ad dominum, & ad bonum eius; in nouiſſimo dierum. Hæc ibi. Vbi accipitur ly Dauid pro Meſſia vero; vt patet per Doctores. Hanc authoritatem perſpicuis verbis explicat Apoſtolus inquiens. Cœcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo

Oſe. 3.

Quàm apta in propoſito authoritas.

tudo

tudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael, ſ. tunc viuens, ſaluus fieret. [Rom. 11. & Pſ. 58.] Conuertentur (ſ. Iudaei) ad veſperam (ſ. mundi.) & Iſa. 23. in diebus illis ſaluabitur Iuda. & Apoſt. Rom. 9. allegans Iſa. 10. ait: ſi fuerit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.

De conflagratione mundi. *Cap. XV.*

IGnis maximus præcedet faciem iudicis, quia virtute diuina nō ſolum ignis, qui eſt in ſphæra ſua, ſed etiam omnes ignes, q in terra, & ſuper terram ſunt, concurrent ad mūdi conflagrationem. Ignis autem iſte habebit officium quatuor ignium, ſ. ignis infernalis, reprobos puniendo: & ignis purgatorij, bonos a venialib. purgando: & ignis terreſtris, vegetabilia, & ſenſibilia conſumē do, & omnium hominum corpora incinerādo: & ignis elementaris elementa ſubtiliādo, & ad innouationē diſponendo. Per illū igitur ignē ita facies terræ exuretur, q figura huius mundi peribit, ſicut & olim factum fuit per diluuium. Et meritò primum Dei iudicium fuit per aquam, cōtra ardorē luxuriæ, qui tunc viguit: vltimum verò iudicium per ignem erit contra torporē charitatis, quæ tunc quaſi, ſeneſcente mundo, refrigeſcet. Iſtius autem ignis actio erit ſucceſſiua: habebit enim initium, medium, & finem. Primò nanque iudicis aduentū præueniet, & quaſi ſimul per illū fiet purgatio iuſtorum, & punitio malorum: & incinera-

Pſal. 96. Iſa. 66.

De iſta vlti. conflagratione Doctor Angelic. Addit. q. 74. per totum.

1. Cor. 7.

Gen. 7.

Matt. 29.

tio corporum cum conſumptione terræ naſcentium, ſicut dictum eſt. Quo facto ſtatim erit reſurrectio corporum cum aduentu iudicis ad iudicium: & tunc inflammabitur totus mundus per circuitum. Terminato autem iudicio, tota caliditas illius ignis exequetur ſententiam iudicis. Inuoluet enim peccatores, & trahet in Infernũ. Et ita patet, quòd ignis ille aduentum iudicis præueniet, & præcedet, & comitabitur, & ſequetur. Poſt prædicta fiet mundi innouatio, ſed inter purgationem, & innouationem multiplex eſt differentia.

Purgatio, innouatio.

Primò, quia purgatio erit qualitatum pœnalium detractio; ſed innouatio erit pulchrioris formæ inductio. Secundò, quia purgatio eſt elementorum ab impuritate, quam habent ex coniunctione, ad puritatẽ mutatio. Innouatio verò eſt cœlorum a ſtatu veteri in ſtatum nouum commutatio, & hoc per ceſſationem a motu. In cœlis enim propter impermixtionem nulla impuritas eſt; ſed tantum imperfectio motus. Vnde non erit in eis purgatio per ignem, ſed ceſſatio a motu. A Ita autem purgabuntur elementa, quòd præcidetur ab igne vis combuſtibilis, ab aere obſcuritas, ab aqua glacialis frigiditas, a terra verò grauitas, & opacitas.

SCHOLIA.

A Ita autem purgabuntur elemẽta &c. Quaſi dicat elementa remanebunt quantũ ad ſubſtãtiam ſuam, & paſſiones proprias, inquantum propriæ ſunt; ſed purgabuntur ipſæ qualitates elementorum & quantum ab infectione, quam ex peccatis hominum

contra-

contraxerunt, & inquantum agunt & patiuntur mutuo. Nam ceſſante motu primi mobilis (de quo immediate præloquitur textus) mutua actio, & paſſio in elementis eſſe non poterit. [Addit. q. 74. art. 5. Vide etiam totam q.] ex abundanti pro iſta materia intelligenda melius: Et multa ſcitu digniſſima comperies: quæ breuitatis cauſa conſulto (ſicut & alibi plurima) relinquo. Nam & hæc Scholia ſunt, & breuiſſimum me forte (in præmonitione ad lectores) promiſi, & compendium conpendioſe exponi poſtulat.

Purgatio elementorum.

De reſurrectione in generali.
Cap. XVI.

DEVS ſicut eſt potentiſſimus in conditione naturarum, ita eſt clementiſſimus in collatione gratiarum, & iuſtiſſimus in retributione ſtipendiorum. Quoniam igitur homo vel meruit, vel demeruit, in anima ſimul & corpore punietur, vel præmiabitur in vtroque. Vnde in eiſdem oportet eum reſurgere. Ad vocem autem tubæ reſurgent mortui, ſicut dicit Apoſtolus. Dupliciter autem intelligitur illa vox, ſecundum enim quoſdam vox tubæ eſt imperium Chriſti reſurgere imperantis: ſecundum alios, vox tubæ eſt manifeſta Chriſti apparitio. Vnde Greg. Tubam ſonare nihil aliud eſt, q̃ mundo Dei filium iudicem demonſtrare. Reſurgent igitur omnes, nulla in eis exiſtente differentia quantũ ad ordinem temporis, ſed magna quantum ad ordinem dignitatis. Nã mali reſurgent defor-

De huiuſmodi reſurrectione Angelicus Doctor. Addit. q. 75. vſque ad 81. per totum optimè.

Tuba.

 mes,

Iſta deformitas declaratur addi-tio. q.86. artic.1.& quolib. 7.art.12. Vide tu hoc vlt.

mes,& paſſibiles: in bonis autē natura ſaluabitur, & vitia detrahentur. Omnes verò tam boni quàm mali reſurgent integri corpore, debita ſtatura, ſecundum ætatē plenitudinis Chriſti. Reſurrectio igitur tria corriget in natura (ſ. defectum, ſicut in pueris, & mutilatis, ſiue diminuta natura mēbrorum) ſuperfluum (ſ. vnguium, criniū, & huiuſmodi) terrorem, (ſicut in monſtruoſitate membrorum) Reſurgent quoque corpora eadem numero quæ prius erant, ex eodem puluere in quem reducta fuerant: ita ꝙ in quaſcunque auras, vel ſinus puluis ille diſperſus fuerit, ad eandem animam redeat, quæ ipſum primitus vt viueret & creſceret, animauit. Nec ſolum reſurgent corpora quantum ad membra principalia, ſed etiam ſaluis capillis, & cæteris membris, quæ faciunt ad decorem. Reſurgent etiam homines quantum ad eſſe, & quantum ad integrum eſſe, & quantum ad decorem eſſe, & reſurget vnumquodque corpus in optimo ſuo eſſe. Et quia duplex eſt mors, animæ, ſ. per culpam, & corporis per pœnam, his reſpondet duplex reſurrectio, ſ. animæ per gratiam, & corporis per gloriā. Et ſicut in primis parentibus mors culpæ intulit mortem pœnæ: ita reſurrectio animæ per gratiam, cauſabit reſurrectionem corporis per gloriam. In reſurrectione concurrent quatuor cauſæ, ſ. efficiens, ipſe Deus: materialis, ſ. pulueres: formalis, ſ. coniunctio corporis & animæ: finalis, ſ. vt recipiat vnuſquiſque prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Reſurgent tunc homines velociter, integraliter, ſocialiter, æternaliter. Et erit iſta reſur-

Cauſæ reſurrectionis.

rectio

rectio iuſta quantum ad Deum, perfecta quantum ad reſurgentes: & miraculoſa quantum ad ipſam reſurrectionem.

SCHOLIA.

A Vitia retrahentur.] Scilicet defectus corporis tollentur, puta gibboſus, non erit gibboſus, deformis non reſurget deformis, id eſt cum illo corporis vitio. De hac materia (vide Additio. quęſt.78.& 80.& 81.articulis ferè omnibus,maximè q.86.art.1.

De iudicio extremo. Cap. XVII.

POſt reſurrectionē ſtatim erit iudicium. Ipſum verò iudicium præcedet trina citatio.Prima fuit per prophetas. Vnde illud Prouerb.1.Vocaui, & renuiſtis.Secunda per Apoſtolos, & prædicatores. Lucæ 14. Miſit ſeruos ſuos hora cœnæ dicere inuitatis, &c.Tertia erit per vltimam vocem tubæ: & hæc citatio erit peremptoria.Secundum Richardum triplex eſt iudicium. Primum eſt vniforme,hoc eſt iudicium pręſentis eccleſiæ, quæ non iudicat niſi de ſola qualitate retributionum,& in genere tantum,ſecundum quòd bona bonis, & malis mala redduntur, ſed numerum & quantitatem retributionum neſcit. Secūdum dicitur multiforme,ſcilicet quòd quilibet experitur in morte accipiendo ſententiā de omnibus bonis & malis, quæ geſſit: ſed non omnia bona vel mala ſtatim recipit,quia recipit in anima tantum,& non in corpore. Tertiū dicitur omniforme, ideſt vltimum iudicium, quādo recipit vnuſquiſq; ſecundū numerū

Additio. q. 88. per totum.

& quantitatem ſiue bona ſiue mala in corpore, & in anima. Vltimum iudicium eſt horribile ex omni parte, quia ſuprà erit iudex auſterus, & iratus: ſubtus patens Infernus, intus conſcientia remordens, extrà mundus ardens, a dextris peccata accuſantia, a ſiniſtris dæmonia terrentia, contra illos boni Angeli in Infernum propellentes, & omnes ſancti iudicis ſententiam approbantes, & omnes mali cum bonis peccata damnatorum cognoſcentes. De qualitate autem iudicij, nota quòd erit horribile, Luc. 21. Virtutes cœlorum mouebuntur. Intolerabile. Iob. 14. Quis mihi tribuat, vt in Inferno protegas me, &c. Ineuitabile. Apoſt. 2. ad Corinth. 5. Omnes nos oportet manifeſtari ante tribunal Chriſti. Inopinabile, quia dies Domini ſicut fur nocte, ita veniet. Inexorabile. Prou. 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Erubeſcibile. Apoſt. Ro. 6. Quem fructum hab. tunc in illis in quibus nunc erube. Prædicta verò erubeſcentia erit in duobus. Primò in ueniendo ad iudiciũ, quia mali cùm habeant corpora ponderoſa, oportet eos illuc portari ab Angelis, ſicut Abacuc portatus fuit ad lacum leonum in Babylonem. Secundò in ſtando coram iudice: quia peccata eorum omnibus erunt manifeſta. Vnde illud Naũ. 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua, &c. Locus Iudicij erit in valle Ioſaphat: & hoc multiplici ratione: Primò, quia locum Iudicij oportet eſſe cõem: ſed Hieruſalem, & terra adiacens videtur eſſe cõis, cũ ſit quaſi medius noſtræ habitationis locus. Secũdò, quia debet eſſe publicus: ſed locus prædi-

Horribilitatum omnium maxima.

1. The. 5.

A Locus.

ctus eſt famoſiſſimus propter opera noſtræ redemptionis, quæ ibidē geſta ſunt. Tertiò cōpetit locus ille ratione negotij, quia tractandum eſt ibi opus miſericordiæ, & iuſtitiæ. Mons Oliueti, qui eſt apud illam vallē, deſignat miſericordiā: Ioſaphat autē, quòd interpretatur iudicium, deſignat iuſtitiam.

SCHOLIA.

A Numerum, & quantitatē retributionis neſcit.] Scilicet qñque punctualiter applicare iudicandis. Vnde ex hoc dicto nō intendit negare author, ꝙ leges humanę non determinent numerū, & quantitatem pœnarum ſecundū exigentiam culparum. Cuius cōtrariū habetur in legibus Canonica & Ciuil. De hac iudicij materia ſi placet fuſius intelligere. [Vide addit. q. 88. per totū.

B Erunt manifeſta.] Etiam de peccatis cordis loquitur. [Auguſt. 20. de ciui. Dei aſſerit:] quòd quædam vis diuina aderit, qua fiet, vt cuncta peccata ad memoriam reuocentur. Nec tantum vnuſquiſq; cognoſcet omnia peccata ſua; Sed etiam omnia peccata cuiuſcumque. Vnde ſuper illud 1. Cor. 4. Illuminabit abſcōdita tenebrarum, dicit Gloſa: geſta & cogitata bona & mala tunc aperta erunt omnibus & nota. Ratio horū eſt: quia iudex vult, ꝙ omnes aſtātes approbent, vel ab ipſa veritate coacti, ſuum iudiciū eſſe iuſtū quo ad ſingulos. Cùm igitur nullus poſſit approbare quod neſcit: dicendum eſt, ꝙ ſinguli ſingulorum quælibet peccata & bona cognoſcent. Vnde, Naum. 3. non ſolū dicitur; Reuelabo pudenda tua in facie tua; ſed additur ly & oſtendā gentibus nuditatē tuā, & Regnis ignominiā tuā.

Manifeſtatio peccatorum. Et Iſa. 47. Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. De hac cognitione vide miranda. [Add. q. 87. per tot.]

De iudicantibus. Cap. XVIII.

Addit. q. 89. art. 1. 2. 3. 4. De forma iudicis, ibi q. 90. per tot.

NOn ſolum ſecundum poteſtatem diuinam, ſed etiam in forma humana Chriſtus iudicabit: quia in iuriſdictione ordinaria iudicabit vt Deus cum tota Trinitate: ſed in iuriſdictione delegata iudicabit vt homo. Vnde nota, quod quinque ſunt modi iudicandi: Primus modus eſt primæ authoritatis, quo iudicabit tota Trinitas. Secundus modus eſt ſecundæ authoritatis, quo iudicabit Chriſtus vt homo. Tertius eſt acceſſoriæ dignitatis, quo iudicabunt Apoſtoli, & viri perfecti, qui cum iudice eminentius reſidebunt, vel iudicabunt tamquam melius ſciētes leges, & conſuetudines regni Dei, quib. implendis, & ſciendis operam dederunt. Quartus eſt approbationis, quo iudicabunt A omnes Sancti, & etiam Angeli. Quintus modus iudicandi eſt culpam iudicandorum manifeſtare; ſic etiam mali iudicabunt: In iudicando Chriſtus habebit duos actus oppoſitos: vnum paſſiue, & alium actiue. Primus verò eſt infirmitatis, & alius poteſtatis. In primo enim aduentu Chriſtus venit ad iudicium paſſiuè; in ſecundo veniet ad iudicium actiuè. In primo venit in forma infirma, in ſecundo apparebit in forma glorioſa. Hinc eſt, quod Chriſtum in iudicio videbunt iuſti tam in natura diuinitatis, q̃ humanitatis, a malis autem nullo modo videri poterit in forma diuinitatis; & hoc du-

plici ratione. Primo, propter defectum diſpoſitionis in ipſo vidente, quia natura ſine gratia non ſufficit ad Dei viſionem. Secundò, propter meritum delectationis, quæ eſt in viſione diuinitatis: quia videre Deum, ſecundum Ioannem vita æterna eſt: quæ nō poteſt communicari reprobis. Ex prædictis patet, quòd Chriſtus apparebit blandus iuſtis, & terribilis iniuſtis, ſicut dicit Gregor. Quod figuratum eſt in columna nubis in die, & ignis in nocte. Videbunt mali humanitatem Chriſti, vt timeant: & non diuinitatem, ne gaudeant. Boni autem vtranq; Chriſti naturam videbunt. Stigmata quoq; Chriſtus monſtrabit, & inſignia paſſionis ſuæ. ſ. crucem, clauos, &c. Sedebit quoq; Chriſtus ſupra in eminentiori loco cum ſanctis, mali verò ſubtus in terra quam dilexerunt. Et meritò tunc Chriſtus iudicium exercebit, tum quia verè ſcit merita ſingulorū, in quo ſunt omnes theſauri ſcientiæ, & ſapientiæ Dei abſconditæ, tum quia non eſt reus de aliquo illorum de quibus iudicabit. Non. n. fecit peccatum, nec inuētus eſt dolus in ore eius: & hæc duo præcipuè decent iudicem. Duo hæc maximè decent iudicem.

SCHOLIA.

A Culpam iudicandorum manifeſtare] Comparatiue. ſ. Hoc modo dicitur a Chriſto Niniuitas, Reginam Auſtriacā, iudicaturos generationem illam Iſraelis. Hoc modo dicere poſſumus, laicos in eodem genere malos, iudicaturos religioſos malos. Ex comparatione. n. minoris malitię in malis his, apparebit certiſſimè; quòd religioſus ille eſt magis damnabilis, quàm prius apparebat. [Addit. q. 89. fere per totum. Iudiciū comparatiuum.

De

De iudicandis. Cap. XIX.

Addit. q. 89. art. 5. 6. 7. 8.

ORdines quatuor erunt in iudicio. Quidam.n. iudicabuntur, & damnabuntur, vt quorum merita damnabilia permixta ſunt aliquibus bonis, ſicut illorum, qui habuerunt fidem ſine operibus. Quidam iudicabuntur & ſaluabuntur, vt quorum merita bona permixta ſunt aliquibus venialibus malis. Quidā non iudicabuntur & dānabuntur, vt quorum mala merita omnino impermixta ſunt bonis, vt qui caruerunt fide. Quidam verò non iudicabuntur, ſed iudicabunt & ſaluabuntur, vt quorum merita bona impermixta ſunt malis, ſicut perfectorum pauperū Chriſti, de quibus Matt. 19. Vos qui relinquiſtis omnia, & ſequuti eſtis me, &c. De prædictis quatuor ordinibus nota, ꝙ omnes homines iudicabuntur iudicio retributionis, ſed non iudicio diſceptionis. Infideles enim quia non fuerunt ciues ciuitatis Dei, tamquam hoſtes ſine vlla meritorum diſcuſſione, & audientia punientur. Iuſti verò non iudicabuntur, vt eorum merita de nouo diſcutiantur, an bona, vel mala ſint: ſed vt bonorum præeminentia omnibus manifeſtetur, & vt contra malos appareat iuſta ſententia damnationis. Duæ ſententiæ ferentur in iudicio: vna pro bonis, alia contra malos. Sententia pro bonis continet ſeptem clauſulas: Prima eſt amabilis vocatio: ibi, Venite. Secunda, diuina benedictio: ibi, benedicti. Tertia, paterna dilectio: ibi, patris mei. Quarta eſt remumerationis retributio: ibi, percipite,

Quinta

Quinta eſt regni aſſignatio:ibi, regnũ. Sexta eſt gloriæ præparatio:ibi,quod vobis paratum eſt. Septima eſt, ęterna prędeſtinatio: ibi,ab origine mundi. Item ſententia contra malos continet in ipſa ſex clauſulas. Primò à Deo ſeparationem, cùm dicitur:ite. Secundò maledictionem: ibi, maledicti. Tertiò incarcerationem, per hanc præpoſitionem,in,deſignatam. Quartò pœnæ acerbitate,ibi,ignẽ. Quintò liberationis deſperationem,ibi,æternum. Sextò dæmonum aſſociationem:ibi, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. A

SCHOLIA.

A Ab origine mundi.]Id eſt ab illo nũc; quando mundum fabricare tẽpore opportuno decreuit Deus. Quaſi dicat,ſimul hæc duo fuerunt coexiſtentia in mente diuina, ſcilicet mundus & veſtri prædeſtinatio: & quoniam mundi origo,non vt in ſeipſo,ſed vt in Deo,eſt æterna, iccirco, & veſtri prædeſtinatio eſt æterna. Vide de Idæis in Deo. [1 q.15. per totum. ſupra primi lib. cap. 25. De iudicatis vide Addit.q 89. ferè per totũ. Pulchra expoſitio.

De innouatione mundi.

Cap. XX.

TErminato iudicio ſtatim erit innouatio mundi,quæ nõ cõplebitur quandiu peccator eſt in mũdo,ideſt,quouſq; detrudatur in Infernum. Sicut enim ille maximus ignis elementa purgabit, cùm habeat virtutem expulſiuam formæ extrinſecæ: ſic mũdum innouabit, cùm habeat virtutem ſubtiliatiuam. Mũdum autem innouari,ideſt, Addit. q. 91. per totum.

pulchrio-

pulchriorem formam accipere debere, oſten ditur, multiplici ratione. Primò, quia ſicut dignum fuit, quod elementa purgarentur, ꝑ eo ꝙ infecta erant propter peccatum hominis: ita dignum eſt, vt mũdus innouetur ꝑ glorificationem hominis. Secundò, vt creaturæ remunerentur pro labore, quo homini ſeruierunt. Tertio, vt totus mundus, prout eſt poſſibile, conformetur homini glorificato. Quarto, quia mundus factus eſt, vt homo per ſpeculum creaturæ Deũ cognoſcat, quẽ in ſua natura videre non potuit. Vnde in futuro oportet ſpeculum meliorari & purgari; vt in pulchritudine creaturarũ amplius refulgeat ſpecies creatoris: hoc autem non erit ad neceſſitatem, quaſi Deus aliter videri non poſſit, ſicut modò; ſed ad iucunditatem, vt ſcilicet delectationi viſionis intellectualis addatur delectatio viſionis ſenſualis. Orbes autem cœleſtes, & ſydera propter impermixtionẽ nulla indigebunt purgatione, ſicut elementa, ſed tantummodo motus ceſſatione, & ideo innouabuntur, ſed non purgabuntur. Innouatio autem in illis duo requirit. ſ. motus ceſſationem, & claritatem ſplendoris ampliorem, quando ſtabit ſol in oriente, & luna in occidente, vbi creati ſunt. Huius dicti hæc eſt ratio, quia corpora ſuperiora facta ſunt ad vſum hominis dupliciter. Vno modo propter neceſſitatem corporis, ſ. ſtatum generationis, & corruptionis: & ideo ceſſante, illo ceſſabit motus. Alio modo propter delectationem in pulchritudine creaturæ, & propter cognitionem Dei in illis: ideo lux illorum non ceſſabit, ſed magis augebitur. Circa elementa

Mundus vt ſpeculum.

autem

autem nota, ꝙ terra erit ſicut chriſtallus, & complanabitur. Aer erit clarior, nec habebit impreſſiones, quas modo habet, quia nō erunt nubes, neque venti, neque pluuiæ, neque ros, neque nix, neque tonitrua, neque fulgura. Ignis etiam, & aqua fient puriores; & manebunt non ſolùm ſecundum ſubſtantiam, ſed etiam ſecundum ſuas qualitates, quas habebunt quantum ad habitum, ſed non quantum ad vſum: quia cum in his duobus elemētis magis vigeant qualitates actiuæ, ſcilicet frigiditas in aqua, & caliditas in igne, magis ſunt generationis, & corruptionis principium: & talis affectus illorum non erit amplius, & propter hoc dicuntur interire. Vel ideo ſecundū aliquos dicuntur hæc duo elementa interire, quia dominus tunc intercidet in illis, teſte Baſilio ſuper Pſalm. Vox domini intercidentis flammam ignis, ita quod calidum, actiuum, & frigidum glaciale tendent inferius, perſpicuum autem in aqua, & lux in igne manebunt: quia de omnibus elementis ignobile tendet deorſum, ſicut groſſum, & terrenum, & opacum, ac tenebroſum, & huiuſmodi. Patet ergo, quòd cœlum, & terra trāſibunt quantum ad formam: ſed non quantum ad ſubſtantiam. Patet etiam ex prædictis terminari tranſmutationes elementorum, & generationes animalium & plantarum, quia cauſæ illorum ceſſabunt: & propter iſta dicūtur elementa interire, nō quātum ad ſubſtantiā, ſed quantum ad actionem, & paſſionem. Corpora verò cæleſtia habita quiete & lumine clariori, dicuntur renouari. Veruntamen illa, quæ ſicut di- B

ctum

ctum eſt, intereunt in homine, ſaluabuntur, qui ſimilitudinem habet cum omni genere creaturæ, & propter hoc in hominis innouatione & glorificatione poſſent dici omnia renouari.

S C H O L I A.

A Remunerentur.] Scilicet remuneratione, ſcilicet largo modo dicta. Non enim propriè meretur, qui facit non voluntariè aliquid; & conſequenter pro illo facto non remuneratur (vt patet.) Si ergo tantoperè (ſecundum literam capituli totius) a munificentiſſimo Domino remunerabũtur iſta nõ volontaria ſeruitia, & huiuſmodi facta; quanto magis remunerandi ſunt voluntarij ſerui, & ſerui altiſſimi? Quis igitur hæc attendens profundius in obſequiũ Dei non inflammetur, non exardeſcat, nõ exuratur? In meditatione iſta mea exardeſcet ignis, Pſal. 38. & miniſtros ſuos faciet Deus flammã ignis, & ignem vrentem. Pſalm. 103. Vide pulcherrima de innouatione mũdi. [Addit. q. 91. per totum.

Retributio.

Attendite oẽs: vt ſeruiam' Deo dignè.

B Tendet deorſum.] Scilicet in Infernum ad cruciandum malos; ſicut & bonum nobile remanebit in elementis ad conſolandum iuſtos. [Addit. 74. art. 9.] Hinc magnus (vt in textũ) Baſilius ſuper illud Pſal. 28. Vox Domini inter. flam. ig. dicit: quod quantum ad calidum vſtiuum, & quantum ad id, quod eſt groſſum in igne reperietur, deſcendet ad Inferos ad penã damnatorum: quantum ad ſubtile & lucidum, remanebit ſuperius ad gloriã electorum. Hoc denotauit ſcriptura dicens [Sap. 5.] armabit creaturam in vltionem inimicorũ, & pugnabit

Damnatio.

cum

cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Quomodo? Hoc; quia ſcilicet quicquid erit turpe & fœdũ ex purgatione mundi totum in Infernum cum reprobis remittetur [ſicut & Gl. notat ſuper Dan. 7. fluuius igneus, rapiduſq́; , egrediebatur a facie eius.] quẽadmodũ quicquid erit nobile & pulchrum reſeruabitur ſuperius in ipſis elementis ad gloriam electorum. Quis ſapiens & conſideret hæc: vt fugiat a facie arcus?

De pœnis Inferni. Cap. XXI.

SIcut patet diuina potentia in creando, ſapientia in gubernando, clementia in remunerando, reparando, ſic patebit diuina iuſtitia in puniendo. Dignum eſt enim vt non remaneat dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Licet autem peccatum ſit trãſitoriũ, tamen erit pœna perpetua multiplici ratione. Prima, quia homo peccauit in ſuo æterno, ideo punietur in æterno Dei. Secunda, quia materia ignis infernalis eſt ęterna, ſcilicet peccati macula: ideo & pœna. Tertia, quia peccatum eſt contra illum, qui eſt infinitus: vnde & pœna debet eſſe infinita, non quidem acerbitate, ſed duratione. Quarta, quia homo per peccatum perimit in ſe bonum, quod poſſet eſſe æternum bonum: & ideo merito perpetuũ incurrit malum. Quinta, quia mala voluntas reproborum ęterna eſt, vellent enim in peccato (ſi poſſent) perpetuo delectari: & ideo perpetuò debent puniri. Sexta, quia in infinitum errat rationalis, cum præponit finitum infinito in iudicando: ſimiliter cõcupiſcibilis

Addit. q. 97. per totum.

Ibi. q. 95.

in appetendo, & iraſcibilis in adhærendo: vnde & meritò pœna erit infinita. Septima, quia damnatus de peccato perpetrato nunquam habebit veram pœnitentiam: ideo Deus numquam mutabit punitionis illius
A ſententiam. Octaua, quia peccatum a vita perpetua ſeparat, ſcilicet a Deo; ideo mortem perpetuam peccator incurrit. Poſt rationes inducam exempla de eadem mate-

Exempl. ad idem.

ria. Videmus enim ꝙ emptio momentanea dat ius poſſidendi perpetuum. Item vulneratio momentanea dat mortem perpetuã. Item caſus in foueam temporalis eſt detentio perpetua. Item crimen læſæ maieſtatis temporale eſt ſeruitus perpetua. Item plaga temporalis eſt liuor perpetuus. Quoniã

Pœna cõtemptus Dei.

in peccato eſt delectatio cum contemptu Dei, meritò præcipitatur peccator in locũ infectum, & deſpectum, & maximè a ſtatu gloriæ elongatum, ſcilicet in Infernum, vbi a deſpectis rebus puniatur, ſcilicet a fæcibus corporum mundanorum, quia in innouatione mundi quicquid eſt ignobile in mundo, ad locum pœnarum defluet, & ibi horrorem carceris multiplicabit. Et iterũ ſecundum Baſilium, Deus facta mundi purgatione diuidet a calore ſplendorem: & totum calorem mittet ad regionem damnatorum, vt amplius crucientur: & totum ſplendorem ad regionem beatorum, vt amplius iucundentur.

SCHOLIA.

A Veram pœnitentiam.] Veram, id eſt reſpicientem Dei offenſam. Pœnitentiam enim agentes erunt: [Sap. 5.] Sed propter hoc ꝙ pro culpis cruciantur, non autẽ propter

pter hoc, ꝙ culpæ fuerunt offenſa Dei. [Addit. q. 98. ar. 2.] De dãnatis. vide q. 98. 99. per totum. Vide ſupra libri cap. 33. A.

Quantum autem ab hac erga Deum charitate diſtent, non pigeat audire vnam animam damnatã, & in ea omnes alias, ſic Deo dicentem. Magis (inquit) volo eſſe in pœna Inferni, quàm venire in gaudium cœli; nè tu Deus habeas de me conſolationem. Tãtum enim mihi odioſus es; quòd minus curo de cruciatu meo, ſi tu non conſoleris. Idem dixit de ſe & Diabolus ibi. Reuelationum approbatarum ſanctæ Brigidæ [lib. 6. cap. 31.

Aeſtuauerunt ęſtu magno, & blaſphemauerũt nomẽ Dei, &c. neq; egerunt pœnitentiã, vt darent illi gloriã. Apoc. 16.

De diuerſitate pœnarum.

Cap. XXII.

CVm in damnatis ſit diuerſitas peccatorum, erit & diuerſitas pœnarum. Vnde cùm in peccato ſit auerſio à creatore, & cõuerſio ad bonũ cõmutabile, & deordinatio volũtatis cõtra dictamen rationis, meritò pœna variabitur propter iſta. Vnde propter auerſionem erit carẽtis viſionis diuinæ: ſed propter conuerſionẽ erit pœna materialis incendij: propter deordinationem autẽ rationis, & voluntatis erit pœna vniuerſalis: quę cõſiſtit in afflictione varia, acerba, & æterna. Ignis autem Infernalis non omnes æqualiter cruciabit, ſed ab eodem igne alij plus, alij minus torquebũtur, ſecũdũ quod plus aut minus peccauerunt, ſicut ab eodẽ igne aliter vritur palea, & aliter lignum. Quamuis autẽ ignis ille ſit corporeus, nec poſſit agere in ſpiritum, ipſum calefaciendo: agit tamen in ipſum vt inſtrumentum

Addit. q. 97. & maximè. q. 98. per totum.

Vide ſup. huius lib. c. 3. & ex inde bene applica hunc.

diuinæ iuſtitiæ, ipſum lędendo: & ille dolor eſt maximus, tum propter potentiam diuinæ manus ipſum ignē mouentis, tum propter ſenſibilitatē patientis, tum propter immediationem cōiunctionis. Infernus eſt locus tenebroſus, cùm ſit locus iuſtitiæ. Lumen autē cùm ſit delectabile, tamen ingerit triſtitiam per accidens, ſ. inquantum oſtendit aliquid triſte. Vnde in Inferno eſt aliquid obſcuri luminis, quo damnati videre doleant, & non vnde lætentur. Reprobi

Quolib. 8. ar. 16. vident vſque ad diem iudicij gloriam Beatorum in vniuerſali, nō in particulari: quia vident eos in magna gloria, ſed nō in quali. De huiuſmodi autem viſione non lætantur, ſed triſtantur, tum propter inuidiam alienæ fœlicitatis, tum propter carentiam propriæ beatitudinis. Poſt iudicium verò hoc eis ſubtrahetur in pœnam eorum, cùm videbunt etiam hoc aſpectu indignos ſe reputari. In damnatis erit fletus ſpiritualis, ſcilicet dolor interior, & non fletus corporalis, qui eſt cum reſolutione lachrymarū: quia ceſſante motu cœli, nulla iam erit generatio, vel corruptio: tamen erunt ibi illa quę non ſunt corporaliter inſpicienda, ſcilicet comprehenſio cerebri, & deformatio faciei, & huiuſmodi. Vermis autem quē dominus in Iſaia comminatur, nequaquā materialis eſt: quia nullum aīal præter hominem remanebit.

A Erit autem ibi vermis conſcientiæ rodens animam, & non corpus. In ſummo loco ſola eſt lætitia. In loco infimo ſola eſt triſtitia. In medio, hoc eſt, in mūdo hæc ſunt modo permixta. Poſt diem iudicij tria tantummodo loca erunt habi-

tata,

tata, ſcilicet Cœlum, Infernus, & limbus. Quot ſint loca pœnarum, require in lib.4. de deſcenſu Chriſti ad Inferos. Octo genera pœnarũ in legibus eſſe ſcripſit Tullius, ſ. damnum, vincula, verbera, talionẽ, ignominiam, exilium, mortem, ſeruitutem. Hæc omnia poſſunt pœnis Infernalibus adaptari. Primum patet, quia damnati amiſerunt Deũ, & omnia bona tam gratiæ quàm gloriæ non ſolùm in re, ſed etiam in ſpe. Iſaiæ triceſimo, Non remanebit teſta, vt hauriatur parum aquæ de fouea, ſ. diuinæ miſericordiæ: aut deportetur igniculus de incendio, ſcilicet charitatis: quia ſecundum Ieremiam 8. cap. finita eſt æſtas, conſummata eſt meſſis. De ſecundo. Ligatis manibus & pedibus, &c. De tertio, Prouerb.19. Mallei percutientes impiorum corpora. Iſtud autem non intelligitur de malleis materialibus, ſed de diuerſitate pœnarum, quibus impij malleantur. De quarto, Apocalyp.18. Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. De quinto, Iſa.13. Facies combuſtę vultus eorum. Imò tam ignominioſum erit corpus peccatoris, quòd anima reſumens ipſum ſtupebit, quando tam horribile illud videbit, & vellet habere tale, ſicut fuit quando dimidium comeſtum fuit a vermibus. De ſexto. Matt.22. Proijcite eũ in tenebras exteriores. De ſeptimo, Gregor. Ibi mors ſemper viuit: & hæc (ſicut dicitur Apocalyp.) erit mors ſecunda. De octauo, Trenorum 1. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Nota quòd damnati ſub tributo pœnarum ſemper ſeruient, & tamen nun-

Genera pœnarũ octo.

quam perſoluēt. Ex prædictis collige, qu erit calor ignis, ſtridor rigoris, tenebræ, mus, lachrymæ, mœrores, aſpectus dæm

Cōgeries pœnarū. num, clamor improperij, ariditas ſitis, f tor ſulphuris, vermis conſcientiæ, vincul carcer, timor, dolor, pudor, inuidia, ranco carentia viſionis diuinę, ablatio ſpei omn ſalutis. Ipſum etiam eſſe, quod omnis cre tura appetit, erit eis pœna, quia quærer mortem naturalem, & non inuenient. Il erit (ſicut ait Dionyſius) proterua phātaſi demens concupiſcentia, furor iraſcibilis.

SCHOLIA.

A Vermis conſcientiæ rodens animan nō corpus.] Scilicet directe, ſindereſis enim directiſſime cruciat animam: ſed tamen pe quandam redundantiam cruciat & corpus; vt patet in quibuſdā peccatoribus, qui propter nimium conſcientiæ remorſum mar-

Vermis eorū non morieť. Iſa. vlt. ceſcunt. [De iſto verme cōſulas additiones. q. 97. art. 2. de fletu autem, ibi art. 3] de pœnis damnatorum totam illam Sancti Doctoris quæſtionem.] Ex hoc, quod in damnatis remanet remorſus conſcientiæ, qui dicitur viuaciſſimus vermis [teſte Auguſtino 20. de ciuit. Dei,] certò elicias: quod etiā in damnatis manet inclinatio naturalis ad virtutem, licet voluntate obſtinata reluctante. Quòd autē nunquam reducatur eſt ex hoc voluntatis impedimento perpetuo. Exemplum. In cœco remanet aptitudo radicaliter ad videndum; inquantum eſt animal naturaliter habens: ſed non reducitur ad actū ob impedimentum perpetuum: Elicias inde ſecundò: quòd impoſſibile eſt, malum corrumpere totum bonum. [12. q. 85. art. 2.

De gloria Sanctorum. Cap. XXIII.

VNumquodq; tantò perfectius eſt, quã-tò magis cõiungitur eſſendi principio, Homo autem, qui perfectum eſſe expectat, duplicem habet finem vltimum. Vnum intrinſecũ, qui eſt beatitudo creata; quæ nos in patria beatificabit formaliter. Alium habet finem extrinſecum, qui eſt beatitudo increata, quæ nos beatificauit effectiuè, ſ. ipſum Deum: Prima, ſ. beatitudo creata, eſt tamquam finis in quo ſperatur. Secunda verò, ſ. increata tamquam finis in quo quieſcitur. Alio modo iudicabant Philoſophi de beatitudine, ſed malè. Dicebant enim Stoici, beatitudinem in virtute animi cõſiſtere, Peripatetici verò in cognitione veritatis, Epicurei in voluptate. Nos autem dicimus duplicem eſſe beatitudinem, ſicut dictum eſt, Deus enim remunerat ſuos ſecundum merita. Apoſtolus ad Corinth. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum laborem ſuum, Propter merita. Ioannis 1. Gratiam pro gratia. Matth. 20. Ite & vos in vineam meam: & quod iuſtum fuerit dabo vobis. Supra merita: vnde illud Lucæ 6. Menſuram bonam & confertam, & coagit, &c.

Addit. q. 92. per totum.

A

SCHOLIA.

A Cognitione veritatis.] Scilicet creatę. Poſuit enim Ariſtoteles beatitudinem hominis eſſe vel in ſpeculatione ſcientiarum ſpeculatiuarum, vel in cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum. (Hi ſunt Angeli:) Et

licet quandoque dixerit, beatitudinem eſſe reſpectu nobiliſſimi. (Hic eſt Deus,) tamen iſtam de Deo cognitionem poſuit non haberi niſi per viam creaturarum. Vnde etiam nunc quodammodo ponit beatitudinem noſtram in cognitione veritatis creatæ. Sicut enim tunc (ſcilicet reſpectu ſcientiarum, vel Angelorum) ponebat in cognitione veritatis creatę, quantum ad obiectum, vt patet) ita nunc, (ſcilicet reſpectu Dei per viã creaturarum) ponit ipſam in cognitione veritatis creatæ, non quidem quantũ ad obiectum, ſed quantum ad medium cognoſcendi obiectum. Vnde inter philoſophos acceſſit magis ad veritatem beatitudinis ipſe Ariſtoteles: licet beatitudinis veræ totaliter veritatem non attigerit. [Infidelis enim erat.] Beatitudo namque iuxta veritatem Theologicam conſiſtit in cognitione Dei per ſeipſum, non per creaturas, [Viſ. prima ſecundæ, quæſtione tertia, articulo ſexto, & ſeptimo, & octauo, & prima quæſtione 12. art. 1. & 2.

Beatitudo quæ ſecũdum philoſophos: quę ſecũdum Theologos.

De dotibus in communi.
Cap. XXIIII.

Addit. q. 94. per totum.

DOs in patria eſt illud, quod immediate aĩam Deo coniungit: vt eſt viſio, dilectio, & comprehenſio. Sunt enim dona quędam patriæ, ſicut eſt ſapientia, & intellectus, quæ licet Deo animam coniungant, non tamen ſine habitu medio: & propter hoc non dicuntur dotes, ſed animę pręmiationes. Dotes enim non appellantur dona quælibet quæ dãtur animæ in introductione ſui in gloriam; ſed dona præcipua per

quæ

q̃ ad actũ vitæ glorioſæ diſponitur: ſicut & in præſenti non appellatur propriè dos quodcumque donum datum ſponſæ in ſua introductione, ſed donum præcipuum de quo ſuſtentari debeat. Dotes ſunt duplices. Quædam enim ſunt à parte animæ, quibus Deo tamquam principio vitæ ſuæ ſine medio coniungitur: & per quas introducitur in amplexus ſponſi ſui indiſſolubiles & numquam finituros. Quædam verò dotes ſunt ex parte corporis, quibus ipſum corpus ſubijcitur animę ſuę tamquam principio vitæ ſuæ, ne per ipſum anima ab actu gloriæ retardetur. Notandum autem quòd dotes animæ ſunt de præmio ſubſtantiali, dotes autem corporis de præmio accidentali. Chriſtus dotes non habet, quia ſponſus eſt, ſed anima ſponſa: & eſt dos poſſeſſio ſponſæ, quæ vſum eius habebit poſt mortem viri. Similiter nec Angeli dicuntur habere dotes, quia cùm in nuptijs ſit conſenſus animorum, & vnio corporum, ſecundum non eſt in Angelis, licet primum habeant. Vnde Angeli nõ poſſunt dici ſponſæ, vt homo: ergo nec dotes propriè habebunt. Sponſis carnalibus dantur tria, ſcilicet dos, donatio propter nuptias, & parapherna. Dos autem eſt donatio facta ſponſæ ex parte patris, & hoc ad vſum ſponſi propter onera matrimonij, ſed ad poſſeſſionem ſponſæ. In diuinis autem Deus pater dat ſponſæ dotem ad poſſidendum ſponſum Chriſtum & gloriam & honorem, & non ad vſum: quia bonorum noſtrorum non eget. Donatio autem propter nuptias eſt quæ à ſponſo

Nota.

Sponſæ, quæ. Nota vſque in finem. A

datur ſponſæ, & hoc erit in futuro gaudium, quod habebit anima in viſione Chriſti hominis. Paraphernæ ſunt, quod habet ſponſa præter dotem, ſicut ſunt munera quæ ei dantur ab amicis, & huiuſmodi. Iſtud erit in patria per gaudium quod habebit anima de ſocietate beatorum, & de congratulatione fœlicitatis eorum.

SCHOLIA.

A Deus pater dat ſponſæ dotem.] Dat ſcilicet præter curſum ordinarium. Hic ſiquidem curſus eſt, quòd pater puellæ conſueuit aſſignare dotem puellæ. Vnde quando fit econuerſo, quòd ſcilicet pater ſponſi aſſignat dotem puellæ; tunc denotatur nimius amor ad ſponſam: ſicut fuit de Sichen dicente ad Iacob, & filios eius. Augete dotem, & munera poſtulate. Taceo quòd etiã in pœnam ſtupri hoc debuerat facere; cum iſtud non deſeruiat noſtro propoſito. Deus pater igitur aſſignat dotem animæ noſtræ; vt ex hoc denotet vehementem amorem Chriſti filij ſui ſponſi verſus animam noſtram ſponſam. Dotem voco illa dona, quæ conferuntur Sanctis quando transferuntur ad gloriam; in qua ſponſo præſentialiter perfruuntur: non illa dona quæ in hac vita Sanctis ipſis cõferuntur. Ratio, quia etiam apud nos, dotes non conſueuerunt aſſignari ſponſæ, quando deſponſatur: ſed quando in domum ſponſi traducitur, vt præſentialiter ſponſum habeat. pro toto capitulo iſto vide. [Additio. q. 95. per totum.

Dos animæ quo; & quare.

Gen. 34.

De

De dotibus animæ in generali.
Cap. XXV.

DOtes animæ ſunt tres, ſcilicet cognitio, dilectio, & inhæſio, ſiue tentio: quæ à quibuſdam appellatur comprehẽſio, à quibuſdam verò fruitio. Harum dotium numerus multipliciter accipitur: primò ex parte virtutum theologicarum, quia cognitio ſuccedit fidei, dilectio verò charitati, comprehenſio autem ſpei. Accipitur alio modo ex parte potentiarum animæ. Cognitio autem poteſt appropriari intelligentię, dilectio voluntati, comprehenſio memoriæ. Appropriantur etiam quibuſdam alijs tribus potentijs, ſcilicet rationali, concupiſcibili, & iraſcibili. Senſitiua non poſſunt intelligi, quia Deus non eſt obiectum potentiæ ſenſitiuę, ſed intellectiuæ. Poſſunt etiam prædictæ dotes accipi ſecundum tria: quæ tribus perſonis appropriantur: ita vt comprehenſio reſpiciat patris potentiam, cognitio filij ſapientiam, & dilectio bonitatem ſpiritus ſancti. Circa iſtas dotes nota, quòd cognitio rei viſæ in ſe ponit præſentiam, comprehenſio ponit rei contingentiam, dilectio ponit amantis ad rem amantem colligantiam. Addit. q. 95. art. 5. A

SCHOLIA.

A Rei contingentiam.] Ideſt tactionem. Non enim hic contingentia dicit eſſe, & non eſſe; (ſicut quædam res dicuntur contingentes;) cùm ibi non ſit rerum viciſſitudo: Sed dicit tactionem ſimultaneam, quæ

Cõprehẽſio, contingẽtia, tactio, tẽtio, pro eodem. Vide ſupra 1. lib. q. 16.

que eſt fruitio Beata. Iſtam perpetuam cõtingẽtiã beatam exprimit ſponſa reſpectu ſponſi in Canticis Canticorum dicens. Tenui eum, nec dimittam. [Cantic. primo.] Vnde dicuntur beati contingere Deum, inquantum habent eum præſentem; quem priùs ſequebantur, quaſi peregrinantes a Domino, vt comprahenderent: Sequebantur per fidem, ſpem, charitatem. Nunc in patria fidei ſucceſit viſio, & ſpei tentiò, charitati fruitio (vt in tex.)

De dotibus animæ in ſpeciali.

Cap. XXVI.

Vbi ſup. & 1. par. q. 12. quaſi per totum. 12. q. 3. ar. 4.

PRima dos animæ eſt cognitio, qua diuina eſſentia videbitur tota ab omnibus, ſed non taliter prout eſt infinita. Videbitur tamen diuina eſſentia lympidius ab vno quàm ab alio: & iſte defectus erit ex parte videntis, non viſi, quia idem erit viſum: Beatitudo autem conſiſtit in perfecta operatione potentiæ altiſſimæ, ſcilicet intellectiuæ, & circa obiectum aliſſimum, ſcilicet Deum. Ex parte igitur obiecti, cum ſit vnum ſimpliciſſimum, nulla poteſt eſſe diuerſitas, ſed ex parte potentiæ. Nam inquantum vna potentia magis erit perfecta lumine gloriæ, quàm altera, tantò perfectius operabitur circa vnum & idem ſubiectum: ſicut idem Sol diuerſimodè à diuerſis aſpicitur, vel eadem litera à diuerſis legentibus; ſecundum quod oculus eſt magis vel minus diſpoſitus. Tribus modis

cognoſcitur aliquid; vel quòd eſt, vel ſicut eſt, vel quantum eſt. Primo modo cognoſcitur Deus in via, etiam a malis. Secundo modo videbitur in patria a bonis, Vnde primæ Ioannis tertio: Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt, ideſt, ſuam maieſtatem, claritatem, & bonitatem. Tertio modo nec à bonis videbitur, nec à malis, nec in via, nec in patria: quia finitum numquam capiet infinitum. Videbimus tamen Deum in ſe, & Deum in nobis, & nos in Deo: & Deum in creaturis, & creaturas in Deo. Cognoſcere autem Deum in ſua eſſentia, eſt viſio meridiana: cognoſcere verò creaturas in verbo, eſt viſio matutina: ſed cognoſcere creaturas in ſe, hoc eſt, in proprio genere, appellatur viſio veſpertina. Videbit enim vnuſquiſque cogitationes alterius, prout vult. Vnde Gregorius. Vniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis corpulentia nõ abſcondet. Videbunt itaq; iuſti Deum, vt gaudeant: videbunt gloriam ſanctorum, vt congaudeant: videbunt quoque pœnas reproborum, vt de euaſione periculorum gratias agant. Ad ſciendum autẽ qualiter Deus ſine medio videatur, nota, quod triplex eſt medium, ſ. differens, obnubilans, diſponens. Sine medio igitur differente videtur Deus: quia Dei viſio non eſt per diſtantiam ſed per præſentiam, cũ ipſe ſit eſſentialiter vbique. Videbitur etiam ſine medio obnubilante: quia tolletur ſpeculum, & ænigma: quæ ambo ſunt in via. Cum enim viſus noſter in præſenti non poſſit propter debilitatem in tam excellentem lucem figi,

Vide ſupra ſecũdi lib. ca. 15.

De hoc, quòd vident pœnas damnatorũ. Addit. q. 94. per totum.

ſigi, neceſſe eſt habere medium, ſcilicet ſpeculum creaturæ. Quia verò infinita eſt diſtantia inter ſpeculum, & rem viſam: propter hoc obſcurè relucet ibi ſimilitudo: vnde viuemus in ęnigmate, id eſt, obſcurè. Videbitur quoque ſine medio ſimilitudinale: quia Deus cognoſcetur in ſeipſo, & non per aliquam abſtractam ſimilitudinem, alias creatura eſſet terminus, & Deus non eſſet verè finis omnium. Non autem videbitur Deus ſine medio diſponente, quod eſt gratia & lumen gloriæ, & gloria. Oportet enim proportionem eſſe inter videntem, & viſum. hæc autem diſpoſitio erit ex parte videntis, & non rei viſæ. Sciendum autem, quòd multiplex eſt medium. Primum eſt medium peccati. Iſa. 59. Peccata veſtra diuiſerũt inter vos & Deum veſtrum. Iſtud eſt medium impiorum. Secundum eſt medium creaturæ. Apoſtolus ad Romanos primo. Inuiſibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta &c. hoc eſt medium philoſophorum. Tertium eſt medium figuræ. Apoſt. 1. Corinth. 10. Omnia in figura contingebant illis. hoc eſt medium Prophetarum, & Patriarcharum. Quartum eſt medium ſcripturæ. Pſalmo 118. Declaratio ſermonum tuorum illu. & intellect. dat par. hoc eſt medium theologorum. Quintum eſt medium fidei. Apoc. ſecundo. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo ti. &c. hoc eſt medium fidelium, quo tamquam in ęnigmate vident Deum. Secunda dos animæ eſt dilectio: ſed inter dilectionem virtutem, & dilectionem dotem differentia eſt duplex, vna eſt ſecun-

Medium.

dum

dum habitum: quia virtus eſt propriè illud, per quod quis tranſit de ſtatu gratiæ ad ſtatum gloriæ. Dos autem eſt id, quòd ſupra meritum datur in inductione ſponſæ. Alia eſt differentia penes obiectum: quia licet obiectum vtrobique erit Deus: non tamen ſecundum quòd Deus; ſed erit obiectum virtutis, inquantum eſt ſumma bonitas: objectum autem dotis inquantum vnibilis in vnum ſpiritum. Nota quòd fides & ſpes ſecundum rē euacuabuntur in patria: charitas verò neque ſecundum rem, neque ſecundum actum eius euacuabitur, ſed ſolùm ſecundum modum, quia imperfectio eius tolletur. Dicit autem Auguſtinus, quòd fidei ſuccedit ſpes, quam videbimus: ſpei verò ſuccedit beatitudo, ad quam peruenturi ſumus, ſed charitati nihil ſuccedet, ſed potius augebitur. Tertia dos animæ eſt comprehenſio, quæ eſt tenſio viſi, & amati, vel tentio veri, & boni, & præmij: & iſtud verum eſt, prout comprehendere ſumitur pro attingere, & non pro circumplecti diuinam immenſitatem. ſupra primi lib. capit. 16.

SCHOLIA.

A Finitum numquam videbit infinitū.] Ideſt numquam tantum videbit illud; quātum illud cognoſcibile eſt. Et ideo dixit author: ꝙ tribus modis cognoſcitur aliquid: quod eſt, (ideſt quia eſt), vel ſicut eſt (ideſt quid eſt,) vel quantum eſt Licet enim beati videant Deum ſicuti eſt: non tamen vident ſicuti & quantum; ideo non omnibus modis, quibus ipſum quid Dei viſibile eſt [Vide ſuper primi libri Schol. ſuper cap. 16. Viſio Beatorum.

B Gloria.]

B Gloria.] Id eſt lumen gloriæ. Nam in lumine gloriæ tamquam in fortificante intellectum noſtrum, videbimus lumen. De neceſſitate confitendi tale lumen ad euadendam hæreſim damnatam à Clementi. vbi damnat etiã alios errores, Begardorum, Beguinarum, capitu. ad noſtrum, de Hæreticis.] Ex hoc tamen lumine poſito non ſequitur: quòd a beatis videatur Deus per medium. Non enim facit mediatam viſionem hoc lumen, ſicut nec lumen corporale: cùm non ſit medium in quo res, ſiue Deus, videatur; ſed tantùm medium ſub quo. [1. quæſt. 12. art. 5.

Lumen gloriæ.

De dotibus corporis in generali. *Cap. XXVII.*

VNaquaque pars perfectius habet eſſe in ſuo toto, quàm in ſe. Vnde ſicut anima nunc à corpore corruptibili ſeparata quodammodo perfectius habet eſſe, quàm ei coniuncta, ſic in futuro coniuncta corpori incorruptibili perfectius eſſe habebit abſolutè, quàm modo ſeparata: maximè cùm nõ impediatur tunc à corpore, ſicut modò: quin potius de glorificatione corporis habebit tunc gaudium ſpirituale. Dotes corporis ſunt quatuor, & numerus ſic habetur. Nam ad hoc quòd corpus perfectè ſubiectum ſit animæ, nec impediat eam in operibus gloriæ, quatuor requiruntur: quorum duo pertinent ad ſenſum: alia duo pertinent ad motum. Quo ad ſenſum duo requiruntur. Vnum, vt ſit facilè receptibile ſpecierum ſenſibilium, ad quod diſponit claritas. Alterum, vt non ſit receptibile paſ-

ſionum

ſionum ignobilium, ad quod diſponit impaſſibilitas. Quo ad motum etiam duo requiruntur, Vnum eſt, vt per contrariam diſpoſitionē non reſiſtat ſuo motori; ad quod diſponit agilitas. Aliud, vt corpora per quæ mouetur, non reſiſtant ei; ad quod diſponit ſubtilitas. Alia ſufficientia talis eſt, quia in homine quadruplex eſt compoſitio. Prima eſt qualitatum contrariarum. hæc compoſitio tunc erit perfecta, quando qualitates ita æquabuntur, vt nulla ſit pugna vnius cōtra aliam: & hoc faciet impaſſibilitas. Secunda eſt compoſitio materiæ cum forma, hæc autem compoſitio tunc erit perfecta, quando materia vincetur à forma: penes hanc perfectionem ſumitur ſubtilitas. Tertia eſt compoſitio corporis organizati cum anima: perfectio iſtius compoſitionis eſt, quòd omnia organa ſine impedimento ſint mobilia ab anima: penes hanc perfectionem ſumitur agilitas. Quarta compoſitio eſt corporis cum ſpiritibus lucidis, quibus mouetur corpus ab anima: & huic perfectioni ſecundum perfectum ſtatum reſpondet claritas. Tertiò ſumitur prædictarum dotium numerus ſecundum proprietates quæ ſunt in elementis. Nam penes aquæ tranſparentiam ſumitur claritas: penes terræ ſoliditatem ſumitur impaſſibilitas: penes tenuitatem ignis ſumitur ſubtilitas: penes mobilitatem aeris ſumitur agilitas. Quartò ſumuntur iſtæ dotes ſecundum quatuor defectus, quos habet corpus humanum à quatuor elementis, de quibus componitur. Habet enim corpus humanum ab igne caliditatem, & inde

nigredi-

nigredinem: à terra groſſitiem: ab aere paſſibilitatem: ab aqua frigiditatem, & inde tarditatem. Sed iſta tolluntur per quatuor dotes corporis, quas Chriſtus aſſumpſit ante paſſionem ſuam, ſicut dicit Hugo de ſancto Victore. Claritatem in trãsfiguratione. Agilitatem, quãdo ambulauit ſupra mare. Subtilitatem in natiuitate; quia ſalua virginali integritate matris natus fuit. Impaſſibilitatem in cœna, quãdo corpus ſuum diſcipulis ſuis manducandum dedit: quod A intelligendum eſt ſecundum actum, non ſecũdum habitum: quia aliter derogaretur diuinis miraculis.

SCHOLIA.

Aliud dos, aliđ miraculũ

A Secundum actum non ſecundum habitum &c.] Hoc eſt illis dotibus fecit actũ ſimilem, ſed per miraculum; puta quando duo corpora fuerunt ſimul, (vt in natiuitate,) quando ambulauit ſuper aquas, quãdo transfiguratus eſt, quando ſe in cœna conſecrauit; non per habitum, ideſt per naturam dotis. Aſſumpſit ergo miraculoſe ea, quæ pertinent ad naturam dotis (puta ſubtilitatis, naſcendo; agilitatis, ſuper mare ambulando; claritatis, ſe transfigurando; impaſſibilitatis, ſe in cœna conſecrando:) non autem dotes. Nam dos nominat qualitatem immanentem corpori glorioſo 4. q. 45. ar. 2. De dotibus, additio q. 95. per totum.

De dotibus corporis in ſpeciali. *Cap. XXVIII.*

Addit. q. 85. per totum.

PRima dos corporis eſt claritas. Sed nota quòd aliquid dicitur clarum dupliciter, aut

aut quia peruium, ſicut dicitur vitrum clarum: aut quia lucidum, ſicut dicitur ſtella clara. Corpus autem glorificatū erit & peruium, & lucidum: vnde vtroq; modo erunt corpora clara. Duo.n.ſūnt quæ nunc cauſant obſcuritatem in humano corpore: Vnum eſt materiæ impuritas, alterum luminis paucitas. Tunc verò tolletur vtrunque, ſcilicet illa impura denſitas, & obſcuritas, quæ ex modicitate luminis eſt: & ideo erūt corpora clariſſima. Nota ꝙ corpora glorificata ſepties tunc erunt clariora, quàm Sol ſit modo, ſicùt dominus ait Matthæi decimotertio. Quia iuſti fulgebūt ſicut Sol. Sed teſte Iſa.30.cap. Erit lux Lunæ ſicut lux Solis: & lux Solis ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum. Sciendum quoque, ꝙ corpora ſanctorum non erunt æqualiter clara, quia melior anima habebit corpus lucidius. Vnde licet corpus Chriſti ſupra modū excedat claritatem aliorum, tamen in comparatione ſanctorum poteſt claritas eius aſſimilari claritati Solis, ſecundum illud Malach.4. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iuſtitiæ, id eſt, Chriſtus. Claritas ſanctorum poteſt reſpectu Chriſti comparari claritati ſtellarum. Vnde Apoſtol. primo Corinth. 15. Stella differt a ſtella in claritate, hoc eſt, quòd ſancti plus vel minus lucent ſecundum differentiam meritorum. Claritas verò puerorum, qui poſt baptiſmum moriuntur ante quam veniant ad annos diſcretionis, comparari poteſt lumini Lunæ: quia ſicut Luna non habet lumen a ſe, ſed a Sole, ita iſti non habent gloriam ex merito proprio, ſed ex merito Chriſti,

Baptiſmus enim ex paſſione Chriſti habet efficaciam. Secunda dos corporis eſt impaſſibilitas, quæ reſultat ex virtute animæ corpus ſuum potenter continentis, ita vt a nullo exteriore agente valeat immutari. Præterea quamuis corpora ſanctorũ ſint compoſita ex contrariis, illa tamen contrarietas erit ad omnimodam æqualitatem, & concordiam redacta. Dixerunt quidam, ꝙ impaſſibilitas ſanctorum corporum reſultabit ex natura quinti corporis, id eſt, quintę eſſentiæ. Sed hoc non eſt verum, quia nihil de quinto corpore venit in compoſitionem materialem corporum inferiorum. Differentia eſt inter impaſſibilitatem ſanctorũ, & Adæ in ſtatu innocentiæ, & puerorum, quia impaſſibilitas ſanctorum erit non poſſe pati. Impaſſibilitas Adæ fuit poſſe non pati. Impaſſibilitas puerorum in limbo erit nihil pati: & hoc non eſt ex potentia reſiſtendi lęſioni extrinſecæ, quam non habebunt; ſed ex ordinatione diuinæ miſericordiæ, quæ non permittit aliquid eis adhiberi, per quod poſſint lædi. Ex quo patet, ꝙ ſi tales pueri ponerentur ad ignem poſt reſurrectionem, læderentur ab eo; niſi obſtaret diuina miſericordia. Secus eſt de corporibus glorificatis; quæ etiam ſi ponerentur in Inferno, non ſentirent aliquam læſionẽ. Subtilitas eſt tertia dos, quæ aufert groſſitiem corporis cauſatam ex compoſitione elementalium qualitatum. Nota ergo, ꝙ duplex eſt ſubtilitas: Vna ex raritate partium ſtantium non propinquè, ſed ex tali ſubtilitate efficitur corpus facilè diuiſibile; & ea non erit in corporibus glorificatis.

Addit. q. 82. per totum.

Nota.

Addit. q. 83. per totum.

tis. Alia eſt ex perfecta victoria formæ ſuper materiam: & huiuſmodi ſubtilitas eſt vnita ſubſtantiæ, ſicut dicitur cœlum ſubtile: & hoc modo erunt corpora ſanctorum ſubtilia. Et eſt ſciendum, quòd ſicut duo corpora non glorificata non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco, ſic nec duo glorificata. Alioquin ſequeretur inconueniens, ſcilicet quòd in vnoquoque corpore glorificato eſſet potentia agendi, ac intrandi partes alterius corporis: in alio verò eſſet impotentia reſiſtendi. Corpus etiam glorificatum non poteſt eſſe ſimul in eodem loco cum corpore non glorioſo: niſi per miraculum. Nam ſicut in corporibus groſſities impedit ne duo corpora poſſint eſſe in eodem loco, quia vnum alteri reſiſtit: ita groſſities iſta per diuinam virtutem miraculosè operantem tolletur: adeo quòd corpus non glorioſum non poſſit reſiſtere glorioſo, ita quòd corpora glorioſa penetrabunt alia corpora non ea diuidendo, ſed ſubintrando, manente diſtinctione diuiſionum vtriuſque corporis. Quarta dos corporis eſt agilitas, quæ tāta erit, ſicut dicit Auguſtinus, quod protinus vbi volet ſpiritus, ibi erit & corpus. Veruntamen ſicut melior anima habebit corpus lucidius, ita & agilius: ita tamen quòd voluntas ſanctorum erit omnino cōiuncta rationi. Vnde voluntas eorum nunquam appetet quod non debet. Sed voluntas animæ melioris volet rationabiliter citius moueri corpus ſuum, quàm alterius: & ſpiritus minoris gloriæ non volet corpus ſuum tam citò moueri ſicut alterius. Vnde patet, quod in omnibus verificabitur

Additio. q. 84. per totum.

dictum Auguſtini, q̄ vbi volet ſpiritus, protinus erit & corpus. Quare corpora modò ſunt tarda, & tunc agilia, hæc eſt ratio, quia nunc in corpore duplex eſt motor, ſcilicet natura elementi prædominans, quæ mouet ad medium locum, & voluntas animæ, quæ mouet indifferenter ad quemlibet locum. Nunc autem corpora tarda ſunt ex contraria inclinatione naturæ ad voluntatem, quia terra prędominans naturaliter deorſum trahit. In futuro autem natura erit totaliter ſubiecta voluntati, vnde & tūc corpus mouebitur ad imperium ſpiritus.

SCHOLIA.

A Quia melior anima habebit corpus lucidius.] Et impaſſibilius, & ſubtilius, & agilius. Nam omnis beatitudo corporis eſt per redundantiam animæ ad corpus ſecundum Auguſtinum: & conſequenter ſecundum proportionem maioris, vel minoris beatitudinis in anima, erit maior, vel minor fœlicitatis vigor, omnes illas quatuor dotes compræhendens in ſuo corpore. primæ Corin. cap. 15. [vide ibi S. Thom.] Stella differt a ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum, &c.] verba illa Auguſtini ſunt hæc. Tàm potenti natura fecit Deus animam: vt ex eius pleniſſima beatitudine redundet in inferiorem naturam incorruptionis vigor. 12. q. 4. art. 6.

Beatitudo corporis.

In epiſtola ad Dioſcorum.

De aureolis in genere.

Cap. XXIX.

AVreola eſt mentis ſpeciale gaudium, veniens ex opere præcellenti, & priuilegiato.

legiato. Sciēdum autem, quod ſicut ex gaudio præmij eſſentialis, quod eſt aureola, redundat in corpore quidam decor, qui eſt gloria corporis: ita & ex aureolę gaudio reſultat aliquid ſpeciale in corpore; vt ſic aureola non tantum principaliter ſit in mente, ſed per quandam redundantiam fulgeat etiam in carne. Sciendum autē, ꝙ decor cicatricū, qui in Martyrum corporibus apparebit, non poteſt dici aureola: quia Martyres aliqui cicatrices non habebunt, vtpote qui ſubmerſi sūt, vel famis inedia, vel ſqualore carceris interempti: & tñ iſti aureolā habebunt. Tribus generibus hominum debetur aureola: quod patet multiplici ratione. Primo ex operibus excellentiſſimis triū animæ potentiarum. Excellentiſſimum autē opus concupiſcibilis eſt obſeruatio caſtitatis virginalis. Excellētiſſimum vero opus rationalis eſt prædicatio veritatis. Excellētiſſimum opus iraſcibilis eſt perpeſſio mortis. Vnde patet ꝙ virginibus, Prædicatoribus, & Martyribus debetur aureola. Secundò patet horum numerus & ſufficientia ex hoſtibus, quos per pugnas magnificas vincimus, qui ſunt mundus, caro, dæmonia. Martyres enim vincunt mundum: Virgines carnem: Prædicatores Diabolum: quem nō ſolum de ſe, ſed etiam de cordibus aliorum expellunt. Tertiò patet id per victoriam triplicium paſſionum. Sunt enim paſſiones innatæ, illatæ, & in cordibus alienis inflictæ, ſed paſſiones innatas ſuperat virginitas: illatas Martyres: illas autem, quæ ſunt in cordibus alienis, prędicatores. Quartò diſtinguūtur aureolæ ſecundū ea quibus

Additio. q. 96. per totum.

Cicatrices.

Chriſto nobiliſſimè conformamur. Chriſtus enim fuit Doctor, veritatem mundo manifeſtando. Martyr, a mundo paſſionem & mortem ſuſtinendo. Virgo, puritatem ſeruando. Quintò ſumuntur aureolæ ſecundū purificationem in veteri teſtamento. Tria namque habebant aureolas, vt legitur, ſcilicet altare incenſi, arca fœderis, & menſa propoſitionis. Prima ſignificat aureolam martyrum, qui corpora ſua ſuper altare paſſionis immolauerunt. Secūda ſignificat aureolam virginum, quia ſicut arca fœderis fuit intus & extrà auro decorata, ita virginitas mentem & corpus decorat & ornat. Tertia ſignificat aureolam prædicatorum, qui ſicut in menſa propoſitionis miniſtrāt panes prædicationis & doctrinæ. Aureola diminutiuè dicitur, hoc in comparatione ad auream. Vnde nota, quòd inter auream, & aureolam, & palmam eſt differentia. Aurea enim præmium eſt ſubſtantiale, quòd metaphoricè dicitur corona: tum ex parte meriti, quia non reſpondet generi operis, ſed radici charitatis; tum ex parte præmij: quia per hoc efficitur homo particeps diuinitatis, & per conſequens regiæ poteſtatis: tum etiam ratione perfectionis, quod

A ſignificat figura circularis. Aureola verò eſt præmium accidentale, non tamen quodlibet accidentale, ſed illud quod reſpondet operi excellenti, & priuilegiato, ſcilicet virginitati, martyrio, & prædicationi. Palma eſt præmium accidentale, quod nec radici nec operi debetur, ſed voluntati. Tale præmium habuit Sanctus Martinus, eò quod martyrium deſiderauit, licet opus non fuerit

Hanc & B. Dominicus, de

rit ſubſecutum: vnde de ipſo cantatur. Quā (ſcilicet animam,) & ſi gladius perſecutoris non abſtulit, tamen palmam martyrij non amiſit. Hæc autem palma nec aurea, nec aureola debet dici.

quo Eccleſia: ſitiebat ſeruus Chriſti martyrium, ſicut ſitit ceruus ad aquę fluuium.

SCHOLIA.

A Præmium accidentale.] Scilicet ratione, qua poteſt quis eſſe Beatus ſine his aureolis, (vt patet de multis ibi, qui nec Virgines, nec Prædicatores, nec Martyres fuerunt:) non quia aureola quandoque abſit ab eo, cui ſemel data eſt. De aureolis in genere. [Additio. quæſt.96. art.1. & 2. & 11. in ſpecie per totum.] Accidentale enim hic dicitur illud; ſine quo poteſt ſtare beatitudo: non alio modo.

Accidentale.

De aureolis in ſpecie.
Cap. XXX.

AVreola prima debetur martyribus, in quibus eſt perfectiſſima victoria de impugnatione exteriori: & hæc perfectio victoriæ conſideratur ex duobus: primò ex magnitudine paſſionis: quia inter omnes paſſiones illatas exterius, mors ſupremum tenet locum. Et prætera dolor tactus omnibus aliis doloribus pręeminet: & ideo in hoc glorioſior victoria eſt. Secundò conſideratur ex cauſa pugnæ, quæ ipſe Chriſtus eſt. Martyrem enim non facit pœna, ſed cauſa, id eſt mors propter Chriſtum ſuſcepta. Sciendum autem, quòd martyrio non debetur præmium, ſecundum quòd ab exteriori infligitur, ſed ſecundum ꝙ voluntarie pro

Additio. vbi ſupra

Nemo et Chriſti nomine ſuſtinetur: quia non merego lædit: mur niſi per ea, quæ ſunt intra nos, non per niſi a ſe- ea, quæ ſunt extra nos, ſicut nec demeremetipſo. mur niſi per ea, quæ ſunt intra nos. Quanto autem id, quod quis voluntariè ſuſtinet, difficilius eſt voluntati ſuſtinere, tantò volū-

A tás quæ propter Chriſtum id ſuſtinet, oſtenditur firmius in Chriſto fixa: & ideo excellentius ei præmium debetur. Aureola ſecunda debetur virginibus, propter ſingularem victoriam, quam de carne obtineant, contra quam quotidie bellum geritur. Quamuis autem & viduæ pugnent contra carnē, perfectius tamē virgines triumphant: quia nobiliſſimum genus victoriæ eſt nunquam hoſti ceſſiſſe. Illis autem virginibus tantummodo debetur aureola, qui, vel quæ habuerunt propoſitum ſeruandi virginitatem, quamuis hoc propoſitum ſit interruptum, integritate tamen carnis manente: dummodo in fine vitæ inueniantur ad primum propoſitum rediiſſe: quia virginitas mentis reparari poteſt, ſed non virginitas corporis, ſiue carnis. Si aliqua ſit carne virgo, etiam ſi propoſitum non habuit perpetuo ſeruandi virginitatem, non eſt tamen dubium, quin habitura ſit ſpeciale gaudiū de incorruptione carnis, & ſuper eſſentiale gaudium: ſicut etiam innocentes de hoc gaudebunt, quòd immunes a peccato fuerunt, quamuis peccati oportunitatem non habuerunt. Nota, quòd aliqua poteſt corrumpi carne, nec tamen aureolam amittit: ſicut illa, quæ violenter opprimitur. Vnde ſancta Lucia dixit: Si inuitam me corrumpas, merces mihi duplicabitur ad coronam:

quod nõ eſt intelligendum de aureola duplicata, ſed quia duplex premium reportabit: Vnum pro integritate ſeruata: aliud pro iniuria quam paſſa eſt. Inſuper ſciendũ eſt, ꝙ virginibus debetur fructus centeſimus: & hoc quia cæleſtem vitam ducunt, quæ ſignificatur per centum: quia numerus ille de lęua tranſit ad dexteram. Viduis debetur fructus ſexageſimus, quia tales exercere ſe debẽt in operibus miſericordiæ, quæ ſignificantur per ſexaginta. Coniugatis autem debetur fructus triceſimus, quia talibus ſufficit implere decalogum in fide Trinitatis. Ex ductu.n. ternarij in denariũ fiũt triginta. Aureola tertia eſt pugnatorũ, ſeu prædicatorum, quia perfectiſſima victoria contra Diabolũ obtinetur, quando aliquis non ſolum Diabolo impugnanti non cedit, ſed etiam ipſum de regno eius expellit: & non ſolùm a ſe, ſed etiam ab aliis. Nec eſt dicendum (vt quidam voluerunt) ꝙ hęc aureola debeatur tantummodo illis, quibus competit prædicare ex officio, & docere, ſed quibuſcũque exercẽtibus licitè actũ iuſtum. Prelatis autem non debetur hęc aureola, quamuis habeant officium prędicandi, niſi & actu prædicent: quia aureola non debetur habitui, ſed actui pugnę, ſecundum illud Apoſt. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Predicare, & docere, cum ſint act⁹ miſericordię, inter ſpirituales eleemoſynas computantur.

SCHOLIA.

A Difficilius eſt.] Scilicet ratione operis ſecundum ſe conſiderati: non ratione voluntatis parua charitate inducę. Nam,

ſi difficultas eſt, quia minus promptè fit bonum illud arduum; tunc diminuitur meritum. 1. 2. queſt. 114. art. 4. ſupra 2. lib. c. 60.

B Niſi actu prædicent.] Per prædicatores intellige etiam doctores. Non ſolū enim per prędicationem, ſed etiā per doctrinam aliquis hoſtem & à ſe, & ab aliorum cordibus remouet. Cum antē dicit auctor, quòd prædicatoribus debetur aureola, intellige tantum de docentibus doctrinas pertinētes ad ſalutem; per quas diabolus ab hominum cordibus expellitur. Intellige quoque illud de docentibus, ſiue ore, ſiue ſcripto doctrinam prædicent. Scribentibus enim ſuper ſacram ſcripturam debetur aureola; quæ non diſtinguitur ab aureola docentium illā ore proprio: quia ſcripta componere quidā modus docendi eſt. Vnde ei qui diuulgat fidem vel prædicando, vel docendo, vel ſcripta cōpilando, debetur aureola. Addit. q. 96. art. 7. 11. Notabis tamen; quòd aureola præſupponit aureā. Vnde ſi quis nō meretur auream, id eſt, pręmium eſſentiale; nō meretur aureolam. Quo fit: vt prędicans, docens, operans, propter vanagloriam non mereatur aureolam, nec poſtea per pœnitentiam recuperare eam poſſit: quia tunc nō meruit auream. quolibet. 5. art. 14.

Prædicatoribus &c. quali b' aureola detur.

De ſimilibus idem eſt iudicium.

Enumeratio cæleſtium gaudiorum. Cap. XXXI.

VLtimò cęlorum gaudia ſub epilogo enumeremus, nō quidem ſingula generum, ſed genera ſingulorum. Tot enim ſunt gaudia

dia particularia, quæ quilibet habet in ſe vel in alijs, quòd ea ſolius Dei notitia cōprehendit: & illi quos ſumma ſapientia voluerit ea ſcire. Tantum namq; gaudebit quiſq; de bono alterius, quantū de bono proprio: quod tamen non eſt intelligendum de intenſione gaudij, ſed de numero gaudiorum. Tot igitur, & tanta ſunt ibi gaudia, ꝙ omnes arithmetici huius mundi non poſſent ea numerare, nec geometrici mēſurare, nec grāmatici, dialectici, rhetorici, aut theologi explicare: quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor. & cætera. Gaudebūt enim ſancti ſupra ſe de Dei viſione, infra ſe de cęli, & aliarum creaturarum corporalium pulchritudine, intra ſe de corporis glorificatione, extra ſe de angelorū & hominū aſſociatione. Deus omnes ſenſus ſpirituales ineffabili delectatione reficiet, cum ipſe ſit obiectum omniū ſenſuum ſpiritualiter futurus. Erit namque Deus ſpeculum viſui, cithara auditui, mel guſtui, balſamū olfactui, flos tactui. Ibi erit candor lucis æſtiualis, amœnitas vernalis, abundantia autumnalis, requies hyemalis. Ibi, teſte Auguſtino, fulget quod non capit locus, ſonat quod non capit tempus, olet quod non ſpargit flatus, ſapit quòd non minuit edacitas, non erit quòd diuellat ſatietas. Ibi, ſicut ait Aug. Deus ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Ibi videretur ſtultitia ſapientia Salamonis. Ibi eſſet deformitas pulchritudo Abſalonis. Ibi eſſet tarditas velocitas Aſaelis. Ibi iudicaretur infirmitas fortitudo Sanſonis. Ibi eſſet mortalitas longa vita Matuſalem.

O quàm glorioſa dicta sūt de te Ciuitas Dei

ſalem. Ibi eſſet paupertas regnum Auguſti. Ibi ſecundum Auguſtinum, nihil obeſt, nihil deeſt, nihil affluit, nihil defluit, nihil eſt extra, quòd appetatur, nihil intrà quod faſtidiatur. Ibi ſecundum Bern. Deus erit rationi plenitudo lucis, volontati multitudo pacis, memoriæ continuatio ęternitatis. Itē Auguſt. de corporis & animæ miſera vita: O caro illam vitam amplecti debuiſti, vbi vita ſine morte, vbi iuuentus ſine ſenectute, vbi lux ſine tenebris, vbi gaudium ſine triſtitia, vbi pax ſine diſcordia, vbi voluntas ſine turbatione, vbi regnum ſine mutatione. Bernar. Merces ſanctorum tam magna eſt, quòd non poteſt menſurari: tā multa, quòd non poteſt numerari: tam copioſa, quòd nō poteſt finiri: tam pretioſa, quòd non poteſt æſtimari. Item Auguſt. Illud quod promittit Deus fide non capitur, ſpe nō attingitur, charitate non comprehenditur. Deſideria & vota tranſcendit; acquiri poteſt, ęſtimari non poteſt. Ibi ſecundum Auguſt. carmina non deſunt, pręmia non deficiunt: ibi nihil quod amabitur deerit: ibi nihil deſiderabitur, quod non adſit: Illa beatitudo, ſicut ait Auguſtinus, in duobus conſiſtit, ſcilicet in neceſſaria pręſentia omnis boni, & in neceſſaria abſentia omnis mali. Item Auguſt. O vita vitalis, dulcis, & amabilis, & ſemper memorabilis: vbi ſumma ſecuritas, ſecura tranquillitas, tranquilla iucunditas, iucunda fœlicitas, felix æternitas, eterna beatitudo, vbi beata certitudo, vbi certa viſio, & ſine fine laudatio. Ibi affluentia diuitiarum, influentia delitiarum, & confluentia bono-

O vita S. rum. Denique de gaudijs cęleſtibus repleat

pleat nos Dei filius, qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat Deus. Amen.

SCHOLIA.

A Confluentia bonorum.] Scilicet omnium in vno ſolo ſimpliciſſimo, eminentiſſimo, & omnifariã per ſe bono. Hic eſt De⁹ trinus, & vnus; qui ſeipſum vocauit omne bonum dicendo Moiſi, Oſtendam tibi omne bonum. Exod. 33. Hæc igitur omnia bona, quæ hic numerata ſunt, & alia, quæ enumerari nequeunt, ſunt vnus Deus. Poſſide ipſum, omnia poſſediſti. Vide ipſum, omnia bona Hieruſalem vidiſti. Delectare in ipſo, delectat⁹ es in omnibus & quæ deſiderat, & quæ deſiderare poteſt, anima tua. Quid? Plus ibi accipiet homo, quàm meruerit; & quàm deſiderare potuerit. 1.2.q. 96.ar.4 Beatus Auguſtinus in libro meditationum varijs in locis, prolixè, affectuosè, ardenter: ita vt accendat legentes.

Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec ĩ cor hominis aſcenderunt: quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Iſaię. 64.

O fortunati nimium, ſua ſi bona norint,
Chriſticolæ &c.

Hanc nobis efficaciter notitiam infundere ex nunc ſine ſine dignetur Rex regum ille: qui eſt corona ſanctorum omnium. Amen.

Soli Deo honor, & Gloria.